INDEX CONCEPTVVM

AD PRAEDICATORVM VSVM IN TOTVM ANNI CVRSVM

EX

ALPHONSI TOSTATI

HISPANI EPISCOPI ABVLENSIS

Operibus depromptus,

TAM PRO ADVENTV, QVAM PRO QVADRAGESIMA, Dominicis omnibus, atque vniuersis Sanctorum Festiuitatibus; ac insuper pro quolibet ipsorum Communi;

A R. P. F. PAVLINO BERTI LVCENSE ORD. EREMIT. S. August. Congreg. Lombardiæ Sacræ Theologiæ Lectore, & S. Iacobi Florentiæ Priore, in hac vltima impressione in lucem editus.

Ad COSMVM II. Magnum Hetruriæ Ducem IV.







VENETIIS. M DC XV.


De Licentia Superiorum, & cum Priuilegijs.

INDEX CONCEPTVVM
AD PRAEDICATORVM VSVM
IN TOTVM ANNI CVRSVM;

TAM PRO ADVENTV, QVAM PRO QVADRAGESIMA Dominicis omnibus, atque vniuersis Sanctorum Festiuitatibus; ac insuper pro quolibet ipsorum Communis.

AVCTORE F. PAVLINO BERTI LVCENSE
EREMITARVM S. AVGVSTINI
Congregationis Lombardiæ Theologorum Minimo.

Dominica Prima Aduentus Domini. Luc. 21.



RVNT signa in Sole, Luna, & stellis. Tempus primi Aduentus Christi, quo fuit in carne, debuit prius quam fieret prenũciari, & determinari; nõn tamen tempus secũdi Aduentus.s.ad iudicium. probatur rationibus.super Matth.par.7.cap.25. quæst.320.circa medium.

Erunt signa in sole. vide omnia, quę dicta sunt Dominica 24.post pentec.super illud; statim autem post tribulationẽ dierum illorum Sol obscurabitur, vsque ad finem Euangelij; vbi de signis præcedentibus iudicium sermo est.

Erunt signa in sole, &c. quotidie timendum est, & vigilandum, quia Dominus veniet ad iudicãdum, & licet ante iudicium debeant pręcedere signa, & sic non videatur, quotidie timendum, ac vigilandum, sed solum, quando euenerint signa, tamen reuera sẽper timẽdum est, quia Greg. in Homil. videtur dicere, quod illa signa iudicij, quę ponuntur hic, iam venerint, saltem pro magna parte. vide supra Matth.par.6.cap.24. q.239. in respons. ad 2. argumentum.

Erunt signa, &c. primi Aduentus Christi fuerunt signa mansuetudinis, vt pręd ixit Isai. lętabit deserta, & in via, &c. signa autem 2. Aduentus erunt signa iræ.s. in Sole, Luna, &c. vide super Matth.par.4.cap.16. quæst. 10. circa medium. item quæst.9.per totum.

Erunt signa in sole. Quadruplex est Christi Aduentus, & in quolibet istorum sunt signa. 1. est in carne 2. in anima 3. in morte 4. in iudicio. in primis duobus sunt signa amoris, in alijs timoris. vide super Matth.par.6.c.24.quæst.21.in principio, & quæst.239.in princ. & par.7.cap.25.quæst.34.in principio.

Erunt signa in sole. &c. An hæc signa debeant præcedere Aduentum Christi ad iudicium. vide super Matth. par.7. cap.25. quæst. 307. ipsa autem signa præcedentia Aduentũ Xpi ad iudicandum, differunt a signis, quæ præcesserunt 1. Aduentum in carne. ad Aduentũ in carne, præcessit signum ortus stellæ, & pastores audierunt Angelos concinentes, & illi nunciauerunt Christum natum in Bethlehem, amplius in Sacra scriptura signa posita fuerunt, vt Aggæi 2. adhuc modicum, & ego mouebo, cęlum, & terram, &c. & sequitur, & veniet desideratus cunctis gentibus in 2. Aduentum præcedent signa in sole, luna, &c. vide ibi. sed signa, quæ præcedent iudicium, dabunt ne certitudinem eiusdem diei, ita vt non sit nobis subitaneus? vide loco citato. q.308. erunt autem hæc signa ad ostendendũ, quod dies iudicij erit de propinquo ventura, sed non ex hoc determinabitur dies certus Aduentus illius. vide ibidem. quæst. 309. per totum. Hieronymus autẽ enumerat quindecim signa, quæ præcedent iudicij diem, & dicit se illa inuenisse in annalibus Iudæorum, sed reuera non erunt talia signa immo forte nullum eorum præceder talem diem aduentus Christi ad iudicium. vide loco citato. quæst. 312. quæ autẽ sint signa, quæ absque aliqua dubietate euenire credimus, enumerãtur loco citato. q.313. Quomodo sol obscurabitur, &c. habes Dominica 24. post Pẽtecost. & super Matth. par.7.cap.25. q.314.

Erunt signa in sole, &c. vt in pęnam peccatorum incutiant peccatoribus timorem, iuxta illud; dabit tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam merore consumptam, & erit vita tua; quasi pendens ante te, timebis noctæ, & die. & non credes vitę tuæ: mane dices: quid det mihi vesperum, & vespere, quis det mihi mane propter cordis tui formidinẽ, quia terreberis propter ea quę videbis oculis tuis, & erit tantus timor, quod arescent homines præ timore, & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi. vide super 1. Reg. 1. par. cap. 8. quæst. 229.

Arescentibus, hominibus præ timore, &c. i. fient homines auidi propter timorem, ardor autem præcipue consumet humiditates naturales corporis, & ista consumptio primo vñ in desiccatione oculorũ, qui tenerrimam habent humiditatem, & tunicas delicatas, vt patet 1. prospectiui communis, cura enim, & timor malorum futurorum multum desiccant hominẽ ex accensione cordis. vide super Leuit. cap.26. q.12. circa illud; qui conficiat oculos vestros, multi etiam pro incusso timore cõuertentur à peccatis. vide super Matth. par. 6. cap. 24. quæst. 151. & iste timor est septimum signũ, quod eueniet ante diem iudicij. vide super Matth. par.7. cap.25. quæst.313.

Virtutes cælorum mouebuntur. Si per has virtutes Angelos intelligamus; mouebuntur circa collectionem cinerum, quæ non fiet, nisi ministerio Angelorum. vide super Matth.par.6.cap.22. quæst.233. circa mediom, quæ collectio non fiet in instanti, & prædictos cineres diuident, & resoluent; in quo notatur magna Angelorũ sapientia. ibidem. formatio tamen corporum ex pulueribus fiet in instanti; similiter & infusio animarum. ibidem circa finem quæst.51.

Virtutes cælorum mouebuntur. vide Dominica 24. post Pentecost. super illud; nam virtutes cælorum mouebuntur vide etiam super Matth.par.7.cap.25. quęst.315.

Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum maiestate. tunc dicitur aliquis venire in maiestate sua; quãdo venit in maximo honore, & apparatu vestium,

atque familiæ magnitudine, quam alias venire posset. vide super Num.cap.14.quæst.64.

Tunc videbũt filium hominis, &c. vide Dominica 24.post Pentecost.super illud; & videbunt filium huminis. vide etiam super Matth.parte 7.c.25.q.291.vsque ad q.299.

Tunc videbunt filium hominis. Etc. Quantæ quantitatis erit tempus inter signa ac diem iudicij. vide super Matth.p.7.c.25.q.310. per totum.

Respicite, & leuate capita vestra, ecce appropinquat redemptio vestra. Hinc patet quomodo erit breue temptus, post signorum visionem, & aduentum iudicis. vide loco citato, vide etiam ibidem quæst. 312. ante medium. vide etiam par.6.cap.24. quæst. 174.

Videte ficulneam. Vide Dominica 24.post Pentecost.super illud, ab arbore fici.

Cælum, & terra transibunt. Vide ibidem Dominica 24. in fine: & super Iosue cap. 11.q. 76. circa medium. & super Matth.p.5.c.5.post q.90. circa illud, donec transeat cælum, & terra. & cap.22.secundæ partis defensorij.

De Iudicio vniuersali, an futurum sit, vide super Matth.pat.7.cap.25.q. 316. an erit generale iudicium in fine sæculi, vel ante, & an omnes tam iusti, quam iniusti ibi congregabuntur. vide ibidem quæst.317. ad quid fiet, & an expediat illud fieri. ibidem quæstio. 318, an dies ille sit nobis occultus; vel possit esse notus, vide ibid.q. 319, an possit naturaliter sciri, vel per sacras litteras, vel per reuelationem, vide super Matth.p.6.cap.22. quæst. 231. an expediat determinate scire diem iudicij, & an signa posita à Christo sint solum pro die iudicij. vide super Matth.p.7.cap.25.quæst. 320. an erit per diem, aut per noctem, ibidem quæstio.321. qua parte noctis, vel diei. ibidem q.322. an omnes homines in illud iudicium venient. ibidem q.323. an boni iudicabuntur. ibidem quæstio.324. an mali iudicabuntur. vide q. 325. an Angeli, ac dæmones iudicabuntur. ibidem q.326.

De iudice, vtrum iudicabit in forma humana. vide super Matth.par.7. capit.25. quæst. 327. quam humanitatem Christus ostendet in iudicio, an gloriosam, & impassibilem, an mortalem. vide quæst. 328. an sicut mali videbunt Christum, ita eius deitatem videbunt, & si videbunt, an aliquod inconueniens sequitur. ibid.q. 329. an possit Deitas videri à Beatis, sine gaudio. ibid.q.330.

De loco iudicij an debeat fieri iudicium in valle Iosaphat. vide super Matth.p.7.c.25. q.331.

De Iudicio, adhuc multa videre potest vnusquisque in tabula generali, verbo iudicium vniuersale.

DOMINICA II. ADVENTVS Domini.

MATTH. XI.

CVm audisset Ioannes in vinculis opera Christi. Tenebatur Ioannes ab Herode Rege, qui alias dicitur Tetrarcha Galilææ, in vinculis, quia arguebat eũ ꝑp Herodiadem vxorem fratris sui Philippi, quam acceperat ab eo, & ipse tenebat eam in vxorem. vide super Matth.p. 3.c.11.q. 4. circa illud; Ioannes autem cum audisset in vinculis & ecce grauissimum Herodis peccatũ, & multo grauius peccato Sodomorum, repellere.n. prędicatores, aut pro sequi, est ita graue, quod tolerabilius erit terræ Sodomorum, in die iudicij, quam ciuitatibus prædicatores præsequentibus. vide super Matth.par.3.c.10.q. 88. & quæst. 89.

Cum audisset Ioan. in vinculis. Omnes prædicatores persecutiones patiuntur, vnde Christus cũ mittebat Apostolos, vt prædicarẽt, dicebat, ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporũ. vide sup. Matth.p.3.c.10.q.91.& q.92. & q. 93. ex prædicatione. n. euangelij necesse est sequi discordias, etiam inter consanguineos. vide loco citato, q.132. circa illud nolite arbitrari.

Mittens duos de discipulis suis. Quomodo Ioannes misit discipulos ad Christum, & quomodo in vinculis audiuit opera Christi. vide super Matth.p.3.c.11.q.5, & q.6. à discipulis etiam audierat Ioan. opera Christi. quare autem hæc nunciauerunt ei. vide loco citato q.7. quare autem ipse Ioan audiens opera Christi misit discipulos ad Christum. vide ibidem q 8.

Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Idest nunquid tu es Messias, qui venturus es in mundum? loco citato q.4. quomodo autem quæsiuit hoc, si ipse sciebat? aliqui dicunt; quod Ioannes sciebat Iesum esse Messiam, sed nesciebat an passurus esset pro nobis. sed confutatur hoc dictum tripliciter. Alij dicunt, quod sciebat eum Messiã esse, & passurum, sed nesciebat, an ad inferna descensurus esset, sed neq; hoc stat. Alij dicunt, quod Ioan. quæsiuit, an descensurus esset Christus ad inferos, vt hoc ꝑdicaret ibi manẽtib. sed & hoc cõfutat', dicẽdũ ergo, qd Io. quęsiuit, an Iesus esset Messias, qd patet ex verbis, s. tu es, qui venturus es, i, nunquid tu es Messias, qui venturus expectatur, talis.n. erat modus loquendi Iudæi de Messia Ioan. 7. Hic est vere propheta qui venturus es in mũdum, sed non est putandum, quod Ioannes dubitauerit, Iesum esse Messiam, sed dixit hoc ꝑp discipulos suos. vide super Matth.p.3.c.11. q.9. quare potius Ioãnes misit ad quærendum de isto dubio, s. an Christus est Messias, quam de aliquo alio, & quare Ioannes noluit suos discipulos post eius mortem in hoc dubio manere, an Christus esset Messias. vide loco citato q. 10.

Renunciate Ioanni, quæ audistis, & vidistis cæci vident. Etc i. quia Ioãnes misit vos nũciare hoc illi, ea quæ de me audistis à turbis referri de operib. meis, & ẽt ea, q̃ per vos ipsos vidistis: ideo renunciate illi quod ego facio cęcos videre, &c. vide loco citato q. 10. circa textum quare Christus ad q. non respondit aperte dicens se esse Messiam. vide quæst. 11.

Renunciate Ioanni, quæ audistis. Vide super Matth. par.4. c.15.q. 95.

Renunciate Ioanni, quæ audistis. Aliqui dicunt, quod hoc intelligitur de dictis prophetarum. s. quod ea, quæ audierant à prophetis complebantur. ih eo. sicut dixit Philippus ad Nathanael Ioan. 1. quem scripsit Moyses in lege &c. sed hoc confutatur: intelligitur ergo quæ audistis. s. à me illa, quæ tunc eis dicebat. s. cæci vident. Aliter potest intelligi, & melius, nunciate quæ audistis. i. à turbis ꝑsentibus, & vidistis à me facere. vide loco citato q. 12. quare dixit oĩa ista, cæci vident, claudi ambulant & c. vide ibidem q.13. an ista, quæ nunc Christus fecit, & retulit discipulis, probarent ipsum esse Messiam. vide ibidem q.14. quare autem inter omnia ista miracula posuit primum cæci vident, cum alia maiora sequatur. vide ibi q. 15. de miraculis Christi an ostenderent ipsum esse Messiam, & quomodo alij faciebant miracula. vide in tabula generali verbo miracula.

Pauperes Euangelizãtur. Qui erant isti pauperes, qui euangelizantur, & quare dictum est de eis quare Apostoli pauperes vocantur, & quid per prædicationem pauperum designatur. vide super Matth.p.3.c.11.q. 16.

Beatus, qui non fuerit scãdalizatus in me. Quare hoc dixit Christus, & quod scandalum tripliciter sumitur, & qd Christus Ioannem de multis, & præsertim de quatuor laudat. vide q.17.

Quid existis in desertum videre. arundinem vento agitatam. Idest nunquid existis videre arundinẽ vento agitatam. i. motã à vento, quasi dicat, hoc dr, vt videatur, qd Ioan. non erat leuis opinionis faciliter mutabilis ad alteram doctrinã, vel fidẽ: nã qui mouentur de opinione in opinionẽ dicũt moueri à vento, ad Eph.4. ne iã ꝗ paruuli circũferamur oĩ vento doctrinæ, sic ẽt habens fidẽ nõ firmatã, dr à vento moueri, Iacob. 1. vide super Matth. p.3.c.11.q.17. circa illud, arundinem vento agitatam.

Quid existis in desertum videre. Etc. vide sup. Matth.p.4. c.14.q.19.& etiam p.1.c.3.q.17. ante medium.

Hominem mollibus vestitum. Vestes molles sunt vestes pretiosæ quia sunt de materia delicata, vestes autem parui valoris, sunt grossæ duræ, & hispide propter materiæ grossitiem, his vtebatur Ioan. s. de pilis camelorum, & Zona pelicea erat præcintus circa renes.

Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. Idest qui vtuntur vestibus mollibus, & pretiosis sunt in domibus Regum, & non in deserto sicut est Ioannes, & sic innuitur austeritas pęnitentiæ, vel vitæ Ioan. hic in

tribus

tribus scilicet in veste, cibo, & loco. de vnoquoque vide super Matth. p. 3. c. 11. q. 17. circa textum.

Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. s. ĳ ibi sunt, vt mollib. vestiātur, & vt affluant alijs delicijs, & iō illicitū est religiosū, & desideranti virtutē frequētare palatia Regia, & principum, si causa sui agāt, sunt tamen quædam causæ pro quibus licitum est cuicunq; ire ad curias Regum, & principum. s. ad expediendum negotia miserabilium personarum, quæ alias peritura essent, & sic 4. Reg. 4. Eliseus dicebat se iturum ad domum Regis, &c. vide super 4. Reg. c. 4. q. 22.

Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. An in superabundantia, vel defectu vestium sit, aut esse possit peccatum, aliqui negant, alij in affirmant, sed dicendum. quod circa vestes, & totum ornatum exteriorem potest quis bene se habere, in omnibus. n. quæ in vsum nostrum veniunt, si non sint per se bona, virtus, & vitiū esse possunt in quantum potest in eis esse superabundantia, & defectus, & bene, vel male à ratione dirigi. 7. Eth. c. 12. sic est de cibo, & potu, & venereis, & colloquijs, ista enim non sunt per se bona, & ideo in vsu eorum potest esse bonum, vel malum, ita etiam de pecunijs & honore, &c. vide super Matth. p. 3. cap. 11. q. 22. per totum.

Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regū sunt. Quomodo vsus vestium sit illicitus, vbi late disseritur de vsu vestium pretiosarum, & aliarum rerum in Ecclesijs in comparatione ad subueniendum pauperibus, & quod in vsu immoderato vestium peccat. dupliciter. & quod inordinatio affectus contingit dupliciter, & quo & quis ornatus conueniat mulieribus, demum tres virtutes ponuntur circa ornatum corporis exteriorem. vide super Matth. p. 3. c. 11. q. 3.

Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. An apparatus corporis in mulieribus, & in vestibus, & fuco colorum sit peccatum, & in quibus utrisq; liceat ornatus, & quod in apparatu mulierum ad pulchritudinē ostendendā tria cōsiderātur. vide loco citato q. 24. per totum, & est longissima quęstio. an vero semper sit peccatū fęminas apponere sibi fucos, & quibus fęminis ꝓhibitus est vsus fucorum. vide ibidem q. 25. per totum.

Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt. Testimonium perhibens hic Christus de Ioanne Bapt. de se quoq; perhibuit, quod p̄ciosis vestibus non vteretur in hoc mundo, quia si vteretur, non pertulisset, qđ mollib. vestiti in domibus Regum sunt, ipse quippe in nullius Regis domo erat, in Paradiso ante fęlicitatis, si Christus deberet habere vestes, non indueretur eis, quib. dum inter nos viueret amictus fuit. sed alijs longe p̄ciosiorib. vide c. 29. 5. Parad. Nec Christus, nec alij Beati in Paradiso, vestibus teguntur, sed singuli singulorum penetralia, & intestina admirari poterant vide c. 30. quinti Parad. vide etiam pro hac materia, de vestibus à capite 23. vsque ad caput 42. eiusdem quinti Parad.

Sed quid existis videre? prophetam? etiā dico vobis, & plusquā prophetam. Idest verū est, quod propheta est, quē existis videre, sed non est solum propheta, sed est plusq̄ propheta, habuit. n. altiorē gradum, & in hoc significatur claritas notitiæ Ioannis, quia ꝓphetæ eleuantur super naturaliter ad cognoscendum ea, quæ alij homines non cognoscunt; vnde solebant vocari videntes, qui nunc prophetæ vocātur 1. Reg. 9. vide super Matth. p. 3. cap. 11. q. 57. circa illud, sed quid existis videre, prophetam? an verum sit, quod Ioannes erat propheta. vbi etiam quod duo erant genera prophetarum ostenditur. vide loco citato quæst. 27. quomodo dixit Christus, quod Ioannes erat plusquam propheta, an hoc sit verū. vide ibid. q. 27.

Hic est de quo scriptum est, ecce ego mitto Angelum meū, qui præparabit viam tuam, ante te. Malach. 3. vide super Matth. p. 3. cap. 11. q. 17. circa textum, quare de Ioanne fuit prænunciatum, & non de alijs prophetis, vide loco citato quæst. 28. quare autem vocatur Ioannes Angelus. vide ibidem quæst. 29. an hoc à Christo, vel à Matthæo allegetur scilicet ecce ego mitto Angelum meum vide ibidem q. 30.

Quare Christus laudauit nunc Ioannem, & quare de Ioanne multū plura dicta sunt apud Euangelistas, q̄ de virgine matre Christi. vide super Matth. p. 3. cap. 11. q. 18. quare Christus post recessum discipulorum Ioannis cœpit loqui de eo ad turbas, & non prius. vide ibidem, q. 19. quare non increpuit turbas, de Ioanne, sinistre opinātes. vide ibid. q. 20. quomodo tandem istæ laudes, quas Christus dixit de Ioanne faciunt ad tollendum suspitionē, quam cōceperat populus de Ioanne. vide ibid. q. 21.

DOMINICA III. ADVENTVS.
Ioan. I.

MIserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes, & Leuitas, ad Ioannem. Nomen Leuitę duo significat, aliquando progeniem, & aliquando officium, genus quidem significat, vt cum eos leuitas dicimus, qui à viro Leui originem trahunt: tunc Leuita officium significat; cum illos Leuitas appellamus, qui cuidam speciali ministerio, quod dicitur Leuitarum applicati sunt. vide super Leuit. in præfatione in medio dicuntur ergo Leuitæ dupliciter vno modo omnes qui sunt de tribu leui, siue sint sacerdotes, siue non. Et hoc modo non dis. sacerdotes à Leuitis, alio modo dicuntur Leuitæ, vt significant ministerium quoddam: nam distinguebatur tota tribus Leui in duo genera principali ministrationis. s. ministratio circa altare, in sacrificijs, & thymiamate, & panibus propositionis, atque candelabro: & cæteris, quæ erant intra sanctuarium, alia autem ministratio erat in rebus pertinentibus ad sanctuarium; non tamen intra ipsum sanctuariū; sicut portare ea, q̄ erāt in sanctuario de loco ad locum, cum castra mouenda essent, & figere tabernaculum, & excubare in circuitu sanctuarij & c. 1. harum ministrationū tradita fuit Aarō, & filij eius. Nu. 3. & 18. alia data fuit oībus alijs de tribu Leui. & c. Prima vide super Leuit. c. 25. q. 21: Leuitæ in veteri testō habebant eū locum quem apud nos habent Diaconi, & acoliti. & c. vnde ecclesia antiquitus consueuit appellare Leuitas illos quos vocamus diaconos, & subdiaconos, sic patet de B. Laurentio, de quo dr: Leuita Laurentius. vide super Nu. c. 3. post q. 9. circa illud; ego tuli Leuitas: ministeriū sacerdotale differt à ministerio Leuitarum. vide ibid. Si plura de sacerdotib. ac Leuitis desideras, vide in tabula generali verbo. Leuita. & verbo sacerdotes veteris testi.

Miserūt Iudæi ab Ierusolimis Sacerdotes, & Leuitas. Mores deprauati principū, & prælatorū; multū nocēt populo: nā punitur populus aliqn̄ pro peccato principis. vide in tabula generali verbo princeps, & verbo p̄lælatus.

Miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes, & Leuitas ad Ioanē. Miserunt ad eū eremū, reliquit. n. patrē & matrē, & oēs cognatos, & se in eremū transtulit, qđ quidē laudabile est. s. deserere patrē, & matrē, considerando hoc, quantū ad cōuersationē, & delectationē, quia ista se tenent ex parte nostra. vide super Matth. p. 5. c. 19. q. 211. & si de hac materia, plura desideras. habes ibidem plures quæstiones ..

Nō sū ego Christus. Ex hoc patet Ioānē Baptistā fuisse verū ac sanctum prophetā, licet venerit ante Christū quia non affirmat se esse Messiā, immo hoc negat, alij aūt qui fuerūt ante Christū, & dicebāt se esse Messias. nō fuerūt vere prophetæ, sed latrones, sicut dixit Christus, quod oēs qui ante eū venerunt fures fuerūt, & latrones, nā volebant honorari, tanq̄ si esset vnusquisq; verus Messias, cū non essent, hoc aūt negat Ioan. vide super Matth. p. 5. in explicatione tertij Prolog. D. Hier. q. 4.

Ego vox clamantis in deserto. Fuit Ioannes testis idoneus, ad perhibendum testimonium Iesu, quod esset Christus quia Iudæis quærentibus an esset Christus, idest Messias, ille respondit, non: & quærentibus quid esset dixit; ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini &c. vide super Matth. p. 1. c. 3. q. 16.

Ego vox clamantis in deserto. Christus faciebat miracula, p quæ manifeste apparebat eū esse Deū, & vera dicere; nā p miracula determinate cognoscebat. ad quid ergo venit Io. ad ostendendū Christū? respōdet qđ licet miracula efficaciter probent, magis q̄ quicunq; alius modus, non tñ determinant, vel certificant, tā expresse, sicut osten

sio Io. quia ille digito ostēdit Christū, dicēs. Hic est Messias, & filius Dei Io. 1. voluit ergo Deus istā maximā determinationē præstare Iudæis, qui erāt valde increduli, & volebant de oībus nimis certificare. Similiter non solum Messias ostendendus erat, sed etiam populus disponendus erat, vt esset dignus ad recipiendum Messiā, & ad hoc oportuit mitti determinate Io. vel aliū, & sic ipse dixit; ego vox clamantis in deserto: parate viam Domini. &c. quod per miracula fieri non poterat. vide super Matth. parte 1. capit. 3. quæst. 22. Non erat autem necessarium, quod Ioannes miracula faceret, vt ei crederetur, & vt confirmaret baptismum suum, quia satis magna auctoritas, & sufficiens ei dabatur non existente aliquo miraculo; vnde quando Iudæi quæsierunt ab eo cur baptizaret, si non erat propheta, nec Christus, nec Elias: confirmauit officium suum, non quidem miraculo, sed auctoritate sacræ scripturæ, dicens ego vox clamantis. &c. quasi dicat, ex eo, quod sum vox clamantis, sicut dixit Isaias: competit mihi baptizare. vide super Matth. p. 1. c. 3. q. 41. in responsione ad secundū argumentum.

Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Quasi dicat, ego non habeo officium prophetandi. sed parandi viam Domini, & sic innuit, quod habebat officium præcursoris, & non prophetæ, & iō quando Iudæi quæsierunt à Ioanne, an esset propheta. i. an esset aliquis de prophetis, qui non habebant aliquod speciale nomen, nec excellentiam per quam distingueretur ab alijs, & cognosceretur, dixit non esse prophetam, sed vocem. vide super Matth. p. 3. c. 11. quæst. 26. in fine. & quæst. 28.

Ego vox clamantis in deserto. Quidam intelligunt, quod Ioannes est vox clamantis, scilicet, quia alius est, qui clamat, & Ioannes vox eius, & sic intelligunt, quod Christus sit clamans, Ioannes autem sit vox eius, & tamen hoc non multum facit, quia Ioānes non est proprie vox Christi, sed magis ipse ad Christum præparat, cum dicat parate viam Domini, & ille Deus est Christus, alij putāt, quod Ioānes sit vox, & Deus sit clamans, quia Deus per eum loquitur, & sic Ioannes vox clamantis est, & non ipse clamans, quia nō est ipse, qui loquitur, sed alius per eum, & sic quilibet propheta vocabatur vox clamātis, quia per ipsum Deus loquitur. 2. Petri, scilicet, non enim voluntate humana allata est prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, & magis clare hoc de Apostolis dicitur: Lucæ 21. non estis vos. qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, & sic Beatus Ioānes dixit: se esse vocem clamantis. Aliter potest dici, quod hic accipiatur vox clamantis, per ipso clamante, & sic Ioannes est vox clamātis, idest clamans, & ponitur intransitiue, licet videatur poni transitiue; sic enim dicitur aliquādo, quod aliquis audiuit vocem verborum, i. audiuit ista verba, quia non est aliud ipsum verbum; quam vox verbi, sic patet Deu. 4. vocem verborum eius audistis. &c. vide super Matth. parte 3. capit. 3. q. prima circa illud; vox clamantis. &c.

Ego vox clamantis in deserto. Tanta fuit huius vocis efficacia, vt dicens: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; duos Apostolos ad Christum Conuerteret, quorum vnus fuit Andreas frater Simeonis Petri, antequam enim Christus inciperet pædicare, ostendit Ioannes ipsum esse Messiam, & tunc secuti sunt eum aliqui adhuc non prædicantē. vide super Matth. p. 1. c. 3. q. 22.

Ego vox clamantis in deserto, sicut dixit Isaias. Ioan. Bap. missio ad duo prænunciata, scilicet ad baptizandum, & ad prædicandum, & tota causa missionis eius fuit propter Christum, vt scilicet annunciaret eum. vide super Matth. p. 1. c. 3. q. 4. & aduentus ipsius Ioannis, prædicatio, & alia opera eius fuerunt Christo necessaria ad duo s. ad ostendendū Christū esse Messiam, & ad disponēdū populū vt ipsum reciperet. ibid. q. 5. & sua prædicatione multipliciter ostendebat Christum esse Messiā. ibid. q. 7.

Ego vox clamantis in deserto. Aliqui dicunt, quod Ioannes discurrebat prædicando per ciuitates; sicut Christus, qui dicebat oportet me euangelizare alijs ciuitatibus, quia ipse immitaturus erat Christum quem venerat annunciare. Alij dicunt, quod Ioannes solum prædicauit in deserto, quia Marci 1. dicitur, fuit Ioānes in deserto, baptizans, & prædicans: probatur etiam hoc multis rationibus: dicendum ergo quod Ioannes in principio prædicationis suæ erat in deserto Iudææ, in quo tota vita priori conuersatus fuerat, & cum incæpisset prædicare in deserto, audita fama illius. scilicet, quia tam austeram vitam ageret, & etiam quod incæpisset baptizare, quod nemo ante eum fecerat, concurrebat ad eum totus Israel de omnibus Ciuitatibus, vt dicit Matthæus tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa. & omnis regio circa Iordanem postea autem Ioā. declinabat ad loca propinqua Iordani: vt ibi in Iordane baptizaret Iudæos, cum ibi esset abundantia aquæ. &c. vide super Matth. p. 1. c. 3. q. 17. per totum.

Ego vox clamantis in deserto. De officio prædicationis. vide in tabula generali verbo, prædicare. prædicatio.

Ego Baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ad quid Ioannes baptizaoit. & an fuerit conueniens ipsum baptizare. vide super Matth. parte prima capi. tertio quæst. 36. ad quid baptizabat, vt Christum ostenderet, quem per prædicationem suam poterat demonstrare. vide loco citato quæst. 37. per totum ipse autem Ioannes primus introduxit vsum baptizandi, & ob hoc vocatur Ioannes Baptista, & ante Ioannem nullus alius habuit officium baptizandi, & licet Marci sexto dicatur, quod Pharisæi cum à foro veniunt; nisi baptizentur non comedunt; vocatur talis baptismus large baptismus, idest lotio, quia baptizare in Græco, nihil est, nisi lauare, & hoc modo quælibet ablutio corporis, vel cuiuscunque rei vocatur baptismus. vide loco citato quæstio. 38. fuit ne sacramentum Ioannis baptismus? si sic, cuius legis fuit sacramentum? ibidem quæstio. 40. fuit ne baptismus Ioannis à Deo, vel solum per humanam institutionem? ibidem quæstio. 41. an baptismus Ioannis dabatur sub aliqua certa forma. vide quæstio. 42. & si dabatur sub aliqua forma, erat ne illa forma, in nomine venturi, conueniens forma baptismi? ibidem quæstio. 43.

Ego baptizo in aqua. Ex hoc patet, quod Baptismus Ioannis gratiam non conferebat, & quia si in baptismo Ioannis gratia conferretur, nihil differret à baptismo Christi, quia maximum bonum baptismi Christi est, quod per illum peccata deleantur, & gratia conferātur, nam si gratia conferretur in baptismo Ioannis, superfluum fuisset instituere baptismum Christi non ergo confert gratiam, sed solum ad gratiam præparat, vno modo per doctrinam Ioannis inducentem hominem ad fidem Christi, alio modo præparabat homines ad gratiam, scilicet per pœnitentiam disponendo eos ad suscipiendum effectum baptismi Christi, scilicet gratiam, vel remissionem peccatorum. vide super Matth. parte prima cap. 3. quæstio. 44. per totum, an solus Christus, vel etiam alij, verbi gratia paruuli, gentiles, &c. debuerant baptizari. vide loco citato. quæstio. 45. & quæstio. 46. & quæstio. 47. an baptizato Christo cessauerit illico baptismus Ioannis. vide quæstio. 48. loco citato, an baptizati per Ioannem, iterum Christi baptismo bapizarentur. vide loco citato quæstio. 49. habuit ne baptismus Ioannis alium ministrum, præter ipsum Ioannem? vide per longam quæstionem loco citato quæstio. 50. an baptismus Ioannis eo tempore quo durabat obligabat aliquos ad ipsum recipiendum, aliqui negant, aliqui affirmant, sed pars negatiua est vera. vide ibidem q. 51.

Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Bene conatur Ioannes, prædicare Christum mediatorem, quia sine mediatoris fide non potest aliquis saluari, & Deus paratus est omni tempore facere fidem mediatoris ei, qui non ponit obicem ad recipiendum, sicut peccator quacunque hora potest conuerti ad eum, quia Deus præsto est omni hora infundere nobis gratiam, si faciamus, quod in nobis est, & ipse semper pulsat præueniendo, vt faciamus, quod est in nobis. vide super Matth. parte quinta capit. vigesimoprimo quæst. 21 1. de cognatione mediatoris huius, habes loco citato. in fine totius partis quintæ aliquas quæstiones.

Medius vestrum stetit. Christus est mediator Dei, & hominum

minum, non secundum Diuinam naturam, sed secundum humana. vide super Matth. p. 6. ca. 22. q. 225. post principium.

Post me venit vir, qui ante me factus est. Quomodo dicitur Matth. 3. qui post me venturus est? Ratio quod Christus iam venerat, quantum ad subsistentiam personalem quia iam erat: non tamen venerat, quantum ad operationem ad quam ipse mittebatur, Christus autem non venerat in modum, vt homo esset; sed vt salutem nostram operaretur, & quia Christus nihil adhuc fecerat, quando Ioannes dicebat, qui post me venturus est, de illo ad quod veniebat, rectè dicebatur nundum venisse, opera enim quæ Christus fecit ad redemptionem nostram fuerunt. prædicatio, legislatio, miraculorum operatio, & nouissimè, ac præcipue ipsa mors: ista inceperunt in baptismo Christi, quando Ioannes manifestauit eum populo; dicens: ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi; Hic est de quo dixi post me venit vir. &c. vt patet in præsenti euangelio. vide super Matth. par. 1. c. 3. q. 66. Remigius dicit, quod Ioannes venit quinque modis ante Christum scilicet nascendo, prædicando, baptizando, moriendo, ad inferos descendendo. &c. de vnoquoque proba. loco citato.

Pro hac concione. Vide in tabula generali, plura de Beato Ioanne. & de ipsius baptismo, ac de baptismo Christi, & Ioan. differentia. verbo Ioannes Baptista, & verbo. Baptismus Christi, & verbo Baptizare, baptizari. & verbo Baptismus Ionanis.

DOMINICA IV. ADVENTVS. Lucæ III.

A*Nno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris, factum est verbum Domini.* Euangelistæ quæcunque scripserunt de Christo, non vt notarij, aut testes scripserunt; sed sicut historiographi Christi, quod non vt notarij patet primo, quia notarius non pôt scribere quicquam, nisi interfuerit illi rei, siue sit de visu siue de auditu, alias esset falsarius quia necesse est exprimere quod interfuerit. secundo, quia notarius in omnibus scriptis de quibus ipse perhibet testimonium, debet apponere testes, qui interfuerunt rei, siue videndo, siue audiendo, alioquin testimonium suum nullũ est. tertio, quia in omnibus debet annotare tempora determinate. s. annum, mensem diem; ita vt, dubitari nequeat de rebus, quę gestę, vel dictę asserũtur, quo tpe gestæ fuerũt. quarto oportet eũ annotare locum, siue loca in quibus res auditæ, vel factæ sunt; Euangelistæ aũt hęc non obseruauerunt: de primo patet quia Marcus, & Lucas nullis rebus interfuerunt; Matth. & Ioan. licet rebus plurimis interfuerint, non tamen omnibus, de secundo est manifestũ. & licet aliquando dicant quod facta sunt miracula, vel dicta aliqua coram discipulis, siue coram populo, hoc non ô apponere testes, quia nõ nominat certas personas, q̃ interfuerũt, de tertio ẽt patet, nam quasi nunquam reperitur ab aliquo eorum facta plena annotatio temporis, & si rarissime ponant aliquas imperfectas annotationes, plenam tamen nunquã posuerunt, patet hic cum dicit Euangelista Anno quintodecimo imperij. &c. vbi Lucas annotat annum quo Ioannes Baptista incepit prædicare, tamen non annotat diem, ac mensem. aliquãdo annotatur mẽsis, & non annus, aliquando dies. &c. de quarto ẽt patet sed omnia vide super Euangelium Matth. in præfatione q. 19. pro totum, & est long.

Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris. Quis fuerit iste Cæsar. vide super Matth. p. 6. c. 22. q. 90. tempore huius Tiberij Cæsaris cæpit prædicatio Ioannis Baptistæ, & anno decimooctauo huius Imperatoris Christus passus est. vide loco citato. & ẽt sup Iosue. c. 11. q. 2. in prin.

Tetrarcha autem Galilææ Herode. Tetrarcha idem est, qđ quartæ partis princeps, & quia Regnum gentis Iudæorum, qđ prius erat vnicũ diuisum est in quatuor partes, vocatur quilibet pars tetrarchia, & princeps illius vocatur tetrarcha, præter principem Iudęę, qui vocatur pręses prouinciæ. vel procurator, & non tetrarcha. vide sup Matth. p. 4. c. 14. q. 4. per totum: titulus. n. quæstionis est. Cur dicatur Herodes Tetrarcha, & quod Herodes Ascalonita fuit primus de alienigenis, qui factus est Rex Iudæorũ, & quod terra Iudæorum fuit diuisa in quatuor Tetrarchias. vide ibi. Hic autem Herodes fuit Tetrarcha, etiã Rex. erat Tetrarcha quia erat princeps quartæ partis Regni, vel gentis Iudæorum, fuit aũt Rex, quia super terram illam imposuerat sibi Regium diadema; sicut diuiso Regno Iudæorum à principio in duas partes in vtraque Rex fuit; ita & nunc diuiso in quatuor partes poterat esse Rex in qualibet parte, quia paruitas regionis, vel districtus, nihil impedit ad esse Regẽ. Alij tamen dicunt, quod iste Herodes non erat Rex, & hoc magis ab auctore probatur. vide loco citato q. 5.

Tetrarcha autem Galilææ Herode. Tres fuerunt Herodes, primus fuit filius Antipatri natione Idumæi ad Iudaismum conuersi. in principio huius Herodis natus est Christus, nec tunc ablatum erat sceptrum de femore Iuda, quia adhuc regnabat Hyrcanus summus sacerdos in contentione cum fratre suo Aristobolo, & pauco tempore post Christi Natiuitatem ablatum est Regnum, & regnauit Herodes. vide super Matth p. 1. ca. 2. q. 3. in principio, hic autem Herodes factus est à patre tutor Galilææ, cum esset quindecim annorum. vide loco citato. q. 91. quæ longissima est, ideo vide postillam q̃ in margine reperies. Tullius Cicero consensu, antequam reperias. Cæsar occiditur. Alius Herodes fuit filius istius primi Herodis, qui primus vocatur Herodes Ascalonita, quia antiquæ quædam Historiæ ferunt patrem eius Antipatrum in Ascalono vrbe Philisthinorum cuiusdam templi Idolorum fuisse æditiuum, & iste Herodes mortuus est cum adhuc Iesus puer esset, secundus ergo fuit Herodes filius istius, qui fuit tetrarcha Galilææ, & solent vocare eum Herodem Antipatri, & iste est de quo loquitur euangelista, & qui Ioannem Baptistam occidit, & ad quem, tẽpore passionis, Iesus à Pilato remissus est, quia erat de Galilæa, vt patet Lucę 23. & de istis duobus solum faciunt mentionem euangelistæ. Tertius fuit Herodes Agrippa Rex Iudæorum post Christi mortem, qui occidit Iacobum Zebedæi, & tenuit Petrum, vt occideret. Actu. 12. vide super Matth. par. 4. cap. 14. quæst. 3.

Tetrarcha autem Galilææ Herode. Si de Herode ius plura videre. vide in tabula generali, verbo. Herodes.

Tetrarcha autem Galilææ. De situ prouinciæ Galilææ, & alia de ipsa prouincia. vide in tabula generali verbo. Galilæa.

Philippo autem fratre eius Tetrarcha Ituręæ, & Trachonitidis Regionis. Ithurea est quædam prouincia parua circa terram Iudææ, & est apud Traconitidem regionem, & hæc prouincia nominata est à quodam principe de progenie Ismaelis, qui dicebatur Iecur vide super primum Paralip. cap. 1. post quæstionem 19. circa illud; & Iecur.

Factum est verbum Domini super Ioannem filium Zachariæ. Fieri verbum Domini super aliquem est mitte ipsum à Deo, & ex hoc probat auctor, quod baptismus Ioannis erat à Deo, quia quando factum est verbum Domini ponitur, de baptismo. vide super Matth. p. 5. ca. 21. q. 257.

Factum est verbum Domini super Ioannem filium Zachariæ. Ex hoc patet, quod Ioannes erat Propheta, & plusquam propheta, sicut dixit Christus nam ad esse prophetam, solum requiritur, quod Deus loquatur homini aliqua, quæ non solum pertinent ad seipsum, sed etiam ad alios; Ioanni tamen locutus est Deus, vt patet littera. vide super Matth. p. 3. c. 11. q. 26. in principio.

Super Ioannem filium Zachariæ. Zacharias filius Barachiæ, de quo Matth. 23. aliqui dicunt, quod fuit Zacharias propheta, qui ponitur penultimus inter prophetas minores, & ad hoc adiuuat, quia iste propheta fuit, ibi autem agitur de occisione prophetarum, sed hoc confutatur: Origenes dicit, quod ille Zacha-

rias fuit pater Ioannis Baptistę, & occisus à Iudæis inter templum, & altare, cum esset sacerdos, & hoc vt quidam dicunt, quia voluit Mariam Virginem post partum ponere in templo in loco Virginum, & hoc probatur quatuor rationibus, sed non est verisimile, nec illud recipit Hyeronimus super Matth. & probatur multipliciter. Alij dicunt, istum esse Zachariam patrem Ioan. Bapt. sed ob aliam causam occisum scilicet, quia abscondit Ioannem, quando occidebantur infantes ab Herode. Alij aliam causam dicunt esse, interitus Zachariæ, cum enim occiderentur infantes, magnus Ioannes, cum coetaneis suis occidendus erat; sed Elisabeth eripiens filium de medio cædis petiuit eremum; vnde cum Satellites Herodis, Elisabeth, & puerum non inuenirent, conuerterunt iram in Zachariam, occidentes ipsum ministrantem in templo, sed neque hoc verisimile est, dicendum est ergo, quod iste Zacharias fuit sacerdos magnus filius Ioiadæ sacerdotis magni, qui alio nomine dicitur Barachias, quem occiderunt ex mandato Ioas Regis Iudææ &c. vide super Matth. parte 6. capit. 23. quæstio. 255. per totum, Zacharias ergo, de quo agitur in præsenti Euangelio, qui Zacharias erat pater Ioannis Bapt. non erat de sacerdotibus magnis, sed de minoribus vt probatur Exod. secunda parte vide super Leuit. capit. primo quæstio. 19. statim post principium de hoc loquitur Lucas cap. primo vbi dicit de Zacharia patre Ioannis. quod incedent coram Domino thymiama, & quod erat de minoribus sacerdotibus de vice Abia. vide super Nume. parte 1. capit. octauo quæstio. secunda quasi in medio. & si aliquis proteruire velit, dicens, quod pater Ioannis Bapti. erat sacerdos magnus: non potest stare, quia sacerdotes magni morabantur in loco sanctuarij, sed Zacharias pater B. Ioann. habitabat in montana Iudææ extra Ierusalem, vt patet Lucæ. 1. item & fortius hoc patet; quia si ponere incensum coram Domino in altari thumiamatum ad solum sacerdotem summum pertineret, non mutaretur per vices, sed semper pertineret ad eundem, sed Lucæ 1. dicitur, quod Zacharias intrauit ad adolendum incensum secundum ordinem vicis suæ, cum dicitur: factum est cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, &c. vide plura super Deuteron. capitu. 17. q. quinta.

Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ. Idest non stabat semper in eodem loco apud Iordanem, sed aliquando ad vnam partem eius, aliquando in aliam, putant autem aliqui, quod venit in omnem regionem Iordanis, idest ad omnes ciuitates, quæ erant circa Iordanem, quæ vocantur regio Iordanis, & falsum est, quia Marci. 1. dicitur, quod qui veniebant ad Ioannem Baptizabantur ab eo in Iordane, & tamen non poterant baptizari in Iordane omnes; nisi Ioannes maneret apud fluuium, quod autem aliquando declinaret ad aliqua loca non est inconueniens, non tamen ibat illuc ad prædicandum principaliter, quia prædicatio sua, & baptismus erat apud fluuium, interim tamen Ioannes declinabat ad alia loca, quia erant ibi aquæ multæ, & habebat ibi opportunitatem ad baptizandum. vide super Matth. p. 1. c. 3. q. 17. in medio.

Prædicans baptismum pœnitentiæ. De Ioannis baptismo. vide Dominica præcedenti super illud ego baptizo in aqua.

Prædicans baptismum pœnitentiæ. Erat ne sacramentum pœnitentiæ tempore Ioannis? vide super Matth. parte prima capit. 3. quæstio. 52. erat ne pœnitentiæ sacramentum in veteri testamento? ibidem quæstio. 53. quæ peccata, & quomodo confitebantur illi, qui ab eo baptizabantur? vide ibidem quæstio. 54. an Ioannes absoluebat eos, qui sibi confitebantur vide loco citato, quæstio. 55. an Ioannes imponebat pœnitentiam sibi confessis. ibidem quæstio. 56. an baptismus Ioannis haberet claues. ibidem quæstio. 57. quare baptismus Ioannis dicitur baptismus pœnitentiæ. ibidem quæstio. 58. quomodo dicitur, quod hic baptismus erat in remissionem peccatorum; vide ibidem. q. 59. quare dicebat Ioannes prædicando pœnitentiam agite. vide loco citato. q. 58.

Vox clamantis in deserto. Vide Dominica præcedenti, super illud; ego vox clamantis. &c.

Parate viam Domini. Vide in tabula generali: verbo via.

IN VIGILIA NATALIS Domini.

MATTH. I.

Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Ex hoc patet, quod Christus non natus est de semine virili, quia antequam Ioseph Mariam tangeret, ipsa conceperat, non tamen sequitur, quod postea conuenerint carnaliter, vt quidam hæretici dicunt. *inuenta est.* Idest Ioseph cognouit, quod grauida erat, quia vterus iam surgebat, inuenta est autem habens de Spiritu sancto, non quod Ioseph hoc inuenerit, quia noluisset dimittere eam. vide super Matth. p. 1. capit. 1. post q. 28. circa verba textus. quod Maria, & Ioseph nunquam conuenerint, vide cap. 10. primi Parad. vbi respondetur ad rationes Eluidij hæretici sustinentis, quod aliquando conuenerint, quæ rationes habentur cap. nono eiusdem primi Parad. vide etiam cap. 20 eiusdem Parad.

Cum esset desponsata Mater Iesu. Etc. aliqui dicunt, quod non licuit, Mariæ nubere, quia vt ait August. in vouentibus Virginitatem non solum nubere, sed etiam velle nubere damnabile est, & alijs multis rationibus id probant. Respondent autem his rationibus quidam quod licuit Mariæ nubere, quia non vouerat virginitatem, nec erat aliquod impedimentum, alij dicunt, quod vouit domina nostra virginitatem antequam contraheret, & non contraxit, nisi quia certificata est de diuino consilio, scilicet, quod per matrimonium non impediretur virginitas, sed hoc non stat, quia ipsa dixit Angelo; quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Respondet auctor, quod B. Virgo antequam contraheret matrimonium non vouit virginitatem, sed proposuit illam seruare, propositum autem non obligat; ideo licet homini resilire. vide super Matth. p. 1. cap. 1. quæst. 30. vbi etiam habes, quid sit votum solemne, & quid votum simplex, & quod vnusquisque habens vsum rationis potest emittere votum castitatis in nouo testamento, etiam si sit in patris potestate, quod non erat in veteri testamento habet etiam in responsione ad secundum doctrinam. T. pulchram, quod B. Virgo non se exposuit periculo, licet nupserit, vide loco citato. fuit autem conueniens Beatam Virginem esse coniugatam ex parte Christi, & ex parte ipsius virginis. vide loco citato. q. 31. per totum; an inter Ioseph, & Beatam V. esset verum matrimonium. vide q. 32. in qua etiam habes, in quo consistat matrimonium, & an matrimonium inter Ioseph, & Mariam fuerit perfectum, & quod falso putabatur Ioseph fuisse multum senex. Quid autem intendebat facere Ioseph, quando accepit Mariam in sponsa. vide loco citato. q. 33. per totum.

Inuenta est habens de Spiritu sancto. An Beata Virgo conceperit de Spiritu sancto; antequam sponsata fuerit; vel post. vide loco citato. q. 29.

Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere. &c. Ioseph vir, idest sponsus, quia licet persponsalia de præsenti sit verum matrimonium, nondum vocatur hominis viri, vel mariti, sed solum sponsi, quousque nuptię celebrentur, nunc autem nondum erant nuptiæ celebratæ. erat autem iustus, quia non est credibile, quod Deus matrem suam virginem, & filium suum vnigenitum poneret in manibus hominis peccatoris. nolebat Ioseph Mariam traducere, idest nolebat eam ducere in domum suam, & nuptias

cele-

celebrare, quia putabat ipsam fornicationem commisisse, cum autem esset iustus, nolebat eam accipere, quia per hoc videbatur fauere delicto eius, & quia si ipsa non erubuerat fornicari, antequam nuptiæ celebrarentur, multo minus post erubesceret, & ideo voluit occulte recedere de terra illa nesciente Maria, vt non teneret eam in vxorem post fornicationem, quam ipsam commisisse putabat, vide plura super Matth. parte prima cap. 1. post quæst. 33. circa textum, vbi habes quomodo intelligatur, quod Ioseph noluit traducere Mariam, & quid sit traducere, & alia pulchra. An Ioseph potuisset accusare Mariam ad mortem, vide loco citato quæst. 34. An vero peccasset capiendo Mariam in vxorem cum ista suspicione. vide ibidem quæstio. 35. vbi habes quod non cogitur vir accusare vxorem adulteram, sed ipsi adulteranti parcere potest.

Voluit occulte dimittere eam. Non peccasset Ioseph, dimittendo Mariam occulte, quia hoc faciebat vt iustus, iustitia autē actum malū non habet, & si dicatur, quod infamabat eam ergo peccabat, dicitur qd infamare stat dupliciter vno modo crimen falsum alicui publice imponere, alio modo verum crimen, vel defectum, aut ignominiam alicuius declarare, primo modo infamare semper est peccatum grauissimū secundo modo infamare contingit dupliciter, quia aut habet quis causam legitimā dicendi, aut non. primo modo non est peccatū, & sic Ioseph poterat eam infamare. Si dicatur, quod non erat verum crimen pro quo volebat infamare dicitur quod pro eodem accipitur in iure esse aliquid virum, vel probari esse verum tali probatione in qua iura non dubitent. vide super Matth. parte prima capit. primo quæst. 36.

Voluit occulte dimittere eam. De hac materia habes, capit. 90. primi Parado. per totum. ostenditur enim quod toto tempore conceptionis Maria non fuit vas luminosum in oculis Ioseph.

Voluit occulte dimittere eam. Cum Ioseph crederet Dominam nostram vere fornicatam, quæritur cur non faciebat eam purgari secundum legem, vel cur non accusabat eam, & afferuntur per hoc quam plures causæ. vide super Matth. parte 1. capit. 1. quæstio. 37. per totum, sed quare voluit sic occultæ, & non manifeste dimittere, cum manifeste relinquere posset? vide ibidem quæstio. 38. sed quomodo poterat eam occulte dimittere? nam oportebat, quod recederet de terra, & nunquam rediret ad eam, quia si ibi maneret manifeste teneret Mariam, quia cogeretur dare causam, quare dimittebat, scilicet dando libellum, vel accusando, & tamen Ioseph non poterat totaliter dimittere terram: quia omnes Iudæi obligabantur ter in anno ascendere in templum Domini. Exod. 23. & 24. & Deutero. 14. vide loco citato quæstio. 39. quid dicendum sit per totum.

Voluit occulte dimittere eam. Cum Ioseph esset ita turbatus, quod vellet dimittere Mariam, putans eam fuisse fornicatam: quare Maria non dixit Ioseph veritatem rei, vt cessaret à turbatione? Respond. Nicolaus, quod talia secreta non sunt reuelanda; nisi quantum se extendit voluntas Diuina, & tenuit etiam quod tempore congruenti Deus hoc Ioseph reuelaret; sicut reuelauerat Elisabeth, sed hoc multipliciter cōfutatur dicendum ergo quod cum Maria nondum esset traducta; sed maneret apud parentes, non agnouit Ioseph turbatum, maxime quia turbatio ad modicum perdurauit, quia eo cogitante, apparuit Angelus, & eum de facto certificauit. fuit alia causa etiam, quia si Maria dixisset, Ioseph putasset finctionem, & non credidisset ei, & alia causa, quia factum est hoc mysterio diuino, vt per Angelum magis certificaretur, & non haberet causam obiurgandi virginem. vide super Matth. parte prima cap. 1. quæstio. 40. Sed quare Ioseph, non quæsiuit à Maria quomodo se res haberet. scilicet quomodo conceperat? vide loco citato. quæstio. 41. quare autem ponatur hic turbatio Ioseph, vide ibidem quæstio. 42. quid vero faciebant parentes B. atq; Virginis videntes eam prægnantem nondum factis nuptijs? turbabantur ne? vide ibidem quæstio. 42.

Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini. Vide explicationem literalem huius loci vsque ad finem Euangelij loco citato post q. 43.

IN DIE NATALIS DOMINI Nostri Iesu Christi Euangelium primum.

Luca II.

Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Nomen Cæsaris non est nomen proprium; sed appellatiuum, & significat dignitatem imperatoriam apud Romanos, cuius origo est, primus qui vocatus fuit Cæsar, fuit Iulius dictator socer Pōpei, inter quos magna bella acta sunt, & ille vocatus est Cæsar ab viero cæso, quia de viero cæso matris eductus est viuens, scilicet mortua matre cæsus fuit vterus, & ipse eductus est, & quoniam per multos gradus honorum venit tandem vt Imperator esset, omnes Imperatores ab eo Cæsares appellati sunt. Aliud quoque nomen eis datum est, vt Augustus vocarentur, quod ab Octauiano secundo Imperatore Romanorum cæpit, nam ipse adauxit valde rempublicam: nam inter cæteras laudes suas, hoc est, quod gloriatur. Ciuitatem Romanam inuenisse lateritiam, & reliquisse marmoream, & ideo ab augendo Augustus appellatus est, & post eum cæteri quoque Imperatores Augusti appellati sunt: vnde tenuit ille duo nomina dignitatis Imperatoriæ, scilicet Cæsar Augustus, vt patet ex hoc loco Euangelij. vide super Matth. parte 6. capit. 22. quæst. 90.

Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Et tunc cum Ioseph iret in Bethlehem, vt ibi describeretur, quia erat de domo Dauid cum Maria coniuge eius, accidit eam parere in Bethlehem, & tunc etiam ante Christi Natiuitatem incipiebant semina belli Iudaici. vide super Matth. p. 6. c. 24. q. 112. in principio.

Et peperit filium suum primogenitum. Deum scilicet, & hominem. Iuxta illud. Isai. 9. paruulus natus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, quæ auctoritas secundum Hebræos de Messia exponitur, & in ea fit mētio de deitate, & humanitate. vide super Matth. parte quinta capit. 21. quæstio. 204. quasi in principio.

Peperit filium suum primogenitum. In partu Mariæ, totus mundus exultat, sed præsertim Beatissima Virgo, cui potest applicari id, quod Genes. 30. dixit Lia nato Gad, & Aser, feliciter, & hoc pro beatitudine mea, nam beata me dicent mulieres, hanc historiam vide super Genes. capit. 30. quæstio. 6. in fine super illud; Hoc pro benedictione.

Peperit filium suum primogenitum. Cuius generatio non solum æterna, sed etiam temporalis mirabilis fuit, iuxta illud Isai 53. generationem eius quis enarrabit, quod aliqui intelligunt de generatione æterna, quia illam nullus potest enarrare, sed auct. probat, quod & si intelligeret de generatione æterna, non constat, an de illa intelligatur, & consequenter non constat, quod Deus habeat filium, qui sit Deus. Hebræi tamen intelligunt hoc communiter de Messia temporaliter nato, quia nullam aliam generationem concedunt, & si aliquis argumētetur, quod intelligatur de generatione æterna, quia dicitur quis enarrabit; & tamen temporalem generationem enarrare possumus. Respond. quod non ponitur semper talis locutio pro impossibili, sed frequenter pro difficili: & sic verum est. quod generatio Messiæ secundum carnem difficilis est enarrari, quamquam possit enarrari. Ex hoc autem Iudæi putabant dif-

ficile esse, quod quis cognosceret generationem Messiæ, & ob hoc putabant, quod quando veniret Messias, pauci cognoscerent eum, & nescirent de qua progenie erat: vt fiant Ioan.7 scilicet. Christus cum venerit, nescimus vnde sit, sed hunc scimus, vnde sit, ideo concludebant, quod non erat Messias. Ostendit tamen auctor, qd melius accipitur, generatio, per operationem Messiæ, quam pro genitura. vide in opusculo de sanctissima Trinitate. Conclusione secunda, in responsione ad quintã auctoritatem.

Peperit filium suum primogenitum. Qui est etiam filius Dei secundum æternam generationem, differt autem generatio æterna, à generatione creaturarum multipliciter. vide Paradox.4.cap.52.& cap.53.& cap. 54. & cap.55.

Peperit filium suum primogenitum. Quod fertur ad temporalem generationem, nam quantum ad generationem æternam non datur, nec præteritum, nec futurum, nec præsens eo modo, quo in nobis est. vnde filius Dei semper genitus est, & semper gignitur, nec cessat illa generatio, non quidem, quia non possit magno tempore fini ri; sed quia filius Dei genitus est, cum per generationẽ esse receperit, & in diuinis nihil transit, nec aduenit, cũ totum esse simul sit necesse est, vt generatio illa semper maneat, non tanquam alia, & alia pars generationis, sed eadem indiuisibilis generatio, quæ ab æterno erat eadẽ nunc est, sed in quocunque est generatio illud gignitur, ergo filius Dei in quo semper generatio est, quia nunquam abijt in præteritum, semper gignitur, &c. vide su per Iosue p.2.c.11.q.19.

Et pannis eum inuoluit. Dupliciter egemus vestibus. Primo ad operimentum verecundiæ; nam antequam homo peccaret, nudus erat, & vestibus non egebat, quia non erubescebat de aliqua parte corporis sui; quando vero peccauit erubuit de motu inordinato, qui apparuit in membris genitalibus, quæ mota fuerunt contra rationis dictamen, ideo abscundit se, ne Deus eum nudum videret. Genes.3. vocem tuam audiui, & timui, idest, erubui, eo quod nudus essem. Secundo egemus vestibus propter necessitatem passibilitatis, Deus enim principaliter fecit vestes homini propter intemperiem aeris, & ideo fecit eas, vt operirent totum corpus, præter vultum, qui non debuit operiri, eo quod ibi sunt omnia organa sensitiua, quæ oportuit semper nuda esse, vt reciperent obiecta. vide super Matth. parte septima, cap.25. quæst. 375. & applica, quod Christus non egebat vestibus. Primo modo, quia nullum peccatum fecit; sed bene, secundo modo Christus enim accepit omnes passiones nostras, & defectus, qui non dicunt peccatum, neque ad peccatum mouent. neque ipsum indiuiduum reddunt minus laudabile, scilicet illas, quæ ostendunt veritatem naturæ humanæ, & sunt communes omnibus, vt famem, sitim, soporem, pati à frigore, à calore, &c. vide super Matth. parte quinta, cap. vigesimoprimo, quæst.101.

Et pannis eum inuoluit. Inopia vestis est maior, quam inopia aliarum rerum, propter duo. Primo, quia vestis est necessaria, propter intemperiem aeris arcendam. Secundo ad tegenda verecunda, vt dictum est modo, quia indecens iudicatur hominem esse nudum. Isai.58. cum videris nudum operi eum, & carnem tuam, ne despexeris, nam cum dicitur operi eum, tangitur prima necessitas indumenti; cum vero dicitur, & carnem tuã, ne despexeris: tangitur honestas. s. quia contemnitur caro humana, cum nuda est. vi de sup. Matth.p.7.cap.25.q. 376. in fine.

Et pannis eum inuoluit. Non vestibus pretiosis. vestimenta enim Saluatoris nostri, quibus dum in carne mortali viuens opertus est, pauci extitere valoris. Christus siquidem non vt honoraretur, inter cæteros mortales vestium insignijs polleret, in orbem venerat, sed vt humilitatis, atque paupertatis nos efficeret amatores. quod in se primo edocuit, vt patet etiam Matth. vigesimo, non veni ministrari, sed ministrare; sed qui ministrat minor est, quam qui recumbit. vide parad. quinto, cap.29.

Et pannis eum inuoluit. Christus dum vixit vestibus vsus est, quia illis egebat, quod ex duobus innotescitur, primo ob causam sui, & propter eos in quorum medio versatus est, harum autem prima necessitas in Christo fuit, quoniam dum vixit rubore suffunderetur, si inter cæteros toto corpore nudatus apparuisset; sicut id cæteri homines erubescunt, præsertim si vasa genitalia denudetur nam & si Christus nihil peccauit, peccati tamen pœnas assumpsit, vt modo dictum est. Secundo egebat vestibus propter eos, in quorum medio versabatur, nam & si Christus de sua nuditate nihil erubesceret; quamquam penitus tegumento carẽs, alij tamẽ homines, inter quos ipse conuersabatur, erubescerent si nudi forent, nec de se dumtaxat, sed, & Christum positis velamentis conspicere, potissime si genitalia organa nuda forent, &c. vide parad. quinto, cap.31. & cap. 32. per totum. vbi pulchra habentur. vide etiam cap. 23.& 27. eiusdem quinti parad.

Et pannis eum inuoluit. Andronicus ponit tres virtutes circa exteriorem ornatum vestium. s. humilitatem, quæ excludit intentionem gloriæ. Secundam per se sufficientiam, quæ excludit intentionem delitiarum. 1. Tim.6. habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. Tertiam, scilicet simplicitatem, quæ excludit intentionem super flue sollicitudinis, etiam in defectu potest esse vitium. vide super Matth.p.3.cap.11.q.23.post medium.

Et pannis eum inuoluit. Vide Dominica secunda Aduentus Domini. super illud. Ecce qui mollibus vestiuntur.

Et pannis eum inuoluit. Vide in tabula generali. verbo vestis.

Et reclinauit eum in præsepio. Magna Saluatoris humilitas. vide in tabula generali de humilitate. verbo Humilitas.

Et reclinauit eum in præsepio. Vnde dicitur in stabulo ponitur, qui continet orbem. Præsepe dicitur stabulum a stando, quia ibi stant iumenta. vide super Num. parte secunda, cap.32. post quæstionem tertiam, circa illud; stabula iumentorum. Stabulũ potest accipi dupliciter, vno modo pro stabulo in quo sunt multa præsepia. Alio modo pro præsepe, ad quod vnicus equus comedit, & sic in eodem stabulo potest esse præsepe longum, in quo sint decem præsepia equorum, & erunt distincta inter se ita quod duos equis non possit tangere alimmũ & ita in vna domo, vel stabulo Salomonis, manerent decem equi, & sic poterat dici, 3. Reg.4. quod erant 4. millia stabula, siue præsepia per quadraginta millibus equis. vide super secundum Paralipom. cap.nono, quæst. sextodecimo, in fine.

Et reclinauit eum in præsepio. Non delectatur magnis, ædificijs, & palatijs, sed humilibus, & abiectis vnde volentes ædificare turrim, cuius culmen ad cælum pertingeret, confusit, atque ędificare non permisit, quia nomen proprium celebrare intendebant, & licet ædificarent eã grossissimam, & amplissimã, vt in magna distantia posset potestatem visuam immurare, vt quando aliquis ex aliqua causa vellet è ciuitate recedere, vbicunque esset videret illam turrim, & sciret redire ad ciuitatem. licet etiam ædificantes non haberent malam intentionem, tamen Deus confusit eos. vt ab opere, ædificationis desisterent. vide super Genes. cap. vndecimo, sed præcipue quæst. sexta, & quæst. septima, & quæst. octaua.

Pastores erant in regione illa custodientes vigilias noctis super gregẽ suũ. vigilantib. & laborantib. Saluator mũdi innotescit; pastores. n. continue laborant, per diem vrũtur æstu, p noctẽ gelu, sicut patet de Iacub. vide sup. Gen. c. 31. post q. 1. circa illud; die, noctuque vrebar gelu, & æstu; custodiebant autem vigilias noctis, quæ vigiliæ sunt quatuor diuiditur enim nox in 4. par. ad vigilandum, & quælibet pars continet tres horas, & quælibet vocatur vna vigilia: vnde vigilia matutina est quarta, & vltima vigilia noctis.

Pastores erant custodientes vigilias noctis. proprium officium pastoris est vigilare super gregem, ne diabolus, qui semper circuit quærens, quem deuoret, aliquem rapiat,

EVANGELIVM TERTIVM de Natiuitate.

Ioann. I.

dech. vide super Genes. capit. 14. in expositione tex. aliquanto ante finem, circa illud, qui creauit cælum, & terram.

Omnia per ipsum facta sunt. De Creatione habes super Genes. c. 1. in principio per aliquas quæstiones, vide etiam in tabula generali, verbo Creare. Creatio.

Quod factum est in ipso vita erat. Ex hoc potest, quod Deus est artifex, & quod habet in se Ideas rerum futurarum. vnde sic intelligitur, quod factum est in ipso vita erat, idest omnia viuebant in Deo, quæ facta sunt in re, sin ideis suis. vide super Iosue parte secunda, cap. vndecimo, quæst. 72. & in tota illa quæstione ostenditur, quod Deus non intelligit rem antequam fiat, nec cum fit, nec postquam facta est, sed in tota æternitate intelligit, & sic cum Deus sit artifex habet ideas omnium rerum. vide multa loco citato.

Quod factum est in ipso vita erat. Omnia, quæ fiūt a Deo sunt, & prodierunt, tanquam a causa prima, & quia ipse non est agens a casu, sed agens propter finem, & secundum præconceptionem, oportet poni cuiuslibet rei ab ipso faciendæ exemplar, vel imitationem, aut formam quandam in eo, sicut est in cæteris artificibus, illa autem forma, vel exemplar, est aliq. id viuens, cū sit ipse Deus, quia in Deo nō est aliquid absolutum distinctum ab ipso, & quia res dicuntur esse in mente artificis, eo modo quo formæ illarum, sunt in eo: ita & in Deo res quilibet est eo modo, quo exemplar eius est, quia non habent res aliud esse in Deo, & tamen illud exemplar est aliquid viuens, ideo quælibet creatura, est aliquid viuēs in Deo, immo est vita. dicitur etiam melius ab Euangelista, quod factum est erat vita, quam si diceretur erat viuens. quia si sic diceretur significaretur esse aliquid distinctum a Deo. vide super Matth. parte 6. cap. vigesimosecundo, quæst. 217. in medio. ibi. dicendum, quod aliud.

Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Et propter hoc Christus baptizatus a Ioanne, quia veneat, vt testimonium perhiberet de ipso Christo, nam cū Christus esset tam reuerendus, vt postea apparuit omnibus Iudæis ex operibus eius, accipiendo baptismum Ioānis approbabat illud valde, & magnam ei auctoritatem conferebat, istud autem erat conueniens non solum in fauorem Ioannis, sed magis in fauorem Christi, quia Ioannes missus fuerat, vt testimonium perhiberet de Christo, ad hoc ergo, vt testimonium istud esset firmum, oportebat Ioannem esse magnæ auctoritatis, & Christi intererat Ioannem habere magnam auctoritatem. Si autem Ioanne baptizante populum, Christus non vellet ab eo baptizari, videretur contemnere baptismum eius, & sic ostenderet, quod opera Ioannis non erant omnino a Deo, in quo multum de auctoritate eius periret. vide super Matthæum, parte prima, cap. tertio, quæst. 72. ante medium.

Hic venit, vt testimonium perhiberet. Ex hoc deducunt aliqui, quod Ioannes non debuit baptizare, quia venit, vt testimonium perhiberet de Christo, & quia Lucæ 1. dicitur: Tu puer propheta altissimi vocaberis: prophetæ autem qui fuerunt ante Ioannem, nunquam introduxerunt aliquem nouum ritum præter illa, quæ erant in lege Moysi, vnde nec Ioannes debebat introducere, sed falluntur, quia Ioannes fuit plusquam propheta, fuit enim ipse finis legis Moysi, & principium Euangelium: ideo magis pertinebat ad eum, verbo, & opere inducere homines ad legem Euangelij, quam ad prophetas veteris testamenti; vnde potuit nouum ritum introducere. vide super Matth. parte prima, cap. 3. q. 37. in responsione ad primum.

Hic venit, vt testimonium perhiberet. Fuit ne Ioannes testis idoneus, ad perhibendum testimonium Iesu, quod esset Christus? vide super Matth. parte prima, cap. 3. q. 16. sed quare venit ad ostendendum Christum, cum lex, & prophetæ testificati fuerint de eo? vide loco citato q. 20. per totum.

Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet. Scilicet Ioannes non erat lux, sed de luce, s. de Christo testimonium perhibebat. Deus enim est lux, vnde sequitur, erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, de qua luce, dicitur Psalm. 35. in lumine tuo videbimus lumen, idest per lumen tuum, quod est lumen gloriæ, videbimus lumen, s. diuinæ substantiæ, quia ipsa est lumen, quod illuminat omnem hominem, &c. & Isa. 60. dicitur, non erit tibi sol amplius ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam, & ob hoc Deus, & Angeli in sacra scriptura in figuris igneis describuntur, quia ignis inter omnia elementa de luce magis habet. vide super Matth. p. 2. cap. 5. quæst. 45. ante medium.

Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et non decipi aliquem, nec ad eum pertinet, quod faciat aliquem decipi cum illuminet, & sic patet quod nō mittit Deus demones aliquando, ad decipiendos homines, quia sic directe Deus vellet, quod homo deciperetur, & non illuminaret, quod tamen est falsum, quia si hoc vellet, non opus esset mittere demones; sed eo ipso, quod Deus vellet hominem decipi, esset deceptus, & nihil intelligeret. Permittit tamen aliquando quod demones homines decipiant, vel tenetur eos ad decipiendū sed hoc potest dupliciter intelligi. vide sup. 2. Paral. cap. 18. q. 38. in princ.

Mundus per ipsum factus est. Mundus multipliciter accipitur, quomodo autem hic accipiatur. vide super Matth. p. 1. c. 4. q. 74. in princ.

In propria venit, & sui eum non receperunt. Idest venit in regionem sibi subditam, & non agnitus est a suis, & sic Christus in quantum est filius Dei, in quocunque regno maneret, erat filius Regis illius Regni, quia Deus est Rex omnium Regnorum, & licet tempore Christi Octauianus videretur temporaliter esse Regno Iudæorum, Deus tamen vere erat rex huius Regni, & omniū regnorum terræ, est enim Rex Regum, & dominus dominantium, 1. Timot. 6. & ex his probat auctor, quod Christus nullibi tenebatur ad tributum soluendum. vide super Matthæum parte quarta, cap. decimoseptimo, q. 191. in fine.

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, & c. Idest fieri filios Dei adoptiuos, vocatur filius Dei adoptiuus, quando habet eadem iura apud Deum, quæ habent filij adoptiui apud patres, filij enim adoptiui succedunt patribus, sicut filij nati, & legitimi: dato, quod secundum constitutiones aliquarum gentiū non succedant, æqualiter adoptiui cum filiis natis. Nos igitur cum simus filij Dei per adoptionem debemus sic cedere ei in aliquo: Deo tamē nullus succedit, quia De⁹ non moritur, & sic non possumus percipere iura eius per successionem, sed per participationem, quia bona illius participabimus: horum bonorum Christus est hæres cum sit filius Dei naturalis, & nos vocamur cohæredes, quia sumus filij adoptiui, ad Roman. octauo. ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei, si autem filij & hæredes, hæredes quidem Dei cohæredes autem Christi, quia tamen Christus est filius naturalis patris, participat maio, a bona patris, & hoc est in duobus, sed vide omnia super secundum Reg. cap. septimo, quæst. nona, circa illud: & ipse erit mihi in filium.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri. vide in tabula generali. verbo Filij Dei.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Vnde Apostolus ait, loquēs de Christo. dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, &c. Hoc autem intelligitur de corpore Christi mystico, nam nos non sumus naturaliter corpus Christi, vel de corpore eius, sed formamur in eo, vel potius ipse in nobis, ad Gal. 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis, ædificamur autem in corpore isto per fidem, quam accipimus, quia Deus dat potestatem filios Dei fieri, his,

qui

DOMI-

DOMINICA INFRA OCTAVAM. Natiuitatis.

Lucæ II.

ERANT *Ioseph, & Maria mirantes super his, quæ dicebantur de illo.* Tex. ait: erat pater eius, & mater: non fuit tamen Ioseph pater Christi, sed ab omnib. ignorantibus veritatem rei, putabatur pater Christi. Lucæ 3. putabatur filius Ioseph. Sic Beda. Augustinus, aliter dicit, s. quod Ioseph fuit pater Christi, licet non sit de eius substantia, etiam dicit, quod poterat esse filius adoptiuus, scriptura tamen vocat Christum filium Ioseph, s. quia sic putabatur. vide super Matth. p. 1. cap. 1. q. 48. in medio.

Mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Quicquid digne laudare non possumus, admiramur, sed nemo admiratur, nisi de eo, quod non credebat posse fieri; sic dicit Grisost. intellectus hominis rationabiliter placatus laudem generat, virtus autem admirationem. vide super Matth. p. 3. cap. septimo, quæst. 35. in fine. Sed quomodo admirabantur, fortassis nō credebant, quod Simeon tantopere extolleret puerum Iesum, & quod vocaret Saluatorem.

Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum. Per mortem positus fuit in ruinam. quia Iudæi scādalizabantur, & scandalum est occasio ruinæ. 1. Cor. 1. nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum: & sic etiam auctor explicat illud Matth. 18. necesse est, vt veniant scādala, idest necesse est, quod ego moriar. vide super Matth. p. 5. cap. 18. q. 37. in princ. similiter positus est per passionem in resurrectionem, quia passio illius causat nostram salutem, & eius resurrectio est causa, quod nos omnes resurgemus. vide in tabula ge generali, verbo Passio Christi, & verbo Resurrectio.

Et in signum cui contradicetur. Vide in tabula generali. verbo Pharisæi, ipsi enim Christo contradicebant, & verbo Signum.

Et hæc vidua erat. Vidua dicitur, quæ à viro diuisa est, secundum vsum latinitatis; vnde quamquam fœmina desponsata sit per verba de præsenti; nisi à viro cognita sit, non vocabitur vidua moriente viro. Fœminæ tamen, quæ multo tempore in eius potestate matrimonialiter permanserunt, secundum ius præsumuntur esse cognitę à viro, & dicuntur viduæ. vide super Leuit. cap. 21. q. 23. circa illud, viduam, & repudiatam. vide etiam sup. Matth. p. 2. c. 5. q. 124.

Ieiunijs, & obsecrationibus vacans. De ieiunio. vide Feria Quarta Cinerum, & in tabula generali. verbo Ieiunium.

Ieiunijs, & obsecrationibus vacans. Oratio conuenienter non fit nisi à disposito; & ideo, vt caro non retrahat spiritum ab eleuatione in Deum, oportet carnem disponi subijciendo eam spiritui, quod fit per ieiunium; & ideo ad bene orandum non solum oportet orare, sed, & ieiunare. vide super Matth. parte quarta, cap. 17. q. 173. post medium.

Ieiunijs, & orationibus vacans. Hæc vidua erat Anna prophetissa; & non est mirum, quod ieiunijs, & obsecrationibus vacaret; nam oratio, & ieiunium maxime disponunt ad prophetiam, & sic quando Daniel volebat habere aliquam reuelationem à Deo ieiunabat per multos dies affligens carnem suam per omnem modum, & tunc ei Deus reuelabat; vnde semel ieiunauit tribus hebdomadis, vt declararetur ei quædam visio, & in fine illarum declarata est, vt patet Dan. decimo, scilicet, ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi: & caro, & vinum non introierunt in os meum, sed nec vnguento vnctus sum, donec complerentur trium hebdomadarum dies, &c. vide super 4. Reg. c. 3. q. 13. in princ.

Ieiunijs, & orationibus vacans. Oratio, & ieiunium preseruant a quibusdam malis futuris non solum in ratione meriti, sed etiam per modum contrariæ consuetudinis ad illud vitium, vel per hoc, quod tollitur materia, vel occasio illius vitij, & sic ieiunium directe est contra vitia carnis, oratio autem contra vitia animæ, in quantum per hoc quod homo orationi intendit eleuādo mentem in Deum, non est locus prauis cogitationibus, quæ per otium animi subintrant. vide super Matth. p. 3. c. 6. q. 32. in resp. ad primum.

Ieiunijs, & obsecrationibus vacans. Nulla opera indicabantur apud Iudæos meliora, quam oratio, & ieiuniū, cum ista frequentarent illi, qui religiosam vitam ducebant. vide super Matth. parte quarta. cap. 17. quæst. 173. in principio.

Ieiunijs, & obsecrationibus vacans. De oratione. vide Dominica 10. post Pentecost.

Ieiunijs, & obsecrationibus vacans. Oratio, & obsecratio differunt, quia oratio est simplex petitio, obsecratio vero est quando fit petitio per inuocationem alicuius, qui ponitur tanquam medius in orando, s. quod meritis illius debeat concedi, quod petitur, sicut cum petimus p passionem Christi aliquid nobis concedi: & sic 2. Paral. cap. 6. Salomon orabat Dominum, per amorem, & promissa Dei ad Dauid; quod compleret hoc, quod petebat & erat obsecratio. vide super secundum Paral. cap. 6. q. octaua, circa illud; & obsecrationem eius, ita etiam Hebręi implorabant misericordiam diuinam, per merita Abrahę, Isaac, & Iacob, & per pacta, quę cum eis iniuit. vide loco citato post quæstionem decimamseptimam, circa illud, & obsecrauerint nomen tuum, & etiam post quæstionem vigesimamprimam, circa illud: & obsecrationem. & super Matthæum parte 3. cap. octauo, quæst. 113. in fine.

Die, ac nocte. Semper est orandum præsertim nocte, quia aptissimum tempus est orationi, & sic dicitur Lucæ 18. oportet semper orare, & nunquam deficere, & ideo ipse Christus orabat indeficienter, quandocunque vacabat ei tempus, nam etiam noctibus integris in oratione pernoctasse legitur, vt Lucæ 6. scilicet factum est in diebus illis, exijt orare, & erat pernoctans in oratione Dei, idest tota nocte manens in oratione. vide super Matth. p. 4. c. 14. q. 141.

Die, ac nocte. Tres orationes sunt solēnes inter Hebręos, oratio matutina, quam fecit Abraham, & oratio vespertina, scilicet ante solis decasum. quam fecit Isaac, & oratio nocturna, quæ fecit Iacob. vide super Genes. cap. 24. quasi in fine expositionis textus, circa illud, & egressus fuerat ad meditandum in agro.

Confitebatur Domino. Confiteri proprie accipitur; idest aperte fateri, vel asserere cum enim quis aliquid indubitate fatetur, dicitur illud confiteri, idest simul fateri, quia totum fatetur, nihil negans, vel ex toto animo fatetur manifestare volens. Scriptura autem transumpsit istud verbum ad significandum laudem, vt illud confitemini Domino, quoniam bonus, & illud. Confitebor tibi quoniam audisti me, & tandem translatum est ad confessionem peccatorum, iuxta illud Psalmi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam. vide super Matthæum, part. tertia, cap. vndecimo, quæst. 56. hic autem accipitur secundo modo, s. pro laude.

IN DIE CIRCVMCISIONIS Domini.

Lucæ II.

POSTQVAM *consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer.* De circumcisione, omnia habes in tabula generali, verbo Circumcisio, & verbo Circumcidere, & Circumcisus.

Vt circumcideretur puer. Primum Christi vulnus fuit, qd accepit in Circumcisione; ibi siquidem sanguis suus effusus est,

sius est, & caro præputij circumcisa: hic autem minor dolor cautatus est præ teneritudine carnis, qualis teneritudo, atque sensus in partibus genitalibus reperitur. vide parad. 5. c. 7. an vero fuerit circumcisus cultro lapideo, vel ferreo, vide ibi, & etiam cap. 8. & cap. 9.

De circumcisione Abrahæ, habes parad. 5. cap. 108. & de Circumcisione apud Gentiles, vide ibidem cap. 109. sicut autem tempus à morte Saluatoris, vsque ad perfectã publicationem Euangelij in Gentilibus decedentibus à sæculorum statibus differens fuit; ita, & idem ad Iudæos conferendo dicendum est, in hoc enim tempore Iudæi ad circumcisionem, aut ad quæcunque præcepta legis Mosaicæ obligati neqnaquã erant: cum ipsa enim morte redemptoris, legalis obligatio, extincta, & sepulta est. vide parad. 5. cap. 115.

Eminentia Baptismi supra Circumcisionẽ habetur parad. quinti, cap. 156. & quod Circumcisio fieri non poterat ante octauum diem, vide ibidem cap. 157. & cap. 158. & 159.

Et vocatum est nomen eius Iesus. Hoc nomen Iesus est maioris reuerentiæ, quam hoc nomen Deus, & multiples de hoc ratio assignatur: prima, quia Christo hoc priuilegium donatum est à tota Trinitate propter duram obedientiam, quam compleuit: ad Philip. 2. Christus factus est pro nobis obediens, &c. propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen; vt in nomine Iesu omne genuflectatur, &c. secunda quia hoc nomen Iesus, est solum nomen in quo saluamur, vt patet Act. 3. cum dicitur: nec est aliud nomen sub cęlo, in quo oporteat nos saluos fieri: nisi in nomine Iesu, hoc autem nomen Deus, licet nomen magnũ sit, nõ est tamen nomen in quo saluamur, vt patet, quia multi Deum inuocãt, vt Saraceni, Iudæi, & aliæ gentes, & tamen pereunt. Tertia, quia hoc nomen Deus importat nobis Deum per modum Creatoris, nomen autem Iesus, cum sit nomen suppositi diuini, & hoc quantum ad opus redemptionis, & licet secundum se sit maius beneficium creatos fuisse a Deo, quam redemptos, quia per creare communicatur esse, per redemptionem bene esse. Quarta, quia illud nomen honorabilius Dei est, quod signat Deu sub pluribus perfectionibus, sed istud nomen Iesus signat Deum sub pluribus perfectionib. quam istud nomen Deus, ergo honorabilius est, antecedens patet, quia nomen Deus signat diuinam essentiam absolutæ, & istud nomen Iesus signat Deum, quia est nomen personæ diuinæ, & tam perfecta est vna persona diuina, quam aliæ duæ, vel sicut tota essentia diuina. vide plura alia super Exod. parte prima, cap. vigesimo, quæst. octaua, & vocatum est nomen eius Iesus. vide reliqua in tabula generali. verbo Iesus.

IN EPIPHANIA Domini.

Matth. II.

C*VM natus esset Iesus in Bethleem Iuda in diebus Herodis Regis.* Modus Natiuitatis Christi fuit, quod in anno illo quo virgo concepit Christum, accidit, quod poneretur edictum ab Octauiano Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, & irent singuli in Ciuitatem suam ad profitendum ibi se esse subditos Romanorum, & tunc accidit, quod cum Ioseph esset de ciuitate Bethlehem, licet habitaret in Galilæa, ire debuit in Bethlehem ad profitendum ibi, & iuit cum eo Maria vxor eius, quę erat iam propinqua partui, & accidit, quod ibi pareret. vide super Matthæum parte prima; cap. 2. super illud: Cum natus esset Iesus.

Cum natus esset Iesus. Quo tempore sęculi Christus natus est? Ratio secundum veritatem Hebraicam quod ab orbe condito, vsque ad Christi Natiuitatem fuerunt anni tria millia nongenti sexagintasex: patet hoc ex annis correspondentibus ætatibus singulis: nam ab orbe condito, vsque ad diluuiũ fuerunt anni mille sexcenti quinquaginta sex. Hoc patet inducendo per omnes generationes, quæ fuerunt ab orbe condito, vsque ad annum sexcentesimum Noe, quando incepit diluuium, vt patet Gen. 5. Secunda ętas est à diluuio vsque ad natiuitatem Abrahę, & sunt anni ducẽti nonagintaduo. Tertia ętas q̃ fuit à natiuitate Abrahę, vsq; ad natiuitatẽ Dauid, fuit annorum nongentorum & viginti vnius. Quarta ætas incepit à natiuitate Dauid, vsque ad captiuitatem Babylonis, quæ fuit vltimo anno Regis Sedeciæ. 4 Reg. 25. & durauit anois quadringentis nonaginta tribus. Quinta ætas fuit à primo anno captiuitatis Babylonicæ, vsque ad Christi Natiuitatem, & sunt anni sexcenti, & vnus. Collectis ergo annis istarum quinque ætatum, resultant ab orbe condito, vsque ad Christi Natiuitatem anni tria millia nongenti sexaginta sex. vide super Matth. p. 1. c. 2 quæst. 1.

In Bethlehem Iuda. Est Bethlehem quædam ciuitas parua in sorte Tribus Iudę. Iosue 25. & distat duobus milliaribus, idest leucis à Ierusalem, vel quasi: dicitur autem Bethlehem Iudæ ad differentiam alterius Bethlehem, quæ est in Tribu Zabulon. Iosue 15. vide super Matth. parte 1. cap. 2. super illud, in Bethlehem. Quare autem Matth. dixerit, quod Christus natus est in Bethlehem. vide ibidem. quæst. secunda, an autem conuenienter natus sit Christus in Bethlehem. vide ibi quęst. quarta per totum.

In diebus Herodis Regis. Iste fuit primus Herodes, & Christus natus est postquam iste regnare cęperat. vide loco citato in expositione tex. Quare Christus posuerit, quod tempore Herodis natus sit. vide ibidem, quæst. tertia.

In diebus Herodis Regis. An Christus fuerit natus conuenienti tempore, vel debuisset nasci prius, aut post. vide loco citato. q. 5. per totum.

Et ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam. Qui fuerint isti Magi, qui venerũt ad Christum, & quot fuerint. vide loco citato. quæst. 6. vbi etiam dicitur, quod Magus dicitur tripliciter, scilicet Magus, idest illusor, vel maleficus, vel sapiens: illusor est ille, quæ facit præstigia, quæ hominibus apparent aliquid esse, & nihil sunt eorum, quæ videntur, maleficus dicitur incantator, vel inuocator demonum. Magus tandem dicitur sapiens, quia multi phylosophos magos. isti dicuntur Magi ab effectu, eo quod Herodem illuserunt, &c. vide ibi. De qua terra autem venerit isti Magi ad adorandum Christum. vide ibidem quæst. septima, vbi etiam habetur, quod Oriens multipliciter capitur, & etiam referuntur plures opiniones, quomodo potuerint isti Magi, tam pauco tempore venire.

Venerunt Ierosolymam. Quare venerunt in Ierusalem, si Christus, quem adorare intendebant, non erat ibi. vide loco citato. q. 8. vbi etiam habes, quod Magi interrogauerunt de Christi Natiuitate propter duo.

Vbi est, qui natus est Rex Iudaeorum. Quare hoc quæsierint Magi. vide super Matthęum parte prima, cap. secundo, quæst. 10.

Vidimus enim stellam eius. Quare Deus ostendit istis Magis Natiuitatem Christi. vide loco citato, quæst. 9. vbi ostenditur, quod conuenienter manifestata fuit Christi Natiuitas, & quod tripliciter manifestatio Natiuitatis Christi facta est, qualis autem fuerit ista stella, quæ perduxit Magos, an fuerit de septem planetis, vel de stellis fixis in firmamento cęli, vel fuerit de cometis, quæ non sunt in cælo, sed gignuntur in aere, vel fuerit quædam impressio facta supernaturaliter in aere infimo circa terram. vide loco citato, quæst. vndecima, auctor magis approbat hoc vltimum, sed quare Deus non misit colũnam ignis, vel nubis, ad dirigendos Magos, sed stellam; nam ad dirigendos Iudæos columnam nubis, & ignis miserat. Exod. 14. vide ibidem quæst. duodecima, quomodo autem se habuerit stella ad dirigendos Magos, sũt plures sententiæ. vide quæst. tertiadecima, sed quando Magi manebant in hospitijs, quid erat de stella? vide quæst. 14.

Vidimus stellam eius. A quo mouebatur ista stella. vide loco cita-

co citato quæst. 15. quid factum sit de stella, postquam perduxit Magos in Bethlehem. vide quæst. 16. an conuenienter Natiuitas Christi per stellam Magis nunciata est. vide quæst. 17. sed quare non fuit eis reuelatus locus, vt venirent absque aliquo directiuo? vide ibidem, & quomodo isti Magi dixerint, vidimus stellam eius in oriente. vide q. 18.

Et venimus adorare eum. Assignantur plures opiniones, quomodo isti Magi moti fuerint ad veniendum de terra sua propter stellam, quia non poterat eis designare Christum natum, potius quam aliquam aliam rem; etiā si iuxta illos appareret. vide super Matth. p. prima, cap. secundo, quæst. 19. Quare autem voluerint isti Reges adorare Christum. vide quæst. vigesima, & quomodo an si fuerint venire ad adorandum aliquem Regem in Iudæa viuente Herode. vide quæst. vigesimaprima, an conuenienter se habuerint volentes adorare Christum. vide ibidem q. 22.

Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & congregans omnes principes sacerdotum, &c. vide explicationem tex. super Matthæum parte prima, cap. secundo, post quæst. vigesimamsecundam, vbi habes quid intelligatur per ly Scribas populi, &c.

Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es, &c. Quare Matthæus mutauerit verba prophetiæ huius, nam Micheæ 5. dicitur: & tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te enim mihi egredietur, qui sit dominator in Israel: sunt autem plures circa hoc sententiæ: sed vide loco citato, quæst. vigesimatertia per totum.

Audiens autem Herodes Rex turbatus est. Propter multa turbatus est Herodes audiens Regem Iudæorum natum esse: vide ibidem, q. 24.

Et omnis Ierosolyma cum illo. Ierosolyma non debebat turbari, audito, quod natus erat Rex Iudæorum, immo gaudere debebat, quia Herodes erat Rex alienigena, & erat Iudæis maior gloria habere Regem de stirpe sua: potissime, quia iste erat Rex Messias, quem lex, & prophetæ prædixerant venturum ad redimendum Israel, quare ergo turbata est ciuitas? vide super Matth. p. 1. c. 2. quæst. 25.

Et congregans omnes principes sacerdotum, &c. Qui fuerint isti principes sacerdotum, quos congregauit Herodes. vide loco citato, quæst. vigesimasexta, per totum, vbi determinatur, quod erat vnicus summus sacerdos, & quod nomen illius.

Sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. Cum Magi solum dixerint Herodi, vbi est qui natus est Rex Iudæorum? quare Herodes quæsiuit à sacerdotibus, vbi Christus, id est Messias nasciturus erat? vide loco citato, quæstio vigesimaseptima. Ad quid autem Herodes voluerit scire locum Natiuitatis Christi dicitur, quod cum Herodes audiuisset natum esse Regem Iudæorum, credidit, quod ille, si viueret, auferret sibi Regnum, vel filijs suis, & quia Herodes putauit illum esse puerum, sicut innuebant Magi ex ortu stellæ, credidit, quod maneret in loco Natiuitatis & sic cognito loco Natiuitatis posset mouere eum, & occidere. vide loco citato, quæst. vigesima octaua, sed quomodo Herodes intendebat occidere Messiam cum occidi non posset, quia Deus erat? vide ibidē quæst. 29. per totum. Quare autem non quæsierit à Iudæis, de tempore Natiuitatis. vide ibidem. quæst. trigesimasecunda.

Tunc Herodes clam vocatis Magis. Propter multas rationes vocauit Magos clam ipse Herodes. vide loco citato, quæst. 30.

Diligenter didicit ab eis tempus stellæ. Quare voluerit Herodes scire à Magis tempus stellæ. vide loco citato, quæst. trigesimaprima, propter duo enim petiuit de tempore illius.

Mittens illos in Bethlehem dixit. Quare Herodes miserit Magos in Bethlehem, & non iuerit cum illis. vide loco citato, q. 33. & q. 34.

Cum inueneritis renunciate mihi. Quare dixerit Herodes Magis; quod postquam inuenirent puerum diligenter quæsitum renunciarent ei. vide loco citato q. 35.

Vt, & ego veniens adorem eum. Quare hoc dixerit. vide ibidem q. 36.

Qui cum audissent Regem abierunt. Quare Magi debuerunt petere de nato Christo in Ierusalem. vide sup. Matth. p. 1. c. 2. q. 37.

Qui cum audissent Regem abierunt. Sciendum est, quod ad introitum Ierusalem stella Magis se occultauit, & exeuntibus de Ierusalem iterum eis se manifestauit. vide ibidem q. 37. & q. 38.

Et ecce stella, quam viderant in Oriente. Magi certificati erant à sapientibus, quod Christus nasciturus erat in Bethlehem, ad quod ergo iterum apparuit eis stella? hoc enim necessarium non videtur, quia stella erat ad ostendendum locum Natiuitatis; ipsi tamen erant iam de illo certificati, ideo non erat necessaria stella. vide loco citato, quæst. 39. quid fecissent Magi, & quomodo Christū inquisissent, si stella eis nō apparuisset, redijssent ne in terram suam, an inquisissent Christum, & quomodo inquisissent. vide q. 40.

Et ecce stella. Quomodo stella potuerit occultari Magis in Ierusalem, & an illa, quando apparebat videretur ab omnibus, vel a solis Magis. vide super Matth. par. 1. cap. 2. q. 41.

Gauisi sunt gaudio magno. Quidam dicunt, quod hoc posuit ad innuendum lætitiam, quam Magi conceperunt de multiplici stella, quam viderant: dicunt enim eos vidisse quinque stellas, s. stellam materialem, stellam spiritualem, stellam intellectualem, stellam rationalem, stellam supersubstantialem. stella materialis fuit, quam viderunt in oriente, & præcedebat eos. stella spiritualis fuit fides, quam viderunt in cordibus suis: nam dicunt, quod nisi stella, id est fides prius in cordibus Magorum radiasset, nequaquam ad visionem primæ stellæ venissent, habuerunt enim fidem de Christi humanitate, cū dixerunt, vbi est, qui natus est, & de eius Regali dignitate, cum dixerunt Rex Iudæorum, & de eius deitate, cū dixerunt, venimus adorare eum. Tertia stella est intellectualis, s. Angelus, quem dicunt Magos in somno vidisse, admonentem eos, ne redirent ad Herodem. Quarta stella, s. rationalis fuit B. Virgo, quam viderunt in diuersorio. Quinta, s. super substantialis fuit Christus quē viderunt in præsepio, vt isti asserunt in præsepio, quamlibet harum dicunt vocari stellam de prima Psalm. 8. Lunam, & stellas, de secundo Eccles. 43. scilicet, species cœli, s. hominis cœlestis, & gloria stellarum, id est virtutum, de tertia Baruch 3. scilicet, stellæ dederunt lumen in custodijs suis, id est Angeli, de quarta canit Ecclesia. Aue maris stella, de quinta Apoc. vlt. Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida, & matutina. vide super Matth. p. 1. cap. 2. quæst. 41.

Et intrantes domum inuenerunt puerum, &c. Per quid Magi cognouerunt Christum, quando domum intrauerunt. vide loco citato, quæstio. 42. An Beata Virgo timuerit ex introitu Magorum. vide ibidem quæst. quadragesimaquarta.

Et procidentes adorauerunt eum. An Magi bene fecerint adorando Christum, & quod triplicier est adoratio, latriæ, duliæ, & hyperduliæ, & quod Magi crediderunt Christum esse Deum. vide loco citato, quæst. quadragesimatertia.

Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrram. Obtulerunt munera propter tria, primo ad complementum honoris, secundo ad seruandū communem consuetudinem, tertio fuit forte ex misericordia, vel charitate ad subuentionem paupertatis Christi. vide loco citato, q. 45.

Aurum, thus, & myrram. Quidam dicunt, quod obtulerunt tria munera, quia tres erant; ita quod vnus offerret aurum, alius thus, alius myrram, sed hoc non est verisimile, immo quod potius quilibet illorū obtulerit illa tria, & probatur multis rationibus. vide super Matth. p. 1. c. 2. q. 46.

Aurum, thus, & myrram. Dicunt aliqui, quod obtulerunt ista tria, quia ista erat consuetudo Regnum Arabiæ, s. quod offerrent ista tria; alij dicunt, quod factum est in significationem, nam quasi per hanc oblationem Reges profite-

proficiebantur, quod erat illud, quod de Christo credebant. Alij dicunt, quod istæ oblationes sunt misticæ, scilicet, quia per has innuitur, quę nos offerre debeamus. Alij dicunt, quod aurum obtulerunt in substentationem paupertatis matris, & filij, thus, contra fętorem loci, & mirram ad cõsolidanda mẽbra pueri, sed harũ sola prima est literalis, licet quarta aliqualiter literalis sit, sed tamen non est conueniens, quia Magi, quando recesserũt de terra sua tulerunt thus, & tamen nesciebant an ipse esset in loco fœtido. vide loco citato, quæst. 46.

Aurum, thus, & mirram. Quid factum sit de istis Regum oblationibus. vide ibidem. quæst. quadragesima septima.

Et responso accepto in somnis. Quomodo isti Magi responsum acceperunt in somno. vide super Matth. parte prima, cap. secundo, quæst. 48. quomodo autem habuerint istam reuelationem per Angelum. vide ibidem quæst. quadragesimanona, sed fuit ne facta ista reuelatio Magis, ipsis dormientibus, an vero vigilantibus. vide q. 50.

Ne redirent ad Herodem. Quare reuelatum est istis Magis, ne redirent ad Herodem. vide quæst. quinquagesimaprima, & per eo quod determinatur in quæstione. Quærit postea auctor. Quare Herodes cum tanto desiderio Christum persequebatur, & quare non obseruauit Christum in Ierusalem in die Purificationis. loco citato. q. 52. & q. 53.

Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Quare iubetur Magis, vt per aliam viam reuertantur. vide loco citato. quæst. 54. an vero redeundo directi fuerint per stellam. vide q. 55. quæ fuit via per quam redierunt. vide q. 56. per totum.

DOMINICA INFRA OCTAVAM Epiphaniæ.

Lucæ II.

CVM factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis in Ierosolymam, secundum consuetudinem diei festi. Ter in anno omnes masculi Hebræi venturi erant in sanctuarium, scilicet in tribus festiuitatibus. Exod. 23. & 34. & Deut. 16. & quilibet illorum aliquid ferrebat, quia nullus illorum debebat apparere vacuus coram Domino, vt patet Exod. vigesimotertio, & intelligitur de oblatione in ijs festiuitatibus, quibus in sanctuarium ibant. Deut. 16. nam dato, quod appareret omne masculinum ter in anno coram Domino, sequitur non apparebis coram Domino vacuus; sed offerret vnusquisque secundum quod habuerit, iuxta benedictionem Domini Dei sui. vide super Genes. cap. tertiodecimo, quæst. 12.

Secundum consuetudinem diei festi. Tria festa principalia habebant Iudæi. Azimorum, Pentecostes, & Tabernaculorum, siue scenophegiæ, quæ dicebantur principalia, quia in illis quædam fiebant, quæ non in alijs. primo, quia omnes viri ascendebant ad locum sanctuarij, vt patet Exod. 23. & Deut. 16. Secundo erant ista festa specialia propter oblationes; nam in festo azimorum offerebatur manipulus messis hordeaceæ, & adolebatur coram Domino, vt patet Leuit. 23. & Deuteron. 16. in festo autem secundo, scilicet, in Pentecoste fiebat oblatio primitiarum messis triticeæ, & offerebatur fasciculus, adolebaturque coram Domino, vt patet Leuit. 23. in festo tertio, s. in festo tabernaculorum fiebant duo, s. tabernacula de ramis, & quædam exultationes cum folijs arborum pulcherrimæ, vt patet Leuit. 23. & fiebant etiam cętus, atque collectæ, idest collectio pecuniarum à populo per sumpta sacrificiorum, vt patet numero 29. Tertium in quo differebant istæ solemnitates à cæteris erat multitudo sacrificiorum, vt patet numero 28. & 29. primum festum incipiebat celebrari 15. mensis primi, & durabat vsque ad 21. diem inclusiue eiusdem mensis; secundum fiebat die, quinquagesimo post festum Azimorum. Leuit. 23. & Deut. 16. tertium fiebat decimaquinta mensis septimi, & durabat vsque ad 21. eiusdem mensis vide super Exod. p. 1. c. 23. quæst. 23. circa illud; Tribus vicibus per singulos annos, &c. vide etiam super Exod. par. 2. c. 36. q. 1. circa illud: Quotidie: vbi habes, quod nõ tenebãtur Hebręi obseruare hęc tria festa, quousque intrarent in terram Chanaam.

Secundum consuetudinem diei festi. Dies festus dupliciter dicitur, vno modo, quia est festum ordinarium, & cõsuetum, & sic erant in veteri testamento pauca festa, de quibus habetur Leuit. 23. cum dicitur hæ sunt feriæ Domini, alia erant festa, quæ voluntarie fiebant à populo propter laudem Dei ex aliqua causa; sicut postea fuit institutum festum Purificationis templi tempore Machabęorum, vt patet 2. Machab. 1. vide super 1. Paral. cap. 16. q. 14.

Secundum consuetudinem diei festi. De obseruantia festiuitatum. vide feria tertia post quartam Dominicam Quadragesimæ, super illud, iam die festo mediante, & etiam in tabula generali. verbo Festum, vel Festiuitas.

Requirentes eum. Quomodo quærendus sit Deus. vide in tabula generali. verbo Quærere Deum.

Inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum. Templum Salomonis erat in quo Zacharias occisus est 2. Paralip. 24. nam durabat adhuc, quia nondum fuerat excisum per Chaldæos, quod factum est postea sub Sedecia, 4. Reg. 24. & 25. erat autem sic dispositum, quod erat quædam domus clausa parietibus, & tecto celsa nimis, & ista vocabatur templum, in quod non intrabant, nisi sacerdotes ad ponendum thura quotidie mane, & vespere in altari thymiamatum, & ad lucernas componendas, & semel in anno summus sacerdos in sancta sanctorum, ad Hebr. 9. exterius erat quidã murus lapideus altus, habens portas, ex quatuor ventis, & erat admodum fortalitij, & intra istum murum erat altare holocaustorum, in quo cremabantur omnia sacrificia, & propter hoc nõ potuit esse sub tecto aliquo, propter magnitudinem ignis, & fumi, & sic non erat in domo illa, quæ vocabatur templum, sed foris, intra murum tamen dictum, & erat directe contra portam templi, quæ erat vnica ad partem oriẽtalem templi, licet murus exterior haberet quatuor portas, intra istum murum intrabat totus populus Iudæorum ad orandum, & audiendum doctrinam legis, & ibi Christus sępe prædicauit. vide sup. Matth. p. 6. c. 23. q. 261.

In medio doctorum. Quia mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, non secundum diuinam naturam, sed secundum humanam. vide super Matth. p. 6. c. 22. q. 225. in medio.

Stupebant autem omnes super prudentia, & responsis eius. De prudentia quid sit, & quomodo differat à sapientia, & alia huiusmodi. vide in tabula generali, in verbo Prudentia.

Ego, & pater tuus dolentes quærebamus te. Pater, & mater debent vigilare circa filios, & timere, ne aliquid accidat illis. Si enim Virgo aliquid non timeret de puero non esset sollicita nutriendo eum, obseruans ne quid deesset, cum nihil mali posset accidere ei, & tamen ipsa erat valde sollicita circa ipsum, & anxiabatur, & timebat & dolebat, vt patet ex hoc loco Euangelij, quando Maria, & Ioseph perdiderunt eum, & non inuenerunt vsque ad tertium diem, nam turbata dicebat, ego, & pater tuus dolentes quærebamus te. vide super Matthæum parte prima, cap. 2. quæst. quadragesimaquarta.

Ego, & pater tuus dolentes quærebamus te. De diligentia patris circa curam filij. vide in tabula generali, verbo Paterfamilias, & verbo Parentes.

Quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt oportet me esse? Dicit Hieronymus, & Beda, rogatus ab officio verbi non egreditur, non maternæ refutans obsequium pietatis, sed paternis se mysterijs amplius, quam maternis debere monstrat affectibus, nec iniuriose fratres contemnit, sed opus spiritnale carnis cognationi præferens religiosiorem cordium copulam docet esse, quam corporis. vide super Matthæum, parte quarta, capite duodecimo, q. 112.

Quid

Quid est qd me quærebatis, nesciebatis. Etc. qñ Christus incæpit prædicare, dicitur apparuisse lumen populis habitantibus in tenebris: sic prænunciauerat Isai. cap. 9. scilicet, primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephtalim, & nouissime aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ gentium, populus, qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis, quod intelligitur de prædicatione Christi sic exponit Matthæus ca. 4. vbi, dicit, quod principium prædicationis Christi fuit in terra Galilææ in finibus Zabulon, & Nephtali apud mare Galilææ, quod vocatur mare Genezareth; siue mare Galilææ. & dicit, quod tunc impletum est dictum Isai. supra positum, & quia tota occupatio Saluatoris erat in erudiuone, sicut ipse dicit, in hoc Euangelio, quid me quærebatis? nesciebatis, quod in his quæ patris mei sunt oportet me esse; & loquebatur de disputatione, & prædicatione, quia tunc erat ipse disputans inter doctores. vide super Num. c. 24. q. 7. in fine.

Quid est quod me quærebatis, nesciebatis. Etc. Christus est agnus, qui clamauit in templo, cum Iudæorum doctoribus, atque sapientibus disputauit, hoc autem factum est, cum Christus duodecim annos natus foret; quæstio autem quam tunc cum sapientibus illis ventillandam duxit, vt quidam satis excellentes asserunt, fuit, an in lege promissus Messias aduenisset, an de reliquo expectaretur futurus. Item clamauit modo cum Virgini benedictæ respondit, quid est quod me quærebatis. &c. Item clamabat in prædicatione, exhortatione, vitiorū reprehensione, & generaliter in omni honesta consabulatione, hæc namque erant; atque ipse peragenda missus erat, vnde ait: nesciebatis quod in his, quæ patris mei sunt oportet me esse? vocauit enim patris sui negotia prædicationem, & disputationem, quod apparet, quia tunc de disputatione cum Iudæis acta sermonem agebat. vide Parad. tertio cap. 14. vide etiam Parad. 4. c. 81. circa finem.

Et erat subditus illis. Idest ministrabat parentibus opere manuali ad sustentationem vitæ, & sicut Ioseph, qui putabatur pater eius erat faber lignarius, forte ipse in eodem officio adiuuaret, vt sic pauperem vitam sustentarent parentes eius. vide super Matth. par. 4. capit. 13. quæst. 81.

Et erat subditus illis. Sicut vxor est sub potestate viri, ita & filius sub potestate patris: & ideo Arist. distinguit iustū paternū; & iustū œconomicū, quæ non sūt iustū simpliciter, neque iustum politicum, & est verum, quod iustum paternum, quod est patris ad filium est minus iustum, quam iustum œconomicum, quod est viri ad vxorem, vt dicit Arist. lib. 5. Ethic. ideo filius est magis sub potestate patris; quam vxor sub potestate viri, & hoc est verum, quando filius est paruus, sicut dixit Arist. quod filius est pars patris, donec sit pelium, idest magnus vide super Genes. cap. 13. q. 807. vbi multa de hac materia habes.

Et erat subditus illis. Vide quam plura in tabula generali. verbo. Filius. Filia.

DOMINICA PRIMA POST Octauam Epiphaniæ.

Ioan. II.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Matrimonium solum noui testamenti significat vnionem Christi cum Ecclesia, dicente Apostolo, ad Ephes. 5. dum de matrimonio loqueretur sacramentum autem hoc magnum est: ego autem dico, inter Christum, & Ecclesiam, non tamen propter hoc tollitur, quin matrimonium tam in veteri testamento, quam inter infideles, in quantum a Deo institutum est sit sacramentum, cum competat ei significare aliquid sacrum: nam præter istam vnionem Christi ad Ecclesiam sunt aliæ vniones, scilicet Dei ad animam sanctam, & Verbi Diuini ad carnem, quę vniones significantur per matrimonium. vide super 1. Reg. p. 2. c. 8. quæst. 41. argumento quatro, & q. 44. in responsione ad idem quartum argumentum.

Nuptiæ factæ sunt. Ecclesia in his nuptijs est sponsa, quam solam Christus super omnia dilexit, & pro qua mortuus est, vt illam faceret sanctam sibi, & mundam, ad Ephes. 5. & ista vocatur sponsa eius sine macula, & ruga. ibidem, & ista sola est cuius Christus caput dicitur, & non alicuius hominis, vel congregationis, ad Ephes. 4. & 5. ista etiam est, quæ sola vocatur corpus Christi ad Rom. 12. & 1. Cor. 12. & ad Ephes. 4. vide super Matth. p. 1. in præfatione q. 19. nimirum post principium, vbi in margine habes. Laudes Ecclesiæ, & eius prærogatiuæ singulares.

Nuptiæ factæ sunt. Christus est sponsus, qui desponsat nos sibi, sponsa autem est Ecclesia, vel anima cuiuslibet fidelis, de ecclesia patet 2. Cor. 11. despondi vos vni viro idest desponsaui, virginem castam exhibere Christo, idest tota ecclesia est vna Virgo, quæ est sponsa Christi, & non solum sponsa. sed vxor, vel coniux Christi vocari potest, non ex conditione matrimonij carnalis, sed spiritualis, quod habet spiritualem modum consummationis, & patet hoc ad Gala. 5. viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & ita comparat viros ad vxores, sicut Christum ad ecclesiam. & postea de matrimonio loquens ait: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico, in Christo, & ecclesia. De anima etiam cuiuslibet fidelis planum est; nam dirimus illam Christo desponsari in fide. &c. vide super Matth. par. 7. cap. 25. q. 41. ...

Nuptiæ factæ sunt. In matrimonio carnali sponsa dotata introducitur in domum sponsi, sic etiam animæ sanctæ, quæ sunt membra Christi, in quantum ipsę sunt ecclesia, quæ est corpus Christi, & sponsa eius, introducuntur in domum Christi sponsi, quando beatificantur de qua domo ipse dixit Ioan. 4. in domo patris mei mansiones multæ sunt, & introitu aliquibus dotibus dotantur; nam ornamenta sponsarum, pertinent ad dotem, idest vocantur dos, vel pars dotis, sed sancti ornati intro ducuntur in gloriam. Esai. 61. induit me Dominus vestimentis salutis, sicut sponsam ornatam monilibus, non est tamen ibi proprie dos secundum vsitatam significationem. vide super Matth. p. 4. c. 17. quæst. 104. in principio, & ad quartum argumentum.

Nuptiæ factæ sunt. Ad matrimonium tam carnale, quam spirituale requiritur identitas specifica, vnde inter Angelos, & Christum non est matrimonium, sed inter hominem, & Christum; licet enim Angeli conueniant cum Christo in hoc, quod sunt spiritus, non tamen sunt in eadem specie, quod requiritur ad matrimonium inter Christum autem, & hominem est conformitas secundum speciem, quia Christus est homo verus; sicut & nos, & talis conformitas sufficit ad matrimonium spirituale. vide super Matth. p. 4. c. 17. q. 107. in responsione ad quartum argumentum.

Nuptiæ factæ sunt. Matrimonium est maris, & feminæ legitima coniunctio, indiuiduæ vitæ consuetudinem retinens: dicitur legitima coniunctio propter personas, vt sint tales, quæ non sint vetitæ conuenire per legem, dicitur indiuiduæ vitæ consuetudinem retinens, idest quod fiat ista coniunctio animo manendi per totam vitam vide super primum Reg. p. 1. c. 8. quæst. 39. & ibi etiam per multas quæstiones agitur de matrimonio.

Nuptiæ factæ sunt. De carnali matrimonio. vide in tabula generali, verbo, matrimonium, vbi fere infinita habes.

Nuptiæ factæ sunt. In nuptijs duo quæruntur. Gaudium, & honor, de primo dicitur Matth. 9. non possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis sponsus est, secundum etiam patet, quia propter hoc multi vocantur ad nuptias, quia honor magnus non potest exhiberi, nisi à multitudine. vide super Matth. parte 6. cap. 22. quæstio 6. in principio.

Nuptiæ factæ sunt. Circa nuptias erat consuetudo in terra Chanaam, quod in principio celebrationis earum venirent sponsus, & sponsa in locum, in quo nuptiæ erant cele-

celebrandæ, & veniebant per noctem, & puellæ occurrebant cum luminaribus ad honorandum nuptias, & occurrentes sponso, & sponsæ, ibant ad locum illum in quo erant celebrandæ nuptiæ, & cum introissent claudebatur ianua, & interius fiebant cantica, & clausa ianua non aperiebatur postea alicui, & hoc spetialiter erat, quando sponsus, & sponsa non erant de loco illo, in quo celebrandæ erant nuptiæ. vide super Matth. par. 7. c. 25. q. 2.

Nuptiæ factæ sunt. Nuptiarum celebratio aliquibus temporibus interdicitur, s. à Septuagesima, vsque ad octauã paschæ, & tribus hebdomadibus ante festum sancti Io. Bapt. & ab Aduentu, vsque post Epiphaniam, huius rei vna est causa, ad eleuandum mentem in Deum, ad sumptionem Eucharistiæ, quæ secundum antiquos canones tripliciter sumebatur in quolibet anno, s. in pascha, in Pentecost. & in Natiuitate Domini, & licet nunc dispensatum sit, vt semel in anno sumatur Eucharistia, extra de pœnit. & remis. cap. omnis vtriusque sexus, non tamen dispensatum est in illis temporibus, vt celebrentur nuptiæ, sed nunc interdicta est celebratio nuptiarum, sicut tunc, vt ecclesia non auferret occasionem benefaciendi eis, qui alias poterant hoc facere, vel ad faciendũ inclinarentur, nec tamen prædictis temporibus interdicitur matrimonium. vide super Matth. parte secunda, c. 5. q. 242.

Aduerte hic, quod Sancta Synodus Tridentina prohibet solemnitates nuptiarum a Dominica prima Aduentus, vsque in diem Epiphaniæ, & à Feria 4. Cinerum, vsque in octauam paschatis inclusiue; in alijs vero temporib. nuptias solemniter celebrari permittit. Auctor autẽ ante Conc. Trid. floruit.

Nuptiæ factæ sunt. Reliqua de nuptijs. vide in tabula generali. verbo Nuptiæ.

Nuptiæ factæ sunt. Est differentia inter vxorẽ, & sponsam, quia vxor habita, & traducta potest repudiari, sponsa autem nondum cognita repudiari non potest. vide super Matth. p. 6. c. 22. q. 151.

Nuptiæ factæ sunt. Matrimonium in nouo testamento excludit pluralitatẽ vxorũ in vtroq; sexu, i. q᷑ sicut mulier non potest habere plures viros, ita neque vir potest habere plures vxores, extra de diuort. cap. gaudemus. vide super Matthæum, parte quinta, cap. 19. q. 76. in respons. a. argum.

Nuptiæ factæ sunt. Vide in tabula generali, verbo Vxor, & verbo Vir.

Nuptiæ factæ sunt. Vxor viro sit subiecta, non debet illi dominari, quod in pœnam peccati illi accidit, cum Gene. 3. dixit Deus, sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: propter peccatum natura nostra in multas necessitates incidit, inter quas est principalior indigentia victus, & vestitus, quæ in œconomia acquiruntur, & in hac œconomia licet rationabiliter fuerit subiecta viro, tanquã prudentiori ad dispositionem domesticam, tamen ex pœna etiam hoc est, quia si mulier non peccasset, non deuenisset in necessitatem istam, scilicet quod sub viri potestate esset, maxime, quia mulieres multum præmuntur à viris, & aliquando irrationabiliter, quod in pœnam datum est. vide super Gen. c. 3. q. 18. circa illud: sub viri potestate eris.

Nuptiæ factæ sunt. Licet autem mulier sit subiecta viro, non tamen debet eam tractare, vt seruam, sed vt sociã, & amare eam. Formauit enim eam Deus benedictus de costa viri, quia costa adhæret cordi, vt significaret, q᷑ vir eam amare debet. Ad Ephes. quinto, viri diligite vxores, &c. & qui vxorem suam diligit, seipsum diligit, nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet, sicut Christus Ecclesiam: non formauit eam de pedibus, ne ancilla viri videretur, sicut apud Persas vxor in ancillam accipitur, vt patet octauo Ethicor. sed iste principatus tyrannicus est, vt ibidem patet, & etiam in primo Politic. vbi probat Philosophus quod mulier pertinet ad communicationem primam, quæ est naturalis, & liberorum procreatiua, & non ad secundam, scilicet seruilem, in qua seruitus est, quia natura facit vnum ad vnum, non vnum ad plura, quemadmodum Delphicum gladium pro paupere: non formauit etiam mulierem de capite, ne domina videretur, quemadmodum in quibusdam prouincijs fœminæ, si in hæreditate succedant viris dominantur, ista aũt pessima oligarchia est, vt patet octauo Ethicor. & secundo Politic. vide super Genes. capit. secundo, quæst. vigesimaseptima.

Et vocatus est Iesus, & discipuli eius. Inuitatus venit Christus cum discipulis suis ad nuptias, vt matrimoniũ, quod ipse instituerat, honoraret, non autem, vt ipsum virginitati præferret, est enim celibatus multum excellentior matrimonio, & licet Iouinianus asseruerit Virginitatem non esse meliorem matrimonio, neque præferendam in bono spirituali, tamen contra ipsum multa loquitur Hieronymus in tractatu suo, qui dicitur contra Iouinianum, & patet, quia Christus prætulit eam cõiugio, quia matrem Virginem elegit. Secundo, quia Christus Virginitatem magis laudauit, licet aliqualiter tacite, & eam suasit Matth. 19. quando Petrus dixit, non expedit homini nubere, dixit Christus, non omnes capiant hoc, sed quibus datum est, & addidit, quod sunt quidam eunuchi, qui se castrauerunt propter Regnum cælorum, &c. Tertio, quia Apostolus consilium dedit de Virginitate, primo Corin. septimo, de Virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, sunt quã plures probationes. vide eas super Matth. par. 7. cap. 25. quæst. 87.

Quid mihi, & tibi est mulier, nondum venit hora mea. Idest nondum venit hora in qua possim facere miracula sic enim exponunt quidam Hæretici, sed hoc non stat, quia non consentit scriptura sacra, quod a corporibus cœlestibus influatur aliqua virtus ad faciendum hæc, sed solum a Deo, ideo non est hora aliqua, quæ proficiat ad inchoanda bella, vel alias actiones, sed solus Deus est, qui prosperas facit nostras actiones, non est intelligendum igitur, quod Christus diceret nondum venit hora mea, ita quod illa esset aliqua hora alicuius planetæ, vel esset aliquod ascendens speciale signorum, vel aliqua coniunctio, aut aspectus planetarum conferens virtutem ad faciendum miracula, sed nondum venerat hora, idest tempus determinatum a B. Trinitate, in qua Christus deberet miraculose spectari; nam licet Christus semper esset Deus, & consequenter haberet semper virtutem faciendi miracula æqualiter, tamen sapientia Dei determinauerat tempora pro omnibus actionibus Christi, vt honestius, & rationabilius fierent. vide plura super 2. Reg. c. 5. q. 17.

Secundum purificationem Iudæorum. Purificatio Iudæorum non solum fiebat in loco sanctuarij, sed etiam in alijs locis terræ Chanaan, quod patet ex hoc loco Euangelij, cum dicitur, nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, &c. & cum Iesus debuit conuertere aquam in vinũ: dicitur ibidem, erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, erant enim istæ hydriæ ad purificationem, idest replebantur aqua ad purificandum Iudæos, vnde patet, quod in Chana Galilææ fiebat purificatio, sed quando illud factum est, erat sanctuarium in Ierusalem, quod satis distat a Galilæa, quæ erat in parte Orientali terræ Chanaan, ergo extra locum sanctuarij erat purificatio. vide super Nume. c. 19. q. 13. in fine.

Secundum purificationem Iudæorum. In terra Chanaan, quia multæ immunditiæ erant, quas sæpe incurrebant, sicut illæ, quæ sunt ex concubitu, & turpe videbatur, & satis difficile quotidie pro illis purificationibus ire extra domum ad fluuios, ad lauandum tota corpora in aquis, soliti erant singuli Iudæi intra domos suas habere vasa magna plena aqua, in quibus lauare possent tota corpora sua, qui immundi erant, vt patet hic cum dicitur, erant autem ibi lapideæ, &c. idest illæ solebant esse plenæ aqua ad lauanda corpora secundum consuetudinem purificationis Iudæorum, & sicut in domo illa erant: ita in alijs essent, vel hydriæ, vel vasa ad similiter purificandum; cum dicat hoc esse secundum consuetudinem purificationis Iudæorum. vide super Leuit. cap. quintodecimo, quæst. septima, circa finem.

Secundum purificationem. Merito hic cum agitur de nuptijs,dicitur quod erant ibi sex hydriæ, &c. quia vir accedens ad fœminam lauabat aqua totum corpus suum, & causa huius lauationis est, quia in coitu contrahitur vera immunditia realis in corpore, debet ergo ista per totius corporis ablutionem abstergi.& fiebat in aqua viuenti. vide super Leuit. cap.quintodecimo, quæst. septima, in fine.

Secundum purificationem Iudæorum. Vide super primũ Paralip. cap.23. post quæst.22.circa illud; & in loco purificationis,& etiam vide in tabula generali, verbo Purificatio.

Hoc fecit initium signorum Iesus. Vide super secundum Reg.cap.quinto, quæst.17.in medio, & cap.72. secun. patad.circa finem,& super Matth. parte 3.cap.9. quæst. 124. vbi ostenditur,quod Christus faciebat miracula coram discipulos,vt ipsi in eum crederent, vnde voluit ad suscitationem puellæ, non solum parentes illius, sed,& discipulos adesse, & hic etiam dicitur,quod viso signo crediderũt in eum discipuli eius crediderũt enim, quia signum viderunt. vide ibi.

Hoc fecit initium signorum Iesus. De signis, & miraculis Christi.vide in tabula generali. verbo Miracula.

DOM. II. POST OCTAVAM Epiphaniæ.

Matth. VIII.

Cum descendisset Iesus de monte secutæ sunt eum turbæ multæ. Quæ .s. audierant eum prædicantem in monte, secutæ sunt eum descendentem in Capharnaum, quod dicitur, vt ostendatur,quod turbæ viderunt hoc miraculum. vide super Matth.p.3.cap.8.quæst.1.super illud:secutæ sunt eum,&c.

Secutæ sunt eum turbæ multæ. Quare turbæ secutæ fuerint Christum descendentem de monte, & quod omnes homines sunt curiosi, & valde desiderant scire. vide loco citato,q.2.

Et ecce leprosus veniens. Ex quodam impetu, & cum quadam præparatione venit ad Christum, primo quia timebat,ne intraret vrbem antequam curaret eum,habitabant enim leprosi iuxta vrbem, & non poterant illuc introire,secundo,quia si Christus intraret vrbem, etiam si postea recederet, non licebat leproso sequi eum per diuersa loca,ad hoc,quod curaret ipsum,tertio propter timorem turbarum astantium,quia cum omnes fugerent valde leprosos propter immunditiam, non auderet leprosus aliquis quiete inter cæteros manere,& accedere ad Christum, sed occurrit ex opposito palam,s.vt omnes viderent eum esse leprosum, & cauerent ab eo, qui vellent. vide super Matthæum,parte 3.cap.octauo, quæst.5.

Et ecce leprosus veniens. De lepra. vide Dominica 13. post Pentecost. super illud; occurrerunt ei decem viri leprosi.

Et adorauit eum. Vide in festo Epiphaniæ,super illud;& procidentes,adorauerunt eum.

Et adorauit eum. Quomodo leprosus iste adorauerit Christum,i.quid fecerit, adorando eum.vide sup.Matth.p.3. c.8.q.8.

Et adorauit eum. Quare iste leprosus adorauerit Christũ & an peccauerit adorando,vbi habetur, quod adoratio est triplex.& quomodo Origenes interpretetur verba leprosi. vide loco citato,q.9.

Domine si vis,potes me mundare. Quare non dixit iste leprosus Christo,Domine rogo te,quod me mundes;sicut multi alij petebant, vt pater de Centurione, qui orabat curari puerum suum,& de regulo,qui orabat,quod descenderet Christus,& sanaret seruum eius, sed dixit:Domine,si vis potes me mundare.vide loco citato,quæstio. decima.

Si vis,potes me mundare. Voluntas Dei est efficax, voluntas nostra infirma, nam habet quandã difficultatem ad bonum propter peccatum, & non solum accidit hoc nobis propter peccatum; immo etiam si nunquam peccauissemus non possemus aliquid bonum velle, nisi Deus moueret nos. vide super primum Paralip.cap.29.quæst. . . & Deus semper mouet voluntatem nostram, qui quidẽ motus dicitur gratia pulsatiua; nam est quidam motus, secundum quem Deus semper pulsat cor nostrum inclinando ad bonum, & in potestate nostra est consentire illi motui,vel non consentire;& ideo quando nolumus bonum,culpabiles sumus,&c. Ego sto ad ostium, & pulso. Apoc. 3. sed in illa pulsatione interdum Deus pulsat tam remisse,quod ex illa pulsatione non mouemur; interdũ vero pulsat efficacius, & mouemur ab eo: & ideo orandum est ad Deum, vt ipse moueat cor nostrum ad bonum.vide loco citato.

Si vis,potes me mundare. Idest si voluntate consequenti, & beneplaciti vis me mundare,ac saluare,potes;vbi aduertendum est,quod duplex est voluntas in Deo,alia dicitur voluntas antecedens,siue voluntas signi;alia dicitur voluntas consequens,siue beneplaciti, voluntas beneplaciti semper adimpletur,& hæc est, qua Deus vere vult, voluntas signi est, qua Deus signat se aliquid velle,& sic præcepta,& prohibitiones pertinent ad voluntatẽ signi,nam signant Deũ velle,quod agamus id,quod præcipit, &c. & hoc nos debemus velle: sed illud, quod sic Deus iubet,interdum ipse determinate non vult, licet iubeat nos illud velle, & propterea contingit, quod aliquid fiat contra præcepta sua, si tamen præceptum pertineret ad voluntatem beneplaciti, non esset aliquis, qui ageret contra præcepta Dei.vide super Matth.par.3. cap.9.q.145.vide etiam super Exod.parte secunda, cap. 32.post q.16.circa illud; dimitte,vt irascatur furor meus & super Matthæum,parte 3.cap.6.quæst.109. & part.6. c.23.q.272.

Si vis,potes me mundare. Bene potest si vult,quia voluntati eius nemo resistere potest,idest quod ipse vult,licet nos non velimus,necesse est, quod fiat. vide super Gen. cap. 50.quæst.prima,circa illud,nunquid Dei possumus resistere voluntati, & super Matthæum, parte sexta, c. 23. quæst.272.

Si vis,potes me mundare. Ecce conformat voluntati diuinæ voluntatem suam, & bene, & si enim voluntatem nostram non teneamur conformare voluntati diuinæ in volito,sed in modo volendi: interdum tamen perfectio magna est, quod conformemus voluntati nostram voluntati diuinæ in volito, &c. vide super primũ Reg.parte secunda,cap.26.quæst.21. & in radice volendi,& in fine,idest quod homo velit ad bonũ finem omnia,quæ Deus vult,& oia ex charitate, sicut Deus vult. vide ibi.

Si vis,potes me mundare. Vide in tabula generali. verbo, Voluntas,& verb. Voluntas Dei.

Tetigit eum. Quare Christus tetigit leprosum. vide super Matthæum, parte 3.cap.8.q.11.sed quomodo tetigit leprosum,nam hoc erat contra legem,s.quia polluebatur homo per tactum leprosi, & etiam si quis intraret domũ leprosi, vel tangeret vestem leprosi, immundus fiebat. Leuit.terdecimo,& quartodecimo,vide loco citato,q.12. vbi etiam de immunditijs legalibus quædam tractantur.

Tetigit eum. Quare Iudæi non accusauerunt Christum, cum leprosum tangeret,cum hoc esset contra legem. vide loco citato,q.13.

Et dixit, volo, mundare. Quare Christus hoc dixit, & quare in curationibus infirmitatũ,Christus semper aliquid loquebatur. vide super Matth. parte tertia,cap.octauo, quæst.14.

Mundata est lepra. Quare immediate,vt Christus dixit: volo,mundare, fuit curatus leprosus. & an Christi miracula fierent in instanti, vel successiue. & quod est triplex miraculorum modus. vide super Matth. par.3.cap. 8.quæst.15.

Mundata est lepra.s.in descensu montis; cum enim Christus prædicasset in monte, & inde descenderet ad vrbẽ Capharnaum occurrit ei leprosus iste in descensu montis ante introitum in vrbem,& ibi curauit eum;sed quo

Lucæ

Luc. 5. dicitur: cum esset Iesus in ciuitatum, ecce vir plenus lepræ, &c. Ratio quod per ciuitatem intelligitur, non solum, quod murorum ambitu continetur, sed etiā capitur ciuitas per suburbanis, & locis adiacentibus vrbi. vide loco citato. q. 3.

Mundata est lepra. Quare leprosus iste mundatus fuit in descensu montis, & non in monte. vide ibidem, quęst. quarta.

Mundata est lepra. Quare Christus fecit miraculum hoc post prædicationem, quam in monte egerat, & cur Christus voluit miracula facere. vide loco citato, q. 6. ad quod autem fuerit necesse nunc facere miracula, cum antea Christus multa fecisset, & quare Christus post verba faciebat miracula, & non e contra, vide loco citato, quæst. septima.

Vide nemini dixeris. Quomodo præcipit Christus leproso, quod non manifestet miraculum hoc, cum istud occultū esse nequeat. vide loco citato, q. 16.

Vide nemini dixeris. Quare Christus iussit isti leproso tacere miraculum hoc, cum alibi iubeat annunciare, & quare non debuit dicere, antequam se ostenderet sacerdoti. vide loco citato. q. 17.

Vide nemini dixeris. An iste leprosus mundatus peccaret, si diceret alicui se mundatum a Christo. vide loco citato. quæst. 18.

Sed vade ostende te sacerdoti. Quare Christus iussit isti leproso se ostendere sacerdoti, & quomodo Christus videbatur Iudæis non seruare legem, cum tamen eam seruaret semper quantum ad seipsum. vide super Matth. p. 3. c. 8. q. 19.

Sed vade ostende te sacerdoti. Vide Dominica 13. post Pentecost. super illud: ite ostendite vos sacerdotibus.

Sed vade ostende te sacerdoti. Quis sacerdos erat iste de quo dicitur ostēde te sacerdoti, & quare voluit Christus summum sacerdotem de hoc miraculo iudicare. vide ibidem q. 20.

Et offer munus, quod præcepit Moyses. Quare hoc iusserit Christus leproso mundato offerre munus. vide ibidem. quæst 21.

Et offer munus. Quare Christus alijs leprosis ab eo mundatis solum iubebat ostendere se sacerdotibus, & non offerre munera, huic tamen non solum præcipit, quod se sacerdoti ostendat, sed etiam munus offerat. vide ibidem, quæst. 22.

Et offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis. Quare hoc dicatur. vide loco citato, q. 23. Quæritur autē hic a Beda in quadam homilia; cum Christus approbauerit sacrificium istud, & ostensionem sacerdotalem in curatione lepræ, quare ecclesia non obseruat istud. vide loco citato. q. 24.

Et offer munus tuum. Quod munus erat istud, quod offerebatur à leproso, & quæ ceremoniæ obseruabantur in eo. vide loco citato. q. 25.

Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio. Omnia quæ sequuntur in hoc Euangelio, explicantur Feria 5. Cinerum. vide ibi.

DOM. III. POST OCTAVAM Epiphaniæ. Matth. 8.

Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius. Hic ponitur quoddam miraculum in maris fluctibus, ad discipulorum confirmationem, nam ad Christi imperium, facta est tranquillitas maris, dicitur autē nauicula, i. parua nauis ad piscandum, cum enim mare Galileæ non esset; nisi quoddam stagnum, non erant ibi magnæ naues. vide sup. Matth. p. 3. c. 8. post q. 69. circa illud, & ascendente.

Secuti sunt eum discipuli eius. Aliqui dicunt, quod secuti sunt eū, quia Christus ascendit in nauē, & discipuli via terrestri, i. pedestres secuti eum; alij dicunt, quod secuti sunt eum, s. euntes in alia naui, & nauis Christi præcessit, sed neutrum horum stat: dicitur ergo secuti sunt eum, quia Christus erat Dominus eorum; ideo ipse solus dicebatur transfretare, non autem discipuli, sed sequebantur dominum suum transfretantem. vide sup. Matth. p. 3. c. 8. q. 72. Quare non receperit aliquos de turbis in nauicula, quæ erat in littore maris. vide ibid. q. 76.

Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Quomodo Christus voluerit habere secum in naui discipulos, & quod multoties Christus permittit hominē fluctuari, ne superbiat. vide sup. Matthæum p. 3. c. 8. q. 73.

Et ecce motus magnus. An ista tempestas fuerit naturalis, vel miraculosa. vide loco citato, q. 74. quare autem tempestas ista fuerit tam magna, an quia quanto tēpestas erat maior, tanto erat miraculū maius. vide ibid. q. 75.

Ipse vero dormiebat. Somnus prouenit homini ex duobus, s. ex necessitate materiæ, & ex intentione finis. vide loco citato, q. 77. vbi habes, quid sit somnus in homine iuxta Arist. 1. de somno, & vigilia, & afferuntur duæ causæ somni: habes, qui sint illi, qui magis dormiunt, & quod somnus est valde necessarius homini propter duo, propter nutritionem, & propter præseruationem a resolutione. vide ibi.

Ipse vero dormiebat. Accepit Christus somnū propter multa: primo quia assumpsit defectus oēs generales, somnus aūt consequitur totā speciē, quia nemo est, qui non dormiat. 2. quia assumpsit oia necessaria ad ostendendū veritatē humanæ naturæ, 3. quia corpus suum erat passibile, & mortale; sicut corpora nostra. 2. Cor. 13. quod autē crucifixus est ex infirmitate, viuit aūt ex virtute, & ideo si nolebat viuere, & conseruari miraculose, necesse erat, quod somnum caperet, alias resolueretur in breui corpus eius. 4. quia assumpsit passiones nostras generales, & quę consequuntur hominē pp peccatū, vt famē, sitim, fatigationē, a fortiori ergo assumeret illas, quæ consequuntur ex conditione speciei, & sine peccato. An vero hoc in loco dormierit naturaliter, vel voluntarie. vide sup. Matt. p. 3. c. 8. q. 78. vbi etiam habes ad quæ sequatur somnus.

Ipse vero dormiebat. Christus sponte dormiebat, vt esset locus miraculo, si. n. eo vigilante tempestas inciperet, aut sedaret eam immediate, aut non, si primū non appareret miraculum, quia tempestas quando incipit non pōt esse magna, eo quod nihil de ea adhuc apparuit, quando incipit, si autem non sedaret, discipuli non rogarent eū, quod sedaret, quia ipse videbat eam, & poterat sedare si uellet & tunc aut non sedaret illam, sed permitteret per se cessare, aut tarde sedaret; si primo modo nullum esset miraculum, si secundo modo aliquid esset dubium, quod putarent astantes, quod vsque ad illam horam facere non poterat. vide plura de hac re. loco citato. q. 79.

Ipse vero dormiebat. Si plura de somno, ac dormitione desideras. vide in tabula generali, verbo Somnus, & verbo Domine, non enim est necesse hic recensere, quæ in tabula expresse continentur.

Domine salua nos perimus. Quomodo potest stare, quod euangelistæ discordant hic in verbis Apostolorum excitantium Christum, quia hic dicitur Domine salua nos. Marci quarto, cum dicitur Magister non ad te pertinet, quia perimus? sed non poterant hæc simul dici, cum semel fuerint dicta, quia semel tantum Christus locutus est, & sic dixerunt alterum ipsorum tantum excitantes eum. vide super Matthæum, parte tertia, cap. octauo, quæst. 80.

Domine salua nos perimus. An peccauerint discipuli dicentes: Domine salua nos perimus. vide ibidem. quæstione octuagesimasecunda. Aliqui tamen dicunt, quod solum venialiter peccauerunt, quia solum fuit quædam infirmitas, ea qua timuerunt, & imperfecte crediderunt, dicendum tamen quod discipuli ante aduentum Spiritus sancti poterant peccare mortaliter, quod probat auctor, & hic peccauerunt in duobus circa fidem, primo in paruitate confidentiæ, secundo in errorem fidei, peccauerunt autem mortaliter in incredulitate, nec tamen dicendum est, quod Christus induxerit eos ad hoc peccatum; nec etiam præstitit aliquam occasionem, sed potius per istud periculum Christus sanauit eos à peccato in quo forte alias semper mansissent. vide super Matthæum, parte tertia, cap. octauo, quæstione 83.

Salua nos perimus. Quæritur an discipuli putabant, se perituros. vide ibidem q. 84. an vero possent perire. vide ibi. q. 85. an vero putauerint discipuli, quod Christus dormiens posset cum eis perire, vel potius, quod non periret alijs pereuntibus. vide ibidem q. 85.

Quid timidi estis modicæ fidei? Quomodo stare potest, qđ discordant Euangelistæ in verbis Christi respondentis discipulis, nam hic dicitur, quid timidi estis, &c. & Marci 4. dicitur, quod timidi estis, necdum habetis fidem? & Lucæ 8. dicitur vbi est fides vestra. Christus tamen non poterat dicere omnia hæc, sed alterum eorum, cum semel responderit. vide ibid. q. 87.

Tunc surgens imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Quomodo potuerit Christus imperare mari, & ventis, cum ista non possint intelligere, cuiusquam imperium, & quod omnes res, etiam inanimatæ faciunt, quod Deus vult. vide loco citato. q. 88.

Facta est tranquillitas magna. An fuerit ista tranquillitas miraculose facta in mari. vide loco citato q. 89.

Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei? Quomodo nunc videntes miraculum dixerint: qualis est hic, &c. nam istud videtur pertinere ad incredulitatem, quæ de discipulis non videtur conuenienter asseri. vide loco citato q. 90.

Qualis est hic, &c. An hoc miraculum sufficiebat ad ostendendum potestatem Christi supra mare, & quare Christus in tota vita sua fecerit miracula, & quare sedauerit iterum mare. Matth. 14. vide loco citato, quæstione nonagesimaprima.

DOM. IV. POST OCTAVAM Epiphaniæ.

Matth. XIII.

Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Simile est, vel assimilatum est, sic enim melius dicitur: quia similitudo est inter ea, quę vere sunt similia. Regnum cælorum, idest ecclesia militans, quia in vita, quæ in cælo est, zizania seminari non possunt, nec colligi. vide super Matth. parte quarta, cap. 13. post quæst. 48. circa illud; simile factum est Regnum cælorum.

Simile factum est Regnum cælorum homini, &c. Vide Dominica decimanona post Pentecosten; super illud, simile est Regnum cælorum homini Regi, & etiam Dominica vigesimaprima post Pentecosten, super illud: simile est Regnum cælorum homini Regi.

Simile factum est regnum cælorum, &c. Ad quid inducta est ista parabola zizaniorum, & quod duplex est status Ecclesiæ, & quod hic dicitur ager, in quo verbum Dei est seminatum. vide super Matth. parte quarta, cap. 13. quæst. 49.

Homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Idest purum triticum, non habēs aliquod semen malum admixtum, & dicitur, quod est simile homini, non quidem soli homini seminanti, sed potius agro in quo seminatur, vel melius omnibus his simul sumptis, s. homini, agro, semini, zizanijs, & cæteris, quæ dicuntur. vide super Matthæum par. 4. cap. 13. post quæst. 48. circa illud: homini, qui seminauit, &c.

Homini qui seminauit bonum semen. Semen est verbum Dei. Lucæ 8. quod seminatur in corde hominis; sicut semen materiale in agro, & dicitur bonum semen, quia Christi doctrina nullum continet errorem, nec iniquitatem, sed dirigit hominem in bonum. Psalm. 18. Lex Domini immaculata conuertens animas, s. a vitijs in virtutem, & Psal. 10. Eloquia Domini, eloquia casta, i. pura argentum depuratum in igne. vide super Matth. p. 4. c. 13. q. 58. circa illud, qui seminat bonum semen.

Homini, qui seminauit bonum semen. Qui seminat est Christus, ipse enim tradidit totam doctrinam noui testamenti, Petrus autem, & Paulus, & cæteri nihil a se prædicauerunt, sed quod Christus eos docuerat, vide ibidem. circa illud; qui seminat est filius hominis.

Homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Bonum semen sunt filij Dei, qui pertinent ad vitam æternam, quia aliquando participes erunt in regno Dei, & non intelligitur de his, qui sunt filij regni secundum præsentē iustitiam, sed solum secundū certam Dei præscientiam, ager est mundus, quia doctrina Christi toti mundo proposita est. Marci 16. ite per vniuersum orbem prædicate euangelium. vide plura loco citato, circa illud, Bonum vero semē hi sūt filij regni, & circa illud; ager est mūdus.

Homini, qui seminauit bonum semen. Vide Dominica in Sexagesima, circa illud, exijt qui seminat, seminare.

Homini, qui seminauit bonum semen. Matth. postquam posuit hanc parabolam, ponit alias duas, & postea hanc parabolam explicat, vnde auctor quærit, cur Matth. exponat eam. sup. Matth. p. 4. c. 13. q. 59. & q. 60.

Homini, qui seminauit bonum semen. Parabolę aliquando ponebantur, vt audientes non plene intelligerent, Matt. hic, interdum vero, vt sensus earum gratius, & attentius caperetur 2. Reg. c. 12. q. 2. Item parabola dicitur propositio quædā vniuersalis pertinens ad mores regulandos, & est quasi certissima regula in moribus. vide super 3. Reg. c. 4. q. 7. circa illud; locutusque est Salomon. Item parabola dupliciter accipitur, vno modo pro quadam figurata locutione, & sic Christus loquebatur in parabolis, vt hic alio modo pro cōi sententia, quę est documentū vniuersale, & sic parabola dicitur prouerbium, & sic liber prouerbiorum dicitur liber parabolarum Salomonis, & tamen ibi non ponuntur aliquæ figuratę locutiones, sed solum ponuntur sniæ quędā vtiles circa moralia, & ita quodcunque dictū cōe in moralibus vocatur parabola. vide sup. 2. Paral. c. 7. post q. 26. circa illud, & tradā eam in parabolā, & in exemplū, parabola multum differt ab exemplo, quia in parabolis nunquā est idē sensus, quē foris verba faciunt, &c. in exemplis vero idem est sensus, qui in verbis apparet, &c. 2. differt, quia parabolę habent sensum per se, qui non adducitur in confirmationem, vel concordiam alterius, exemplū vero non habet sensum per se; sed semper trahitur in concordiā, & confirmationem alterius sniæ, quæ intenditur, sed interdū vnū capitur pro alio. vide sup. Matth. p. 5. c. 18. q. 133. Si alia de sermone parabolico desideras. vide in tabula generali. verbo Parabola, vbi etiam quę pertinēt ad hoc euangelium, magis expresse ponuntur, & ideo vide hic.

Cum autem dormirent homines. s. serui illius, qui fecerat seminare bonum semen in agro suo, q. d. vigilantibus istis non potuisset inimicus homo superseminare zizania, vel dicitur cū dormirent hoies, i. oēs hoies. s. media nocte, quia inimicus iste nō auderet publice hoc facere, ne quis videret, & annunciaret dño agri. vide sup. Matt. p. 4. c. 13. post q. 48. circa illud, cum autem dormirent homines.

Et super seminauit zizania. Zizania genus seminis est, qđ aliqualiter similatur tritico, multum tamen differt in virtute, & potius corrūpit triticū qn ei admiscetur. vide loco citato, circa illud: & super seminauit zizania.

Et superseminauit zizania. Iste inimicus homo, est diabolus, inimicus Dei, & hoium, sed magis est inimic⁹ Dei, q̄ hoium: immo non est inimicus hominū nisi pp Deum, zizania aūt sunt hoies mali, & filij nequā, qui et vocantur filij Dei, quantū ad ipsum bonū naturæ, qđ habent; sic Isai. 1. filios enutriui, & exaltaui, & ipsi conspreuerunt me, quia aūt spreuerunt sunt filij mali. vide pulchra sup. Matt. p. 4. c. 13. q. 58. circa illud: zizania aūt filij sūt neq.

Cum aūt creuisset herba. vide explicationem literalem, post q. 48. circa illud; cum aūt creuisset herba, vsque ad illud, *sinite vtraque crescere vsque ad messem*. inclusiue.

Vnde ergo habet zizania? Aliqui volunt ista zizania, q̄ sup seminata sūt in agro, esse hęreticos, alij schismaticos, alij vero quoscūque peccatores, sed dicendū, qđ zizania dr̄nt oēs peccatores, in quocūq; genere peccati, qđ patet, quia ipse dixit zizania sunt filij nequā, i. hoies mali, & tamen quilibet peccator malus est. Itē quia Christus diuisit oēs hoies in duo. s. in triticū, & zizania, & per triticū intelliget iustos, qui fulgebunt in regno Dei, per zizania aūt q̄ cōburūtur, intelligit illos, qui mittuntur in caminū ignis, & m̄ oēs peccatores mittētur in infernū. Psal. 9 cōuertātur peccatores in infernū. vide sup Matt. p. 4. c. 13. q. 61.

Inimicus

Inimicus homo hoc fecit. Quomodo Diabolus vocatur inimicus homo, cum non sit homo, & quod etiam pater in diuinis homo vocari potest, & quod inimicitia Diaboli præcipua est contra Deum. vide loco citato. quæstione 62.

Sinite vtraque crescere vsquè ad messem. Hæretici sunt ne ab ecclesia tolerandi, vel de ea eijciendi, & occidendi? vbi Not. quod circa hæreticos duo sunt consideranda, vnum ex parte ipsorum, aliud ex parte ecclesię, ex parte ipsorum est peccatum per quod meruerunt non solum ab ecclesia per excommunicationem separari, sed etiam per mortem a mundo excludi, & hoc probatur ab auct. ex parte autem ecclesiæ consideratur misericordia ad et rantium conuersionem, & ideo ecclesia non statim condemnat hæreticos ad mortem, sed post pęnitentiam, & secundum correptionem ecclesia iudicat eum condemnandum, quia putat eum esse subuersum, & incorrigibilem, sic dicitur, ad Titum 3. hæreticum hominem post primam, & secundam correptionem de vita: sciens. quia subuersus est. qui eiusmodi est. vide super Matthæum, parte quarta, cap. 13. quæst. 63. vbi etiam habes de corũ, duplici pęna.

Sinite vtraque crescere vsque ad messem. An peccatores, qui non sunt hæretici sint ab ecclesia tolerandi, & quomodo, & quatenus, & vocalis increpatio malorum quomodo facienda sit. vide loco citato, quæstione 64. per totum.

Et in tempore messis, dicam messoribus: colligite primum zizania. Tunc zizania eradicanda erant; antequam triticum, & licet eradicetur aliquid de tritico cum eis, non nocet; quia messores agnoscunt triticum, & possunt a zizanijs separare; secus autem ante messem, quia si eradicaretur triticum cum zizanijs, cum nondum esset maturum, periret. vide super Matth. p. 4. cap. 13. post q. 48. circa illud: & in tempore messis.

Et in tempore messis. Messis, consumatio sæculi est, inquit Christus in explicatione parabolæ. Messis duo significat, s. segetes, quæ metuntur, & ipsum tempus metendi, de primo patet Luc. 10. Messis quidem multa, &c. de secundo patet Ios. 4. scilicet, nonne dicitis, quod adhuc quatuor menses; & messis venit, i. tempus metendi, hic autem accipitur pro tempore metendi, & si proprie messis est consumatio sæculi, quia sicut tempus metendi, est consumatio segetis; ita consumatio sæculi est finis vitæ nostræ, & sic intelligitur illud. sinite vtraque crescere vsque ad messem, i. vsque ad tempus metendi. vide super Matth. p 4. c. 13. q. 58. circa illud: Messis vero consumatio sæculi.

Et in tempore messis, dicam messoribus: colligite primum zizania. Messores Angeli sunt, quia sicut messores tollũt segetes de agris, & recondunt eas in locis suis; sic, & Angeli erunt executores diuinæ iustitiæ, vt bonos, & malos separent, & ponant illos in locis sibi deputatis per diuinam iustitiam. vide loco citato, q. 58. circa illud messores autem Angeli sunt.

Et alligate ea in fasciculis ad comburendum. Zizaniæ. n. sunt inutilia, quia corrumpunt bonum semen; ideo nõ erant seruanda ad aliquem vsum, sed comburenda, ne misceri possent tritico, aut alteri semini, quia corrumperent illud.

Et alligate ea in fasciculis ad comburendum. In explicatione parabolę, ait Christus; sicut ergo zizania colliguntur & igni comburuntur, sic erit in consumatione sæculi, i. in die iudicij, tunc enim est finis sęculi, quia post illum diem, nulla dies erit, neque nox, sęculum autem vocatur tempus istud, quod per motum cęli efficitur, & in diem, & noctem diuiditur, tunc igitur mittet filius hominis Angelos suos, quia Deus mittet eos ad exequendũ omnia, quæ fieri debent, & colligent (inquit) de regno eius. vide explicationem horum omnium quæ pertinẽt ad declarationem parabolæ euãgelicæ, loco citato, q. 58. circa illud: sicut ergo zizania colliguntur vsque ad illud qui habet aures audiendi audiat.

DOM. V. POST OCTAVAM Epiphaniæ. Matth. 13.

Simile est regnum cælorum grano sinapis. An ista parabola sit continuata ad illam, quæ habetur præcedenti Dominica. vide sup. Matth. p. 4. c. 13. q. 51.

Simile est regnum cælorum grano sinapis. Regnum cęlorum hic accipitur ecclesia militãs, & ista est, sicut granum sinapis, quod a principio est paruum, & postea crescit in arborem, s. quia ecclesia a principio pauca membra habuit, cum pauci crederent, & totus orbis esset infidelium, postea vero per totum orbem dilatata est; ita vt ab ortu solis, vsque ad occasum, iam offeratur in nomine Christi sacrificium mundum, vt dicitur Malach. 1. vide sup. Matth. p. 4. c. 13. q. 50.

Simile est regnum cælorum grano sinapis. Fides vocatur granum sinapis. Matth. 16. si habueritis fidem sicut granum sinapis, & sicut granum sinapis ad fauorem fidei pertinet, eo quod dicatur venena expellere, sic etiam sacra scriptura potest dici granum sinapis, quia sicut illud est minimum omnibus seminibus, ita ista doctrina in modum certitudinis prima facie videbatur esse minor omnibus doctrinis humanis. Granum sinapis dicuntur etiam sacri Doctores, quia a principio fuerunt parui, i. abiecti, sed postea agente Deo creuerunt in magnas arbores, &c. granum sinapis potest etiam accipi pro Christo, sic enim comparat se grano frumenti. Ioan. 7, nisi granũ frumenti, &c. ita Christus fuit granum a principio propter paruitatem, quia humiliatus est vsque ad mortem, sed postea venit in magnam arborem, quia dominatur a mari, vsque ad mare, & vsque ad terminos orbis terrę Psal. 71. & in ramis eius habitant aues, i. Apostoli, quia vmbra eius totam terram operuit, & etiã montes. Psal. 79. & Thren. 4. in peccatis nostris captus est Christus dominus, sub vmbra eius viuemus inter gentes. vide super. Matth. p. 4. c. 13. q. 50.

Simile est regnum cælorum fermẽto, quod acceptum mulier abscondit in farina satis tribus donec fermentatum est totum. An ista parabola fermenti absconditi sit cõtinuata ad præcedentes. vide loco citato q. 52.

Fermento, quod acceptum mulier abscõdit, &c. Quid Christus voluerit ostendere per istam parabolam fermẽti abscõditi, & cur tria sata dicant, & nõ plura. vide ibi. q. 53.

Fermento, quod acceptum mulier abscondit. Fermentum dicitur abscondi, quia cum fermentum respectu massæ sit valde paruum, ponitur intra massam, & fermentat eam, & cum sit occultum. *In farina, satis tribus*. i. fermentũ positũ fuit in tribus satis, i. mensuris farinę, est. n. satũ, vt ait Hier. & Beda, genus mensurę iuxta morẽ Prouincię Palestinę, vnũ, & dimidiũ modiũ capiens; & sic tria sata farinæ faciunt aliqualẽ massam, sic dixit Abrahã ad Sarã, quando venerunt Angeli, quos voluit inuitare, cũ non haberet panes. Gen. 18. accelera tria sata farinæ cõmisce & fac subcinericios panes. vide sup. Matth. p. 4. c. 13. q. 51. circa illud: fermentum, quod acceptum mulier abscondit.

Donec fermentatum est totum. Licet fermentum paucum fuerit fermentauit totã massã, vt dr 1. Cor. 5. modicũ fermentũ totã massã corrũpit. i. alterat fermentando, vide loco citato. circa illud, donec fermentatum.

Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas. Expositionẽ literalẽ. vide loco citato post q. 53 vsque ad q. 54.

Locutus est Iesus in parabolis. Quare hoc dicatur. vide ibidem. q. 54.

Et sine parabolis non loquebatur eis. Quomodo est verum, quod Christus sine parabolis non loquebatur, nam interdum palam loquebatur, vt patet Matth. 5. & 6. & 7. vbi omnia aperte dicunt. Sic etiam dicit Hieronymus, quod nõ oia locutus est Christus in parabolis; sed multa si enim dixisset cuncta in parabolis absque emolumento populi recessissent, perspicua ergo miscet obscuris, vt per ea, quæ intelliguntur, peruocentur ad eorum notitiam, quæ non intelligunt. Quid in hac re dicendum sit. vide loco citato, q. 55.

Aperiam in parabolis os meum, &c. Quare allegat hic Mat

thæus dictum salmi, quia non videtur esse ad propositum; nam non intelligitur de Christo, sed de propheta, qui loquebatur, & non intelligitur de parabolis Christi, sed de historijs rerum gestarum antiquarum. vide loco citato.q.56.& q.57. Quomodo autem dicitur, quod dictum est per prophetam? nam alij libri habent, quod dictum est per Isaiam prophetam. vide ibid. q.58.

Tunc dimissis turbis venit in domum. Reliqua quæ habentur in hoc Euangelio, quia pertinent ad explicationem illius parabolæ euangelicæ, quæ habetur Dominica præcedenti; ideo ibi posita sunt. vide Dominica præcedenti, super illud; homini, qui seminauit bonum semen, quando tertia vice ponitur vsque ad finem Euangelij.

DOMINICA IN Septuagesima.

Matth. XX.

Simile est regnum cælorum homini patri familias. Idest status Ecclesiæ militantis in quo sunt diuersi gradus hominum laborantium pro vita æterna, & in diuerso gradu meritorum, vel regnum cælorum, idest status Ecclesiæ triumphantis, s. vitæ æternæ, vbi pro bonis operibus diuersa præmiorum redduntur genera, & quantitatis pater autem familias est, qui conducit operarios, sicut ad Ecclesiam triumphantem, & militantem, homines vocantur, & conducuntur. vide super Matth. p.5.c.20.q.1. circa illud: Simile est regnum, &c.

Simile est regnum cælorum patri familias. Quid vocetur, hic regnum cælorum. vide loco citato, q.3.

Simile est regnum cælorum patri familias. Quomodo sit verum, quod sit simile regnum cælorum homini patri familias. vide loco citato.q.4.

Homini patri familias, qui exijt primo mane, &c. Pater familias est Christus cui cæli, & terra, quasi vna est domus familia autem cælestium, terrestrium, & infernarum creaturarum. vide loco citato.q.4.

Qui exijt primo mane. Pueri à pueritia instituantur, vt bene agant, nam quæ sunt a pueritia faciunt fortissimam impressionem, siue quantum ad intellectum, siue quantum ad mores, siue quantum ad naturam. vide super Matth.p.c.5.q.a.r.1.post medium.

Conducere operarios in vineam suam. Quare dicitur, quod pater familias exijt primo mane, conducere operarios, & quod nulla est ætas in qua homo non vocetur à Deo. vide ibid.q.6.

Conducere operarios in vineam suam. Quid sit operarios istos conducere, & quare pater familias illos conduxit. vide super Matth. parte quinta, cap. vigesimo, quæst. 5. per totum, & quod pater familias est ille, qui domui suæ bene præest, s. caput in communicatione œconomica. ibidem. vide plura in tabula generali, verbo Pater familias.

In vineam suam. Vinea est virtutum congregatio, vel Ecclesia vniuersalis, accipiendo primo modo constat ista vinea ex multis vitibus: sicut sunt diuersi modi virtutū, & species, & cultor huius vineæ est omnis homo, quia quilibet tenetur secundum virtutem viuere, sic ait Grisf. accipiendo secundo modo, Ecclesia vniuersalis a principio sæculi vinea est, quæ vna est tunc, & nunc per continuationem iustorum, extra quam nemo saluatur, cultores autem vineæ sunt omnes homines, quia omnes tenētur esse intra Ecclesiam, & hoc est eam colere, nam qui extra eam fuerit non saluatur: aliter potest dici, quod vinea sit ecclesia, & quia partes vineæ sunt vites, vel palmites, homines qui sunt partes vineę, & pro quorū successionem continuatur Ecclesia vocabuntur palmites. Isai. Vinea Domini exercituum domus Israel est, & vir Iuda germen delectabile eius, & quia cultor, vel palmes, vel vitis, non sunt idem, cum homines generaliter sint vites, vel palmites, erunt cultores, doctores Ecclesiæ, & prædicatores, qui doctrinam, & admonitione, quasi palmites, & vites excollunt, dum homines per doctrinam sacræ scripturæ, ad meliorem vitam perducunt.

vide super Matthæum parte quinta, cap. vigesimo, quæstio. 4.

In vineam suam. Vide Feria 6. post Dominicam Quadragesimæ, vbi habetur alia parabola de homine patre familias, qui plantauit vineam, omnia enim conferūt ad hoc Euangelium.

In vineam suam. In vinea sunt vites, de quibus agitur. super Genes. cap.40. circa illud: videbam coram me, & circa ea quæ sequuntur, & super Iudic. cap.9. quæst.29. circa illud: locutaque sunt ligna ad vitem, & circa ea, quæ ibi sequuntur. vide ibi.

Conuentione autem facta ex denario diurno. Quare hoc dicatur. vide super Matth. parte quinta, cap. vigesimo, quæst. prima.

Et egressus circa horam tertiam. Quinque vicibus exijt pater familias ad conducendum operarios, & ideo quærit auctor quomodo distinctæ illæ quinque vocationes, vel conductiones, seu horæ. vide super Matth. parte quinta, c.29.q.7.

Et egressus circa horam tertiam, &c. Quare istas quinque conductiones distinxit scriptura: nam potius videtur, quod omni hora conducere deberet pater familias operarios, cum per cōductionem significetur vocatio hominis ad cultum Dei, & tamen omni hora Deus vocat hominem ad bonum, quia semper stat ad ostium, & pulsat. Apoc.3. vide loco citato. quæst. octaua, quod dicendum sit per totum.

Et egressus circa horam tertiam. Christus est medium nostræ vocationis, quia licet a patre, tanquam ab origine, omnia dependeant, tamen per ipsum Christū fiunt omnia, eo quod ipsi data est potestas, vnde ait: omnia mihi tradita sunt à patre meo, idest, ego possum vocare quoscunque voluero, sicut pater potest, quia habeo potestetē omnium, sicut ipse. vide super Matth. par. 3. cap. 11. q. 58. de vocatione, si vis plura. vide in tabula generali, verbo, Vocatio, & verbo, Prædestinatio.

Egressus circa horam tertiam. Omnis perfectio quantitatis ternario numero comprehenditur propter principiū rei, medium, & finem, & etiam, quia in corporibus ista tria consideramus, s. latitudinem, longitudinem, & profunditatem, & ita Arist. laudauit hūc numerum, primo cęli, & dixit illum competere in sanctificationibus Deorum. vide super Matthæum parte septima, cap.25. quæstio.700.

Egressus circa horam tertiam Quare hoc dicatur. vide super Matth.p.5.c.20.q.10.

Vidit alios stantes in foro otiosos. Quare dicitur quod pater familias dixit de eis, quos conduxit hora tertia, quod inuenit eos otiosos, & nō dixit de eis, quos primo mane conduxit. vide sup. Matth.p.5.c.20.q.11.

Ite, & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Quare pater familias cum operarijs, quos primo mane conduxit, conuenit ex denario diurno; & cum eis, quos postea conduxit, nihil certū statuit. vide loco citato.q.13.

Iterum autem circa sextam, & circa horam nonam. Quare pater familias fuit toties in forum ad conducendū operarios. vide ibidem.q.12. Quare de conductione facta in sexta, & nona dixit simul scriptura, de alijs autem per se vide ibidem.q.14.

Iterum autem circa sextam, & circa horam nonam. Ecclesia vocat horam nonam vespere, vt patet in hymno, Largire clarum vespere, & dicitur de hora nonæ, tamen secundum consuetudinem ecclesiæ, totum tempus, qd est immed. post meridiem, ad nonam pertinet, & sic totum illud vocatur vespere. vide sup. Matth.p.4.c.14.q.64.ibi. de secundo pater.

Circa vndecimam vero exijt, &c. quid hic statis tota die otiosi. Quare pater familias arguit de otiositate eos, quos conduxit hora vndecima, & non alios. vide sup. Matth. p.5.c.20.q.15.

Quia nemo nos conduxit. Quare operarij isti, qui hora vndecima conducti sunt, dixerunt: nemo nos conduxit. vide loco citato.q.16.

Cum autem sero factum esset. Quare hoc dicatur. vide loco citato.q.17.

Dixit

Dixit Dominus vineæ procuratori suo. Quare Dominus iusserit procuratori vineæ reddere mercedem operarijs; quia videtur esse inconueniens: nam merces non redderetur hominibus, nisi per Deum, quia siue sit merces beatitudo animæ, quæ consistit in visione Dei, siue glorificatio corporis q̃ per Deũ solum fit, &c. vide sup. Matth. p.5.c.19.q.18.

Voca operarios, & redde illis mercedem. Quare dixit pater familias procuratori, voca operarios, & redde illis mercedẽ suam, in quo innuit, quod omnibus erat merces danda: cum dicat, incipiens a nouissimis, vsque ad primos, & tamen habebant omnes mercedem; sed soli primi. vide loco citato.q.19.

Cum venissent ergo, qui circa horam vndecimam. Quare dando mercedem cœpit procurator a nouissimis, veniendo vsque ad primos. vide ibidem.q.20. sed quomodo pater familias tenuit hic talem ordinem in soluendo; quia videtur, quod primo soluerit eis, qui venerunt circa vndecimam horam, & statim eis, qui primo mane, & cæteris postea: cum dicatur, cum venissent ergo, qui circa vndecimam horá venerant, acceperunt singulos denarios, venientes autem, & primi arbitrati sunt, quod plus essẽt accepturi. vide loco citato, q.21.

Acceperunt autem, & ipsi singulos denarios. Quare pater familias fecit dare denarium omnibus tam primis, quã nouissimis, & intermedijs. vide ibidem, q.22.

Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti. Cũ paterfamilias voluerit ostendere liberalitatem, dando nouissimis denarium, sicut primis, an conuenienter egerit, & non quæritur an egerit conuententer, idest iuste, vel saltem non iniustè. s. nulli præiudicando in hoc. sed an egerit conuenienter, idest conuenienter per hoc ostendatur liberalitas. vide super Matth. p.5. cap. vigesimo, q.23.

Et pares illos nobis fecisti. Cum Christus induxerit istam similitudinem ad ostendendum, quod retributio vitę ęternæ erit æqualis omnibus, tam his, qui cito, quam his, qui tarde ad Dei cultum venerunt, an conuenienter significetur hoc per istam metaphoram. vide loco citato, quæst.24.

Et pares illos nobis fecisti. An pater familias conuenienter egit, idest non iniuste dando denarium nouissimo, sicut primo. vide loco citato.q.25. vbi etiam ostenditur, quod prælatus dando aliquibus beneficia plusquam merentur peccat, & quod Deus nunquam dat minus de bono, quam sit debitum; neque plus de malo. vide loco citato.

Arbitrati sunt, quod plus essent accepturi. Quare qui primo mane venerunt, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi; quam denarium, cum ex solo denario diurno conuentum esset cum eis. vide ibidem, q.26.

Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias. Quare murmurauerunt isti primi operarij accipiendo denarios singulos, & an iniuste murmurauerint? vide ibidem, q.27.

Et accipientes murmurauerunt. Quomodo applicatur ad propositum hoc, quod de murmuratione dicitur, nam quod omnibus tam primis, quam extremis detur denarius, pertinet ad propositum Christi, s. quod omnibus colentibus Christum quocunque tempore dabitur visio Dei duratura æqualiter omnibus, s. in ęternum, & quantum ad hoc sunt æquales; quod tamen murmurent primi de æquali retributione posteriorum non videtur. vide quid dicendum sit loco citato. quæstio. vigesima octaua.

Et accipientes murmurauerunt. Si placet vide in tabula generali. verbo Murmurare, & verbo Murmuratio.

Et accipientes murmurauerunt. Quare primi conquesti, & murmurantes solum locuti sunt de nouissimis, qui vndecima hora venerant, dicentes: hi nouissimi, &c. vide super Matthæum parte quinta, cap. vigesimo, quæst. vigesimanona.

Qui portauimus pondus diei, & æstus. Pondus grauitatem notat, & est sensus; sustinuimus pondus, vel laborem per totum diem. *& æstus*, in hoc apparet, quod erat tempus vernale, vel finis temporis æstiualis, quia dicitur quod erat æstus, & hoc concordat superiori literæ, s. quod dies ille duodecim horarum erat, hoc non accidit, nisi in principio temporis vernalis, & in fine temporis æstiualis, scilicet laborauimus per totum diem, & per totum æstum, quod durum est, isti autem laborauerunt in hora vndecima, quando sol iam declinauit, & non est tanta difficultas tunc operari. vide super Matth. p. quinta, cap. vigesimo, quæst. prima, circa illud: Qui portauimus pondus.

Qui portauimus pondus diei. Quare dixerunt isti, qui portauimus, &c. & quomodo illud ad sensum parabole applicatur. vide loco citato. q.30.

Respondens vni eorum. Quis erat iste vnus, quem allocutus est paterfamilias de murmuratoribus, & quomodo applicetur hoc ad sensum parabolæ. vide loco citato. quæst.31.

Amice non facio tibi iniuriam. Quomodo pater familias vocat amicum, qui erat murmurator, & qui potius tanquam æmulus, & maledicus deberet redargui. vide ibidem, q.32.

Amice non facio tibi iniuriam. Quomodo est verũ, quod pater familias non faciebat huic iniuriam. vide ibidem quæst.33.

Volo, & huic nouissimo dare, sicut, & tibi. Quare dixit hoc pater familias, & quis erat ille nouissimus. vide ibidem quæst.34.

An oculus tuus nequam est. Quomodo stat, quod dicitur, oculus tuus nequam est, ego autem bonus sum; nam nõ videtur conuenire parabolæ. vide loco citato, quæstione 35.

Sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Quomodo hoc dicatur. vide ibidem. quæstione 36.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Quare hoc dicatur. vide ibid. q 37.

DOMINICA IN Sexagesima.

Lucæ VIII.

C*VM turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem*. Quomodo turbę ad Christum veniebant. vide super Matth. p.4.c.13.q.5.

Dixit per similitudinem: exijt qui seminat seminare. Hoc de Christo intelligitur, quia ipse est, qui exijt ad prædicandum, & seminauit in populis sanam doctrinam, quę proficit ad fructum vitæ æternæ, dicitur autem exiuisse; vel secundum quod homo, vel secundum quod Deus, secundum quod homo exibat, quia de loco in locum mouebatur, & dicitur exijsse, quia aliquando in domo prædicabat, aliquando ad mare exibat, & potest dici, quod quotidie exibat, quia etiam si in domo prædicaret, tamẽ etiam exibat ad turbas, quæ ad eum conueniebant, vel exijt quatenus per Apostolos relicta Iudæa, ad gẽtes trãsiuit, vel dicitur exijt. i. prædicare cœpit iste enim est modus loquendi scripturæ, quod quandocunque ille qui prius nihil agebat, incipit aliquid agere, dicitur egredi. Exo.2. Egressus est vir de domo Leui, & accepit vxorẽ, & actu 1. oportet, vt ex his, &c. in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos dominus Iesus, idest toto tẽpore quo fuit inter nos conuersatus; quasi totum, q̃d Christus fecit, non sit, nisi intrare; & exire. Si autem secundũ quod Deus, non poterat exire localiter. vide sup. Matth. p.4.c.13.q.8.

Exijt, qui seminat seminare. i. qui prędicat, quia semen est verbum Dei, in hoc Euang. *qui seminat seminare*, vñ inculcatio sermonis, sed Resp. quod est modus loquendi hebraicus in quo sic verba repetuntur, vt illud: expectãs expectaui Dominum; vel dicitur, quod non ponitur hic superflue, quia seminator non exijt semper ad seminandum, sed interdum ad arandum, & alia faciendum. vide sup. Matth. p.4.c.13.q.7. circa illud; seminare.

Seminare semen suum. Iste sator erat Christus, & semina uit semen suum, quia nihil alienum habuit, sed propria seminauit; Moyses autem, & prophetæ non sua, sed aliena dixerunt, quia à Deo mittebantur; vnde contra falsos propheias dicitur Ezech.13. veniebant, & ego non mittebam eos. Apostoli autẽ docuerunt, quæ à Christo acceperunt. Matth.28. docete omnes gentes seruare omnia, quæ præcepi vobis. Christus autem cum esset Deus habuit proprium semen proferens doctrinam ex natura sua, sed quomodo dixit Ioann. 7. Mea doctrina non est mea? ex hoc enim deducitur, quod semen non erat suũ, quod seminauit. vide Solutionem, loco citato, quæst. decima.

Aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. Per volucres demones signantur, quia sicut volucres semina in terra iacta comedũt, ne nascantur; ita demon rapit verbum de corde hominis, vt bonum non operetur. vide loco citato, quæst.7. circa illud; & venerũt volucres. Quare demones vocentur volucres cæli. vide ibidem. q.46.

Et volucres cæli comederunt illud. Volucres comedunt omnia grana super terram inuenta, quod autem secus viam erat, non fuit opertum, quia non aratum est. & illud solum comederunt volucres: vel potest intelligi, quod aliqua pars erat inter viam, & agrum, quæ nec arabatur, nec via erat, sed forte erat limes, & grana, quę ibi ceciderunt comesta sunt, quia iacebant in superficie non arata: vel accipitur, quod pars agri circa viam arata erat, & semina operta fuerunt, viatores tamen conculcantes partem terræ aratæ iuxta viam excusserant semina, & sic aues comederunt ea. vide loco citato, quæstio.12.

Aliud cecidit supra petram, & natum aruit. D. Matth. habet in petrosa, idest in locis, vbi erant multi lapides, & non erat terra multa, quod fuit in causa, vt semina perirent, quia paucitas terræ non potuit ea defendere à calore solis, & sic exaruerunt, differentia autem à semine hoc, & ab illo, quod secus viam cæcidit. vide super Matthæum, part.4.cap.13. quæst.7. circa illud; alia autem ceciderunt in petrosa.

Aliud cecidit supra petram. Idest super aliqua loca, quæ habebant lapides magnos immobiles, super lapidicinas, & erat pauca terra super lapides, grana autẽ operta fuerunt in terra, sed quia erant circa lapides, nõ potuerunt germinare, quia pauca erat terra à qua traheretur humor nutrimentalis, oritur enim semen proiectum in terra ex calore, & humore proportionate se habentibus; & ideo si sit semen in superficie terræ non opertum nunquam nascetur, sed desiderabitur, quia habet calorem, sed non humorem, si autem ponatur semen in magna profunditate terræ ad quam sufficienter non perueniat nascetur, sed tarde; si autem sit sub terra, & tamen circa superficiẽ eius nascetur cito, quia sol illico aget propter facilem penetrationem, sed non poterit diu conseruari, quod accidit huic semini, quod supra petram cęcidit. vide plura loco citato, q.13.

Aliud cecidit inter spinas, & simul ex orta spina suffocauerunt illud. Nundum enim erat terra arata, quando seminatum est, & sic spinæ erant ibi, & cum araretur post seminationem ipse spinæ simul cum granis sub terra iacuerunt, spinæ autem suffocauerunt semina, quia non potuerunt semina simul cum spinis ascendere, & potest dupliciter intelligi, vno modo, quod tam spinæ, quam semina exorta sunt, & sic suffocauerunt semina quorum germina infra manebant. Alio modo, quod nascentibus spinis semina non potuissent nasci; quia spinæ abstulerunt virtutem seminis, melius intelligitur primo modo. vide loco citato. quæst. septima, circa illud; alia autem cęciderunt inter spinas.

Aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructũ centuplũ vide loco citato, q.7. circa illud: aliud centesimũ.

Aliud cecidit in terram bonam, &c. Quomodo istæ quatuor differentiæ, positæ, se habeant. vide ibidem. q.11.

Hæc dicens clamabat, qui habet aures audiendi audiat. Hæc dicens clamauit altius, quam prius, vt incitaret auditores. vide loco citato, q.7. circa illud: Qui hẽt aur. &c.

Qui habet aures audiendi audiat. Hoc dixit primo ad reddendos auditores attentos; secundo ad ostendendum obscurum, quod dicebatur, quia in rebus planis sufficit qualitercũque audire, in rebus autem arduis necesse est attente audire, cum etiam vix intelliguntur. ideo Christus habebat modum specialem incitãdi in rebus arduis. Sunt autem res dupliciter arduæ, s. ad intelligendum, vel ad agendum. vide super Matth. parte quarta, cap.13. quæst.14.

Et ortum fecit fructum centuplum. Matthęus ait: & dabant fructum aliud centesimum, aliud sexagesimum: aliud tricesimum: vnde semina quæ cęciderunt in terram bonam subdiuiduntur in tria non quidem ex conditione seminis, quia vnum erat, quod per totam terram spargebatur, sed ex cõditione terræ, quia licet ista tota 4. terra dicatur bona, quędã partes eius erant meliores alijs: ideo non fuit fructus æqualis, sed alicubi cẽtuplum, idest centum mensuræ pro vna mensura seminis, & alia pars terræ dedit sexaginta mensuras pro vna, & alia dedit solum triginta, quælibet tamen erat laudabilis, quia dare fructum tricesimum abundans est. vide ibidem. q.7. circa illud, aliud centesimum.

Et ortum fecit fructum centuplum. Cum dicatur de fructu centesimo, quæritur quis sit iste fructus, & quia fructus, & aureola, & aurea, siue pręmium essentiale quantum ad aliquid videntur coincidere, vel similari, videndum est de eis quomodo differant. Quærit ergo auctor quomodo differat aurea ab aureola in patria, vbi etiam habetur qualiter homines in patria assumuntur ad ordines Angelorum, & quomodo beatitudo sit pręmium essentiale, & quæ sit beatitudinis substantia, seu pręmiũ essentiale, & quid sit pręmium accidentale, & quomodo habeatur, & de gradibus beatorum, & quomodo opus habet rationem meriti ex duobus. vide super Matth. p.4. c.13. q.15. Quærit secundo, an beatitudo aureolæ, & fructus differãt, & quid sit fructus spiritualis, & quomodo multiplicatio fructus ex semine peruenit ex duobus vide ibidem, q.16. Deinde in q.17. habes cui instituti debeatur fructus, & ad quid Deus respiciat in nobis operantibus, & quæ sit dilectationis venereæ noxa, & continentiæ, quæ sit potentia. Item in q.18. an tres fructus assignentur conuenienter tribus partibus pęnitentiæ, & quomodo verbum Dei quibusdam magis, quibusdam minus prodest, & quomodo eorum fructuum ratio secundum numeros assignatur. Item in q.19. habet an virginitati debeatur aureola, & cui virginitati debeatur secundum ne eius materiale, an propositum continendi, & quę sint illa tria, quæ virgines infestant, vidoas non, & de aureola Virginis Mariæ, & quare Virginitati non deberetur aureola, si homo nunquam peccasset, in q.20. habes, an martyrib⁹ debeatur aureola, & quod tria sunt genera martyrum, & secundum quid operi debeatur aureola, & victoriæ pugnæque perfectio de exterioribus consideratur ex duobus, demum essentia martyrij explicatur, & eius conditiones, in quo sit, & circa quæ censeatur versari. vide ibidem. q.20. in q.21. habes, an doctoribus debeatur aureola, & quibus doctoribus maxime debeatur, & in q.22. An Christus habeat aliquam aureolam, ei ve competat, in q.23. An in Angelis sit aureola, & quomodo virginitas dicatur vita Angelica in q. 24. An aureola detur corpori, vel animæ, & quomodo vtrique pręmium datur, in q.25. an conuenienter assignẽtur istę tres aureolę virginum, martyrum, & doctorum, vel debeant plures esse, & quod tres sunt pugnæ priuilegiatæ contra carnem, mundum, & dęmones, earum præcipuus actus quis sit in singulis, in q.26. an omnes tres aureolæ sint æquales, vel sit aliqua maior alijs, in quo singularum examinatur comparatio adinuicem, in q. 27. an aureola in seipsa possit esse maior in vno, quam in alio, & quomodo ad eius magnitudinẽ sit necessaria charitas, quæ omnes quæstiones sunt per longissimæ.

Interrogabant eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quomodo discipuli quęsierunt à Christo expositionem huius parabolæ. vide super Matthæum, parte quarta, cap. tertiodecimo, quæst. trigesimaprima, & quæst. trigesimasecunda.

Vobis

Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Quasi dicat: vobis loquor aperte, illis autem in parabolis, quia vobis datum est idest concessum à Deo intelligere secreta, istis autem non; ideo oportet sibi loqui obscure, vt nõ intelligant. *Nosse mysteria* regni Dei, idest sacræ scripturæ secreta. quæ vocatur regnum cælorum, turbis autem, & Pharisæis hoc non est datum, vide loco citato. post q. 27. circa illud, qui respondẽs ait.

Vobis datum est nosse mysteria Regni Dei cæteris autem in parabolis. An sint plures sensus eiusdem literæ, & quot sunt sensus in sacra scriptura, & quod in veteri testamento propriè est allegoricus sensus, & quod prima diuisio sensus scripturæ est in literalem, & mysticum, & de his duobus plura differuntur, & quomodo ad literalem cæteri sensus reducantur, item metaphoricus, & parabolicus. vide loco citato q. 28. per totum.

Vobis datum est. &c. vteris autem in parabolis. An sacra scriptura parabolis vti debeat, & in quo parabola, & metaphora inter se differunt, & quare eis vtatur scriptura, & quomodo. vide ibidem q. 29.

Cæteris autem in parabolis. An Christus loquebatur semper in parabolis, & metaphoris, cum prædicabat. vide ibidem q. 30. Quare autem parabolis nunc vtebatur, quæ quidem conferunt ad duo. vide ibidem q. 33. Quare modo in parabolis loquitur, & non in sermone illo quem egit in monte. Matth. 5. & 6. & 7.

Vt videntes non videant; & audientes non intelligant. Idest videant ea, quæ extremis fiunt, & non videant ea quæ interius occultantur. vide totam explicationem super Matth. par. 4. c. 13. post q. 27. circa illud, quia videntes non videntes.

Cæteris autem in parabolis, & videntes non videant. Ad quid vtitur Christus parabolis, cum nollet eas intelligi, & quod plurima eorum, quæ Christus prædicauit, plus nunc proficiunt, quam cum ipse tunc prædicabat. vide loco citato q. 39.

Vt videntes non videant. Etc. Quomodo hoc dicatur. vide ibidem q. 40.

Semen est verbum Dei. Verbum Dei vocatur semen, propter similitudinem; vnde in principio dicebatur dixit per similitudinem, exijt qui seminat, &c. & primo quia sicut semen est origo fructus, & ex paucis granis magnæ segetes crescunt, ita ex paucis verbis Dei sequuntur plurima opera bona secundo, quia semen ad hoc, quod proficiat occultatur in terra, & verbum Dei, ad hoc, vt prosit, occultari debet in corde, propter hoc illud semen, quod cecidit in via, & non potuit operiri terra de, uoratum est ab auibus, sic & verbum Dei, quod antequam abscondatur in corde, rapitur à dæmone, non facit fructum, vt patet cum dicitur; venit diabolus, & tulit verbum de corde eorum. Tertio, quia semen ad hoc, vt prosit moritur Ioan. 12. nisi granum frumenti cadens, &c. sic, & verbum Dei in corde moritur, in quantum ibi iacet absconditum, & tamen manet in animo, vt postea exeat in generationem, vel dicitur mortuum, idest mortificans, quia nisi verbum Dei mortificauerit praua desideria cordis nostri, nunquam fructum bonum proferet, si autem mortificat illa, proferet fructum copiosum. vide super Matth. p. 4. c. 13. q. 9.

Qui autem secus viam: hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tulit verbum de corde eorum ne credentes salui fiant. Vide loco citato q. 27. circa illud, & non intelligit, & venit malus. vbi Matthæus vocat diabolum, malum, absolute: aliqui autem dicunt, quod vocatur malus, quia simpliciter malus est, & hoc conuenit Pythagoricis, & Manichæis, qui posuerunt per se coordinationem malorum, sicut coordinationem bonorum, & tunc, sicut caput omnium bonorum est per se bonum, & purum bonum, ita caput omnium malorum esset per se malum, & pure malum, & tale vocaretur malum absolute, sed hoc est impossibile: vide loco citato q. 45. dicitur ergo malus absolute, primo quia est excellenter malus; secundo, quia non solum demon malus est, sed etiam in malo firmatus; tertio, quia non solum est malus, sed etiam cæteros nititur malos efficere. vide omnia ibidem.

Deinde venit diabolus, & tulit verbum de corde eorum. Quomodo dæmon potest rapere verbum de corde hominis, cum nihil possit in intellectu, aut in voluntate nostra, nec etiam Angelus bonus. vide super Matth. p. 4. cap. 13. q. 47.

Nam qui supra petram, hi sunt, qui cum audierunt verbũ, cum gaudio suscipiunt, & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Aliquin enim sunt, qui prius credebant, & postea propter tentationem, siue tribulationem superuenientem cadunt à fide, & hoc eis accidit, quia fides parũ fundata erat, nã si fundata fuisset, non mouerẽtur faciliter ab ea; ita & aliq venerũt ad fidẽ in principio bono animo, sed postea aduenĩẽte tribulatione turbãtur, & putabant ꝓpter hoc illam doctrinam esse falsam, sic Galathæ, cum à Paulo audissent veritatem doctrinæ, crediderunt, sed quia leuiter fixa erat in eis, aduenientealia prædicatione, redierunt ad cæremonialia veteris testamenti, & dixit eis Apostolus: cur tam cito transferimini in aliud euangelium. ad Galat. 3. vide super Matth. p. 6. ca. 24. q. 78. in medio.

Ad tempus credunt, & in tempore tentationes recedunt. Qui verba Christi audit, & non facit, habet debile, ædificium, & ideo veniente tentatione corruit, quia non potest quis resistere tentationibus, nisi per charitatem, qui tamen solum audit verba Christi, nullam charitatem habet, nec etiam virtutem, sed solum verba ipsa; tamen verba non confortant animam contra tentionẽ; quia tentationem sustinere non consistit in verbis, sed in rebus qui autem sola verba habet, non potest resistere tentationi; immo nec vult, quia si vellet, iam non solum verba audiret, sed etiam facere vellet, quod in lege dicitur. vide super Matth. p. 3. cap. 7. q. 34. circa illud; & irruerunt in domum illam. vide etiam super Matth. parte 4. capit. 13. quæstio. 27. circa illud; sed est temporalis.

A sollicitudinibus, & diuitijs &c. Vide super Matth. parte 4. cap. 13. quæstio. 27. circa illud, & fallacia diuitiarum.

Quod autem in terram bonam: hi sunt qui in corde bono, & optimo, audientes, verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Quomodo prædicatio vocatur messis. vide super Matth. p. 3. c. 10. q. 8. in responsione ad secundum.

Qui autem in terram bonam &c. Quare Christus loquens de terra bona posuit tres gradus fructuum apud Matth. 13. scilicet tricesimum, sexagesimum, centesimum. vide super Matth. p. 4. c. 13. q. 48.

Qui autem in terram bonam &c. Quare in ista parabola seminantis Christus posuit quatuor differentias terræ in qua semen cecidit, & quod est impedimentum secũdæ quare credentes non operentur secundum fidem. vide loco citato quæst. 43. Quomodo autem differunt istæ quatuor partes seminis inter se, & quomodo possit accipi suffocatio, de qua dicitur, a sollicitudinibus, & diuitijs suffocantur. vide loco citato q. 44.

DOMINICA QVINQVAGESIMAE. Lucæ XVIII.

ASsumpsit Iesus duodecim discipulos suos & ait illis: ecce ascendimus Ierosolymam. Hæc est vna virtus prælatorum; scilicet rigor ad tollerandum martirium, si oportuerit pro grege commisso, & hoc docet Christus per exemplum sui, qui voluntarie iuit in Ierusalem, sicut etiam dicit: Ioan. 10. ego sum pastor bonus, & pono animam meam &c. assumpsit autem discipulos, non ad ambulandum in via, sed assumpsit idest segregauit eos à turba, ad loquendum eis secrete ea, quæ nolebat, vt alis audirent, & dixit: ecce ascendimus, quasi d. non putetis, quod vadam solum in Ierusalem, ad prædicandum, sed vado illuc vt consumentur, quæ dicta sunt de me. vide super Matth. p. 5. c. 20. post q. 37. circa illud, & ascendens Iesus Ierosolymam.

Assum-

Cum

Nolite fieri sicut hypocritæ tristes exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Christus non vetat hic tristitiam ieiunantium, quæ est quædam grauitas naturalis, nam per ieiunium corpus affligitur, & non est possibile, quod id, quod in corpore est non ostendatur vultu, sed prohibet Christus tristitiam voluntariè ostensam. quod apparet, quia dicit, sicut hypocritæ, nam hypocritæ desiderant honorem, & volunt videri boni, cum non sint, quam opinionem, vt possent consequi ab hominibus, ostendunt foris signa sanctitatis. Christus autem prohibet nos esse tales, eo quod illi perdunt mercedem operum suorum, & sic intelligitur quod ieiunans nihil velit ostendere in vultu suo, per quod ab hominibus ieiunans esse videatur, & laudetur, nam ita hypocritæ faciunt. vide super Matth. tom. 3. c. 6. q. 175.

Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Dupliciter potest intelligi ista tristitia, vno modo quod hypocritæ ieiunabant, & tamen volebant se ostendere magis ieiunare quam ieiunabant, & ad hoc apponebant vultui suo aliquid, per quod pallidiores, & tristiores viderentur, sic dicit Chrisostomus super Matthæum, scilicet, non potest fieri, vt non sentiatur qui ieiunat, sed melius est, vt ieiunium te ostendat, quam tu ieiunium tuum, non potest autem fieri vt sit hilaris qui ieiunat, ideo non dixit Christus nolite esse tristes, sed nolite fieri tristes; qui enim per imposturas aliquas pallentes apparent, illi non sunt tristes, sed fiunt, qui autem naturaliter propter assiduum ieiunium tristis est, non fit tristis, sed verè est. Alio modo potest intelligi, quod hypocritæ non ieiunarent, sed vultum suum artificialiter pingerent, & gestum ieiunantis ostenderent; sic dicit Leo Papa; Non sunt casta ieiunia, quæ non de ratione eueniunt continentiæ, sed de arte fallaciæ, & Chrisostomus super Matthæum dicit. Si ille qui ieiunat, & tristem se facit, hypocrita est, quanto magis iniquior est qui non ieiunat, sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem, quasi ieiunij signum? vide loco citato, q. 176.

Exterminant enim facies suas. Exterminare est extra terminos ponere, & pertinet ad exules, qui extra terminos Patriæ ponuntur, sic dicitur Psalm. 79. exterminauit eam aper de sylua, idest vineam Domini, scilicet populum Iudæorum exterminauit aper de sylua, idest rex Chaldæorum, qui Iudæos expullit de terra sua. Hypocritæ autem dicuntur facies exterminare, idest ponere extra terminos facierum humanarum; quia videbantur

facies

facies mortuorum præ nimio pallore, qualis non competit viuentibus, & talem colorem hypocritæ ex quibusdam vnguentis, aut fumo aliquarum rerum assequebantur, vt dicit Chrisost. super Matth. non enim causatus fuerat ille pallor ex magnitudine ieiunij, nam hypocrita non verè se affligit, sed exterius ostendit quod se affligat, quia alias non esset vituperabilis. vide super Matth. to. 3. c. 6. post quæst. 123. circa illud; exterminant enim facies suas.

Exterminant enim facies suas. Melius diceretur, destruũt, vel demoliuntur facies suas, sed per impropritetatem locutionis istud positum est. vide loco proximè citato.

Vt appareant hominibus ieiunantes. Nihil aliud intendit hypocrita, nisi humanam gloriam consequi, scilicet vt hominibus bonus videatur. vide loco proximè citato circa illud: Vt appareant hominibus ieiunantes.

Amen dico vobis. Idest in veritate assero, & non dubiteris de hoc. vide loco proximè citato circa illud: Amen dico vobis.

Receperunt mercedem suam. Idest etiam si aliquod bonum fecerunt ieiunando, quia ieiunare in se bonum erat, nullam mercedem ex hoc consecuturi sunt in vita æterna, quia hic receperunt eam, scilicet gloriam humanam quam desiderauerunt, & licet interdum hypocrita propter humanam gloriam agens, nullam inde gloriam consequatur, sed potius vituperium, non habebit tamen mercedem in vita æterna, & sic vtrobique mercede carebit, nam cum hic desiderauerit gloriam, siue assequatur eam, siue non, nihil est sibi debitum in vita æterna. vide loco citato, circa illud: Receperunt mercedem suam.

Tu autem cum ieiunas. Non imponit nobis Christus hic aliquod ieiunium, sed dicit, quod quando ieiunare voluerimus, teneamus talem modum, in quo solum vult excludere inanē gloriā. vide loco cit. circa illud: Id aũt.

Vnge caput tuum. Ita erat consuetudo in terram Chanaan, partim propter calores, & partim propter iocunditatem, quod tam viri quam fœminæ oleo capita vngerent. vide loco citato, circa illud: Vnge caput tuum.

Vnge caput tuum. Christus noluit nos obligare ad hoc faciendum, nam nemo istud obseruat, nec etiam est aliqua cæremonia, quæ secundum seipsam posset conferre aliquid bono operi, vt esset magis meritorium, sed voluit Christus distrahere Iudæos quibus prædicabat à praua consuetudine hypocritarum. Non tamen adhuc est intelligendum, quod etiam illis Iudæis quibus Christus prædicabat suadere vellet quod capita sua vngerent die ieiunij, nam per hæc inciderent in illud, quod Christus volebat vitare, quia sicut tristitiam ostendere erat signum ieiunantium, ita etiam si nunc ieiunantes faciem suam lauarent, & vngerent caput suum, esset iam signum ieiunijs, & per hoc inanem gloriam rursus quærerent. Solum ergo intendebat Christus dicere, quod ieiunantes non tristarentur, sed ostenderent signa Lætitiæ sicut in festiuitatibus fieri solet, & quia Iudæi consueti erant ad ostensionem gaudij caput vngere, Christus dixit de vnctione capitis. vide super Matth. to. 3. c. 6. q. 176.

Vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Non est necessarium nobis, quod diebus ieiuniorum ostendamus signa lætitiæ, cum ecclesia non ostendat ea, sed satis est, quod non ostendamus tristitiam, vt per eam humanam gloriam quæramus, nam alias etiam si tristes simus, & tales appareamus, contra Christi præceptum non agimus, sed potius in ieiunio debet quis subtrahere sibi omnes voluptates, & iocunditates, vt efficacius, & magis meritorium sit ieiunium suum, sicut ieiunabat Daniel, scilicet. Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum, sed nec vnguento vnctus sum, donec complerentur trium hebdomadarum dies, & per tale ieiunium Daniel meruit obtinere reuelationem à Deo Dan. 10. ideo bonum est tale ieiunium, in quo quis ita se affligit, vt necesse sit in eo apparere signa tristitiæ, vel naturalis grauitatis. vide loco proximè citato.

Et faciem tuam laua. Non innuit per hoc quod in alijs diebus facies lauanda non sit, vel quod in alijs diebus homines ad lauandum faciem non essent assueti, sed dicit, vt die ieiunij hoc ex industria fiat, in qua forte aliqui seipsos propter ieiuniorum afflictionem despectos, & incomptos permittere vellent. vide super Matth. tom. 3. cap. 6. post quæstio. 123. circa illud: & faciem tuam laua.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Idest non congregetis thesauros in terra, potest hoc dupliciter intelligi, vno modo, in terra, idest in hac vita, & distinguitur tunc terra contra Cælum, scilicet non est curandum habere thesauros in hac vita, sed in futuro, & iste sensus patet, quia postea dicitur, thesaurizate vobis thesauros in Cælo. Aliter potest intelligi thesauros in terra, idest thesauros sub terra, idest non congregetis thesauros ad ponendum sub terra, quia hoc peccatum est, & hoc innuitur, quia dicitur vbi fures effodiunt, & tamen effodere est in terra, quando illa foditur, vt aliquid de ea effossa educatur scilicet thesaurus latens, & hoc etiam Christus specialiter, improbat, quia thesaurum congregare, vel diuitias, posset quandoque esse laudabile, vt si quis congreget ad subueniendum miseris, & ad cætera opera pia, thesaurus tamen qui in terra occultatur non est ad expendendum, sed ad conseruandum, & hoc semper est vituperabile, quia pecunia non prodest nisi inquantum expenditur, quia hic est vsus eius, cum sit de bonis vtilibus. vide super Matth. to. 3. c. 6. post q. 176. circa illud: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.

Vbi ærugo, & tinea demolitur. Hic est defectus diuitiarum, in quo ostenditur quod non sunt bonum perfectum, cum faciliter in seipsis corrumpantur, & dicitur ęrugo rubigo æris, idest quædam corruptio quæ naturaliter accidit metallis impuris, sicut ferro, & ęri, & cæteris de quibus formantur monetæ, auro autem, & argento, quia sunt corpora puriora, non accidit ita facilis corruptio, & tamen aliquando corrumpuntur, quia elementata, & mixta sunt, & ex contrarijs composita, & quæcunque corruptio ipsorum, ærugo appellatur. Tinea est vermis corrumpens vestes, & etiam pertinet hoc ad diuitias, quia multi magnam partem diuitiarum suarum in vestibus constituunt. vide loco proximè citato circa illud: Vbi ęrugo & tinea demolitur.

Et vbi fures effodiunt, & furantur. Hic est alius defectus diuitiarum, & thesaurorum, scilicet quia non solum ab intra corrumpuntur, sed etiam ab extra dirumpuntur, & dicitur vbi fures effodiunt, ad ostendendum, quod nunquam tam diligenter diuitiæ custodiri possunt, quin diripi valeant, nam nusquam thesauri videntur securiores, quam cum in tenebrosis terræ visceribus occultantur, & tamen nec ibi securi sunt, quia ibi fures illos effodiunt, & furantur. vide loco citato, super hæc verba.

Thesaurizate vobis thesauros in Cælo. Thesaurizare in Cælo, est hic thesauros expendere, vt ibi illos recipiamus, sicut fit in pecunia traiectitia, quæ in vno loco datur, vt alibi siue periculo recipiatur, & ita nos quidquid pro Christo hic effuderimus, in Cælo habebimus, & istud est thesaurizare in Cælo. vide loco citato super hæc verba.

Vbi nec ærugo nec tinea demolitur. Ostendit ex opposito thesaurum Cæli esse meliorem thesauro terræ, quia non patitur easdem defectus, scilicet non corroditur, nec demolitur à tinea, & ęrugine, & hoc est propter duo, primo, quia illud quod in Cælo vocatur thesaurus, non est pecunia aliqua, nec aliquid corruptibile simile eis, quæ possidentur hic, sed est ipsa beatitudo, habens veram omnium bonorum sufficientiam: secundo, quia in Cælo non est laus corruptionis, nec generationis, sed perpetuitatis, ideo nihil ibi manendo corrumpitur. vide loco citato, super hæc verba.

Et vbi fures non effodiunt. Aufert secundum defectum thesauri terreni à thesauro Cælesti, scilicet, quia non potest ab aliquo diripi, ratio est, quia hic bona nostra diripi possunt, eo quod iniustitiæ, & iniquitatis laus est, ibi autem summa pax erit, & nulli vitio erit laus, ideo

nullus

nullus thesauros alterius ibi auferet, secūdo fiet hoc quia illi thesauri sunt quædam bona homini inhærentia, quæ sibi auferri non possunt. vide loco citato, super hæc verba.

Vbi est enim thesaurus tuus ibi est cor tuum. Idest diuitiæ attrahunt cor hominis & ideo vbi illæ fuerint, ibi illud est, non secundum rem, sed secundum amorem, quia anima verius est vbi amat, quam vbi animat, & tamen auarus nihil ardentius amat quam thesaurum, ideo de illo semper cogitat, & sic anima sua semper cū illo est, sic dicit Ambros. mens auari semel vinculis cupiditatis astricta semper aurum, semper argentum videt, semper redditus computat, gratius aurum, quam solem intuetur, & ipsa eius oratio ad Deum aurum quærit. vide loco citato, super hæc verba.

F E R I A Q V I N T A I N capite ieiunij.

Euang. Matth. VIII.

Cum introisset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio. Dicitur centurio, idest habens sub se centum viros de ordine militari. Et dicitur accessit ad eum, non per se, sed per amicos suos, vt dicitur Lucæ 7. vbi ponuntur multa de hoc quæ omittuntur hic. vide super Matth. tom. 3. capit. 8. post q. 25. circa illud: Accessit ad eum Centurio.

Centurio. Iste Centurio erat gentilis, & erat de exercitu Romanorum, nam hoc tempore Imperator Tyberius qui tunc regnabat, habebat exercitum in Iudæa, scilicet milites per diuersa loca, ne gens illa posset rebellare, & ita erant multæ cohortes militum in Iudæa, & multi centuriones. vide super Matth. loco citato, q. 26.

Accessit ad eum Centurio. Centurio non accessit personaliter ad Christum, sed misit seruos suos. dicitur tamen ipse accessisse, quia quod quis facit per alium, per seipsum facere videtur. vide Matth. tom. 3. capit. 8. quæstio. 27.

Accessit ad eum Centurio, rogans eum &c. Hoc fuit ex magnitudine fidei, quia credidit quod Christus poterat sanare puerum eius, & non solum præsens, sed etiam absens. Sed si quæratur, vnde potuit Centurioni esse tanta fides de Christo? Dicendum, quod oportet quod Centurio aliquid audisset de Christo, vel vidisset eum operari, quia fides non est sine auditu poterat autem iste Centurio vidisse multa miracula Christum facere. Dicendum tamen quod Centurio miracula nulla viderat, sed solum audierat aliqua dici de Christo. vide loco citato, q. 28.

Domine puer meus &c. Idest seruus meus, iste est enim modus loquendi vulgaris, quod seruientes vocentur pueri, etiam si sint in ætate viri, licet puer propriè significet ætatem à septennio vsque ad quartumdecimum annum. vide super Matth. to. 3. cap. 8. post quæst. 25. super hæc verba.

Iacet in domo paralyticus. Dixit iacet, quasi adduxisset eum, vel venisset, si posset, sed non potest, quia iacet paralyticus in domo: est enim paralysis dissolutio membrorum quando sunt aliqua membra quæ non possunt moueri ad nutum animæ regentis corpus, sed si vult in vnam partem inclinari paralyticus, cadit in aliam. Sic dicitur primo Ethicorum, de parte passionali, quæ non mouetur omnino liberè ad imperium rationis, sed repugnat aliqualiter, & ideo dicit Aristoteles esse vt paralyticos, qui præeligunt moueri in vnam partem, & feruntur in aliam. vide loco citato, super hæc verba.

Et male torquetur. Idest multum cruciatur, quia non solum habet membra dissoluta, sed etiam patitur graues dolores. Potest hoc dici propter duo, primo ad significandum quod non poterat portari ad Christum, quia licet non poterat per se venire, quia iacebat paralyticus, posset Christus dicere quod duceretur ad eum, sicut patet de multis alijs paralyticis, Matth. 4. & etiam in eadem ciuitate Capharnaum quatuor viri portauerunt vnum paralyticum in grabato, quem nudato tecto domus submiserunt per funes, & posuerūt ante Christum, Marc. 2. & Lucę 5. Dixit ergo Centurio, malè torquetur, idest habet graues dolores, & si moueretur, magis doleret, ideo nec potuit portari ad te: secundo ad confirmandum præces, ostendendo eos iustos, scilicet quia erat iste languens in magnis doloribus, & ita Christus magis misereretur eius. vide loco citato super hæc verba.

Accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens Domine puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur. Non fuit motus Centurio ad orandum pro seruo suo cum tanta instantia, quia iste seruus erat magni precij, & magnum damnum patiebatur Centurio si moreretur, sicut dicitur Lucæ 7. Centurionis seruus erat malè habens, qui erat illi preciosus. Sed melius dicendum est quod mouebatur Centurio quia diligebat valdè seruum istum, non enim videbatur satis honestum, nec virtutibus conueniens, pro solo lucro tantum instare, maximè quia iste Centurio laudatur hic vt vir bonus, & apparet ex magnitudine fidei eius, ideo potius videtur quod moueretur ex charitate, scilicet, quia diligebat seruum, dolebat quod periret, & tali affectui magis Christus condescenderet, quam desiderio lucri, vel euitandi dānum in uno diuite, qualis erat iste Centurio, ideo debet exponi erat illi preciosus, idest clarus. vide super Matth. to. 3. c. 8. q. 29.

Et ait illi Iesus. Scilicet amicis eius, quia ei non locutus est, cum ipse non venisset. vide super Matth. to. 3. cap. 8. post q. 25. super hæc verba.

Ego veniam, & curabo eum. Cum Christus sciret quod Cēturio non petebat vt ipse iret in domum suam, & etiam quod postea missurus esset ad eum, vt non iret, & tandem non erat iturus, ad quid ire? & dixit se iturum? Respondetur quod fecit hoc Christus propter multa, primo quia vult ostendere quod Deus facit voluntatem orantium, sicut dicitur Psal. 144. voluntatem timētium se faciet: secundo fecit hoc ad ostendendum humilitatē suam, quia non dedignatus est ire ad domum alienam, & etiam ad sanandum seruum, hanc enim virtutem Christus valde ostendere voluit in operibus suis, & hoc vt cum esset magnus in potestate, non crederetur arrogans in animo, quod rarissimum est, quia communiter homines habentes aliquam excellentiā superbi sunt saltem in animo suo: tertio fuit, vt doceret nos quod sicut ipse ibat ad pauperes, & seruos, ita & nos iremus: quarto fuit, & principaliter ad ostendendū fidē Centurionis: Nā Cēturio apud se cōceperat qđ Christus absens poterat puerū suū sanare, sed hoc nondū expresserat, nec fuisset expressum coram turbis, nisi Christus cœpisset ire ad domum Centurionis, nam si Christus sicut cognouerat voluntatem Centurionis venientibus ad eum senioribus Iudæorum dixisset volo quod sanetur puer Centurionis, & fuisset immediate sanatus, Centurio qui in domo manebat, videns sanatum puerum, non habuisset occasionem vllam mittendi aliquos ad Christum, nunc verò, quia orantibus senioribus Iudæorum cognouit Centurio quod Christus veniret, misit amicos suos ad eum, dicens non sum dignus &c. ideo fuit vtilis quod Christus ire inciperet, vt manifestaretur fides Centurionis coram turbis. Manifestari autem fidem Centurionis fuit vtile ad multa. vide super Matth. tom. 3. c. 8. quæst. 31.

Et respondens Centurio ait. Hoc verè dixit Centurio non tamen Christo, sed per amicos suos, quos ad illum misit. vide super Matth. tom. 3. cap 8. post quæstionem 25. super hæc verba.

Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Idest non sum dignus quod vadas ad domum meam, idest noli vexare eundo. Debet præsupponi quod amicis Centurionis petentibus à Christo quod iret ad curandum puerum eius concessit, & iam ibat, & tunc Centurio per alios amicos suos misit ei dicere, quod non veniret, quia non erat dignus recipere Christum in domum

mum

muni suam. vide loco proximè citato super hæc verba.

Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Non dixit hoc Centurio, quia domus sua non esset benè disposita, ita vt honestè posset Christus intrare in eam, vt dicunt aliqui. Neque etiam dixit hoc, quia essent idola in domo sua, vt ait Nicolaus. Sed potest dici, quod putauit se indignum esse quia erat gentilis, nam Christus erat de gente Iudæorum, & illa gens colebat Deum verum, ideo licet crederet Christum esse Deum, quia tamen adhuc nesciebat totum quod de Deo credi deberet, putauit, quod Christus nõ dignaretur respicere eum quia gentilis erat, & hoc fortè quia Christus volebat facere miracula inter istas gentes, & etiam quod non prædicaretur eis, ita dixit Matth. 10. In viam gentium ne abieritis, & in Ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Vel potest dici, quod Centurio dixit hoc propter humilitatem, quia cum Cẽturio crederet Christum esse Deũ humiliauit se, veritatem confitendo, quia verum erat quod nõ erat dignus, quod Christus intraret in domum eius, quia nullus homo poterat esse dignus ad hoc, & confitendo se indignum sicut verè erat, efficiebat se dignum. Sic dicit Augustin. libro de verbis Domini, Dicendo se indignum, præstitit se dignum non in cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret, nec enim hoc diceret cum tanta fide, & humilitate, nisi illum quem timebat intrare in domum suã, corde gestaret, nam non erat magna fęlicitas si Iesus intraret in parietes eius, & non esset in pectore eius. Potest etiam dici, quod dixerit hoc Centurio propter diuersitatem vitæ Iudæorum, & gentilium, nam Iudęis erat valde abominabile intrare in domos gentilium, aut conuersari cum eis. vide super Matth. t. 3. c. 8. q. 32.

Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Quæmadmodum Cẽturio putauit se indignum esse, vt Christus intraret in domum eius, ita nos debemus putare esse indignos ad hoc quod Christus intret, & moretur in cor nostrum, nam minus offenditur Christus intrare corporaliter in domum sordidam, quam spiritualiter in corde immundo, cum sit maior fęlicitas quod Christus habitet in corde nostro quam quod intret in parietes nostros vt dicit Aug. lib. de verbis Domini, & quia quando suscipimus sacramentum corporis Domini recipimus Christum realiter in corpore nostro, inquantum sacramentaliter manducamus, & debemus recipere spiritualiter, ad hoc quod proficiat nobis virtus sacramenti, debemus agnoscere, & profiteri nos indignos, & propter hoc inoleuit consuetudo laudabilis in Ecclesia, quod suscipiens Eucharistiam dicat istud verbum Centurionis. vide loco proximè citato.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus. Ostendit quod Christus poterat sanare absentem, & præsupponit in hoc, quod Christus erat Dominus sanitatum, & omnium rerum, & ad nutum omnia sibi obedirent, nec habebat alium superiorem, nec æqualem qui impediret ipsum, & tunc arguit à fortiori, scilicet, ego sum homo habens Dominum supra me, & habens aliquos seruos, & milites sub me, & si dico vni de seruis, vel de militibus, vade illuc, vadit, & si dico alteri veni huic, venit, à fortiori ergo cum tu non habeas aliquem supra te, cuicunque dixeris veni, veniet, & si iusseris ægritudini, quod recedat, recedet, & si dixeris sanitati quod eat ad aliquem ibit, & ita potes dicere quod veniat sanitas ad puerum meum, licet absens sit, quasi dicat serui mei non solum obediunt mihi præsenti, sed etiam si mitto eos in longinquum, vadunt illuc, & ibi manentes faciunt ea quæ ego iubeo, à fortiori ergo sanitas ibi quocunque tu iusseris, & ita veniet ad puerum meum absentem si hoc præceperis. Et dixit, sum homo sub potestate constitutus, idest constitutus sub aliquo maiori Domino, quia erat saltem sub Imperatore, & etiam sub alijs principibus militiæ, quia Centuriones sunt sub tribunis, idest Millenarijs. vide super Matth. tom. 3. cap. 8. post quæst. 25. super illud: Nam & ego homo sum sub potestate.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus. Potest vno modo accipi, quod sit argumentum à fortiori, vt supra expositum est; Alij dicunt quod est comparatio quædam Centurionis ad Christum, scilicet quod sicut Centurio habebat Dominum, & habebat seruos, ita etiam Christus inquantum homo erat Deo subditus, & habebat omnia alia sibi subdita. Sic dicit, s. Chrisost. & si ego sim sub potestate alterius, tamen habeo potestatem iubendi eis qui sub me sunt, sic, & tu quamuis sis sub potestate patris, scilicet inquantum homo, tu habes potestatem iubendi Angelis. vide super Matth. tom. 3. c. 8. q. 33.

Et dico huic vade, & vadit, & alio veni, & venit. Intelligebat per hoc Centurio Christum habere aliquos spirituales ministros, quibus iubere posset, quod eo absente infirmitates curent, & ita poterat mittere nunc aliquem Angelum qui sanaret seruum suum. vide loco proximè citato.

Audiens autem Iesus miratus est. Quomodo poterat admirari Christus, quia admiratio insurgit in homine ex consideratione, vel visione rei incognitæ, vel insolitæ, Christus autem non solum inquantum Deus omnia sciebat, sed etiam inquantum homo, non ergo poterat in eo esse admiratio. Dici potest vno modo quod Christus non fuit verè admiratus, sed modum, & gestum admirantis ostendit, & hoc fuit propter laudem fidei Centurionis, vt ostenderet quod etiam nos debeamus admirari eos qui magnam virtutem habent. vide plura de hoc, loco citato, q. 34.

Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Illud dictum non debet sic intelligi generaliter, sed multas habet limitationes. pro quo vide loco citato, q. 35.

Dico autem vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno Cælorum, filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Vide loco citato, q. 36. & q. 37. & q. 38.

Et dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Vide loco citato, q. 39.

Et sanatus est puer in illa hora. Non intelligitur de hora in qua Centurio credidit, sed de hora in qua Christus hoc verbum dixit. vide loco citato, q. 40.

FERIA SEXTA. CINERVM.
Euang. Matth. V.

AVdistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Quomodo esse potest quod sic fuerit dictum antiquis, quia lex iubet Charitatem, & non odium? Dici potest secundum August. lib. de sermone Domini, quod lex Moysi quendam gradum posuit iustitiæ Pharisæorum, quæ erat diligere amicum, & odisse inimicum cum esset omnino malum odisse inimicum, & etiam amicum, est autem perfectio diligere amicũ, & inimicũ. Ad designãdũ aũt gradum iustitiæ Pharisæorum, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, & dicit quod ista vox non est tanquam iubentis iusto, sed tanquam permittentis infirmo. Aliter etiam respondet idem Aug. pro quo vide super Matth. to. 2. c. 5. q. 344.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. An teneamur diligere inimicos. vide super Matth. loco cit. q. 345.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. An quis possit licitè odire inimicum suum, vel velle ei malum, vel gaudere de malis eius, & tristari de bonis. vide loco citato, q. 346.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. An Iudæi in veteri testamento tenerentur etiam diligere inimicos. vide loco citato, q. 347.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. An quis teneatur ostendere inimicis signa beneuolentiæ. vide loco citato q. 348.

Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. Quid sit maioris meriti, diligere amicum, aut inimicum. vide super Matth. to. 2. c. 5. q. 350.

SABBATHO IN capite ieiunij.

Euang. Marc. VI.

Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra, & videns eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius eis. Tempestas haec qua iactabatur nauicula discipulorum, fuit commotio magna fluctuum propter ventum validum, & ob hoc erant discipuli in periculo submersionis, & rursus erat eis difficultas, quia ventus erat eis contrarius, & non poterant procedere contra locum ad quem volebant, nisi nemigando, & adhuc sic cum magno labore vix proficiebāt in aliquo. Poterat autem haec tempestas esse naturalis, vel voluntate Christi supernaturaliter suscitata, est tamen satis verisimile, quod haec tempestas venerit supernaturaliter, quia Christus volebat nunc in mari experiri constantiam discipulorom, & adiuuare eos veniē do ad ipsos super aquas, ad hoc ergo suscitauit ventum tempestuosum in mari. Et tamen siue dicatur, quod tempestas venerit naturaliter, siue supernaturaliter, est dicendum, quod Christus nouerat tempestatem illam tunc futuram, & mittebat discipulos ad sustinendum eam, & ipse erat eos liberaturus. vide super Matth. tom 4. c. 14. q. 148.

Erat enim ventus contrarius eis. Permisit Christus, quod discipuli in mari nauigarent, & laborarent tempestate, primo ad ostendendum, quod omne bonum, quod habebant ab ipso habebant, & ideo, eo absente, mala inueniebant eos. à quibus non poterant liberari, nisi per Christi praesentiam, & etiam instruxit eos de se non confidere tanquam à se nullum bonum haberent, secundo, fuit, vt Christus erudiret discipulos ad patientiam, nam patientia sine aduersis non fit, vt huic virtuti sicut caeteris aptentur, quia erat eis plurimum necessaria, exercitat eos per aduersa, tertio fuit, vt doceat eos habere bonam spem, quarto, & praecipuè, vt esset sibi causa ambulandi super aquas videntibus discipulis. vide loco cit. q. 149.

Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare. Non diuiditur secundum consuetudinem bellantium in vigilias, nam cum castra manent in campo semper vigilant aliqui propter metum incursus hostilis, & vigiliam noctis in quatuor partes diuidunt, illasque quatuor vigilias vocant, & sunt istae vigi-

C liae

DOMINICA PRIMA IN Quadragesima.

Euang. Matth. IV.

FERIA II. POST DOMINICAM primam Quadragesimæ. Euang. Matth. 25.

FERIA TERTIA POST Primam Dominicam Quadrag.

Euang. Matth. XXI.

Cum intraſſet Ieſus Ieroſolymā, cōmota eſt vniuerſa Ciuitas. Nihil aliud fuit iſta cōmotionis niſi cōuerſus q̄dā ad videndū Chriſtū introeūte in vrbē, & quia ad hoc

FERIA IV. PRIMAE DOMINICAE Quadragesimæ. Euangel. Matth. 12.

FERIA V. PRIMAE DOMINICÆ Quadragesimæ Euangel. Matth. 15.

FERIA VI. PRIMAE DOMINICAE Quadragesimę. Euang. Io. V.

Erat autem quidam homo ibi, triginta, & octo annos habēs in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Iesus, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dixit ei: vis sanus fieri? Respondit ei languidus, &c. Christus non sanabat infirmos, nisi peteretur ab eo sanitas per infirmum, vel per alios nomine eius, & ratio erat, quia huiusmodi beneficium non confertur nisi petenti, quia alias posset conferri inuito sibi, etiam, quia non peteret, vel aliquis pro eo, nam quod aliquis infirmus tempore Christi non peteret ab eo curari, videbatur esse quasi ex defectu fidei quia non crederet quod Christus sibi hoc præstare posset, eis tamen qui fidem non habent, talia præstanda nō sunt, ideo non conferrebatur sanitas nisi petenti, & cum magno desiderio; sed hoc verum erat generaliter, & tamen interdum ex misericordia Christus mouebatur ad sanandum aliquos non petentes, sicut fuit de hoc languido, qui nihil petiuit, eo quod non cognoscebat de Christo quis esset, vt patet in Euangelio. Si autem homo iste Christum cognouisset, & nollet ab eo petere sanitatem, nunquam ille eum sanasset, quia defectus fidei ibi esset, sic etiam interdum ex misericordia Christus præstabat aliqua beneficia non petentibus. Vide auctor. super Matth. num. 1. c. 4. q. 123.

Respondit ei languidus. Quid sit languor, & quæ sit differentia inter languorem, & infirmitatem. Vide feria 6. post quartam Dominicam Quadragesimæ, super illa verba: Erat quidam languens Lazarus.

Dicit ei Iesus: Surge tolle grabatum tuum, & ambula. Christus in omnibus curationibus ægritudinum loquebatur aliquid, ad ostendendum quod ipse erat, qui faciebat miraculum, & non alius, vnde ne dubitaretur, quia ipse faceret, exprimebat verba quibus significabatur, quod ipse erat qui faciebat; propterea dixit modo: Surge tolle grabatum tuum, & ambula. Vide sup. Matth. tom. 3. c. 8. q. 14.

Surge tolle grabatum tuum, & ambula. Voluit Christus quod languidus tolleret grabatum suum, ad ostensionē perfectæ sanitatis, in hoc enim perfecta sanitas ostenditur, vt non solum possit ambulare, sed etiam onera magna portare, sic dicit auctor de paralytico, de quo habetur Matth. 9. cap. Vide super Matth. tom. 3. cap. 9. post quæst. quartam, circa illud: Ait paralytico, Surge tolle lectum tuum.

Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Christus in omnibus quos curabat ostendebat signa curationes, & sic ostendit in hoc languido, iubens quod tolleret grabatum, &c. nam vt ostenderet sanitates quas efficiebat iubebat à se sanatis facere actus, qui hoc ostenderet. Vide super Matth. tom. 4. c. 15. q. 95.

Sabbatum est. Non licet tibi tollere grabatum tuum, &c. De custodia sabbathi, quomodo Christus custodiebat, vel non custodiebat illud. Vide feria quarta post Dominicam quartam Quadragesimæ, circa illa verba. Erat autem sabbathum, quando lutum fecit Iesus, &c. & circa illa: Non est hic homo à Deo, qui sabbathum non custodit.

Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Ad peccati remissionem omnimodam duo sunt necessaria, primum est detestano peccati futuri, idest quod non solum doleat quis quod peccauit, sed etiam quod non habeat intentionem vlterius peccandi. Primum istorum nō potest suppleri per aliquid aliud, nec etiam per aliam personam, nisi per peccantem, secundum autem potest suppleri per aliquid alterum, vel per actum alterius personæ, quia potest vnus homo satisfacere pro altero, non potest tamen vnus dolere pro peccato alterius, ita quod per istum dolorem remittatur alteri peccatum, ideo Christus primum istorum imponebat quando peccata remittebat, vt patet Ioan. septimo, de muliere deprehensa in adulterio, cui Christus dixit: Vade, & amplius noli peccare, idest habe voluntatem nunquam amplius peccandi, nam præsupponitur, quod de præterito peccato, iam doluerat, & sic dixit huic languido. Vide super Matth. tom. 3. cap. nono, quæst. 11.

Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Quomodo pro peccato infertur à Deo pœna temporalis. Vide auct. super Exod. tom. 2. cap. 32. quæst. 47. post medium.

DOM. II. QVADRAGESIMAE
Euang. Matth. 17.

A*ssumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsū, & transfiguratus est ante eos.* Christus noluit omnes discipulos interesse suę trāsfigurationi, sed hos tres tantum: primo, quia hæc erat res altissima, scilicet degusta ræ primordia quædam futuræ beatitudinis, ad hoc autem non erant omnes Apostoli dispositi, ideo eos solos, qui magis dispositi erant assumpsit. Secundo, quia ea, quæ pertinebant ad dona gratis data non erant in omnibus eadem, sed quilibet habet à Deo proprium donū ostendere autem homini imaginem futuræ gloriæ pertinet ad dona gratis data, ideo eis hoc ostendit, quos capaciores donorum suorum effecerat, cæteris relictis: tertio, quia Christus voluit, quod ista visio taceretur eo viuente, si tamen hoc ostenderetur omnibus discipulis, forte non maneret occultum, quia sciebat multos eorū adhuc imperfectos esse, & difficiles ad seruandum secretum, vt securius maneret verbum in abscondito, reuelauit illud paucis. Vide super Matth. tom. 4. cap. 17. quæst. 8.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, &c. Quare Christus ostendens se nunc transfiguratum, noluit præsentes esse omnes discipulos, & quod duplex bonum isti tres Apostoli senserunt in transfiguratione. vide ibi q. 9.

Assumpsit Iesus Petrum, &c. Quare Christus assumpsit tres discipulos ad transfigurationem, & non plures, neque pauciores. Vide ibi. q. 11.

Assumpsit Iesus Petrum, &c. Quare Christus potius assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem, quam alios de Apostolis, quale esset priuilegium Petri inter cæteros Apostolos, & quæ excellentia inter Apostolos fuerit Ioannis Euangelistæ, & Iacobi. Vide ibi. quæstione 12.

Et Iacobum. Quis fuerit iste Iacobus, qui cum Christo fuit in transfiguratione, nam duo Iacobi erant inter Apostolos Christi, scilicet filius Zebedęi, & filius Alphæi, qui aliter dicitur Iacobus maior, & minor. Vide quæstione tertiadecima.

Assumpsit Iesus Petrum, &c. Cum Christus assumpserit solum tres discipulos, & transfiguratus fuerit ante eos, quomodo potuerunt euitari inconuenientia, nam sic cęteri inuiderent eis tanquam constitutis in maiori gradu à Christo, quam cęteri, & euā indignarētur cęteri Christo, tanquam despecti à Deo. Vide quæstione sextadecima.

Et transfiguratus est ante eos. Quomodo cæteri discipuli post reditum Christi, & discipulorum de transfiguratione facta, non quæsierunt de illa an facta esset, aut non suspicati sunt quicquam. Vide ibi. quæstione decimaseptima.

Et duxit illos in montem excelsum seorsum. Quis fuerit iste mons in quo Christus transfiguratus est, & quare in monte facta fuit transfiguratio. Vide ibi. quæstione decimaoctaua.

Et duxit illos in montem excelsum seorsum. Dicitur, quod duxit eos seorsum, vt innuatur quod his solis ostēsa est visio, nam non erant cum alijs, sed soli. Vide quæstione 19.

Et transfiguratus est ante eos. An Christus sit transfiguratus, & quomodo sathanas se transfigurat. Vide quæstio. 20.

Et transfiguratus est. Quid sit transfigurari, & quomodo figura sumitur multipliciter, & quomodo Christus trāsfiguratus est. Vide q. 21.

Et transfiguratus est. Ad quid Christus transfiguratus est,

I N D E X.

FERIA SECVNDA post secundam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Ioan. VIII.

EGo vado, & quæretis me. Dicitur homo quærere Deũ, non localiter, quia in nullo loco est, vel si in aliquo est, in omnibus est, sed quæritur Deus à nobis spiritualiter, scilicet quando volumus conformare voluntatem nostram voluntati suę, & istud est, obseruando legem eius, quia ipse vult, quod lex sua obseruetur, & qui quærit Deum obseruando legem, inuenit eum, scilicet in beatitudine, quam præparauit diligentibus se, vel inuenit eum in præsenti, bene faciendo sibi, quia Deus clemen tior est circa illos, qui eum colunt, licet interdum eos pu niri patiatur, ad maiorem eorum gratiam. Vide auct. super primum Paralip. cap. 28. post q. 26. circa illud; Si quæsieris eum inuenies.

Ego vado, & quæretis me. Multi quærunt Christum in con solationibus, in diuitijs, in honoribus, sed non in tribu lationibus, in passione, & morte, idest amant mundi cõ-solationes, & fugiunt tribulationes, & cupiunt semper in delitijs viuere, nunquam vero in afflictionibus, & isti non inueniunt Christum, quia Christus in hoc mon do nunquam fuit in consolatione, sed semper in laboribus, & curis positus. Vide auct. tom. 1. in Genes. in epistola D. Hieron. ad Paulinum, cap. 7. circa illud: Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.

Ego vado, & quæretis me. Omni tempore obligatur homo quærere Dominum, nam quærere Dominum, est placere ei, obseruando legem suam, & auferendo offendicula à facie eius, scilicet peccata, quibus suam maiestatem offendimus, non est autem dubium, quin omni tẽpore teneamur legem Dei obseruare, ideo õmni tempore tenemur quærere Dominum de ablatione peccatorũ. Magis tamen tenemur quærere ipsum in ægritudine, quam alio tempore. Vide super secundum Paralip. c. 16. q. 36.

Ego vado, & quæretis me. Sunt aliqui, qui magis tenentur quærere Christum, & tamen non inueniunt eum, & isti sunt diuites, qui propter diuitias impediuntur sequi Christum, raro enim sunt diuites, qui Christum inueniunt, pauperes autem multi, & quare hoc. vide auctorem tom. 4. sup. Matth. c. 14. q. 51.

Ego vado, & quæretis me. Diuites male possunt quærere, & sequi Christum, propter multa; primo, quia diuites semper sunt in decipulos diaboli alligatos, & ideo difficile effugiunt illos; secundo, quia difficilius est diuiti ascendere ad perfectionem, quam pauperi, Christus enim per paupertatem semper ambulauit; tertio, quia Christus per mortem ambulans peruenit ad gloriam, & qui diuites sunt difficiliter intrant in regnum Dei. Primo, quia ne perdant, quæ habẽt, committũt quæcunque mala, amant enim, tam ardenter possessa, quod etiam si aliena non ambiant, potius volunt quæcunque committere, quam diuitijs expoliari; secundo, quia per illos impediuntur ne ascendant ad bonum, licet enim diuitias, & bona fortunæ dederit Deus homini, vt per illa possit redimere peccata sua, & meritum augmentare, tamen ipse male eis vtitur, ideo talis non solum non sequitur Christum, sed & Deum, & Christum eius vituperat. vide auct. super Matth. tom. 4. cap. 14. q. 52. & tom. 5. cap. 19. q. 169. & q. 170.

Quo ego vado, vos non potestis venire. Peccatores nõ possunt Christum sequi, qui per mortem ad cælum iuit, nã Christus celos penetrauit in innocentia sua, peccatores vero inquinati sunt in peccatis suis, nihil autem inquinatum potest illuc intrare, vbi dicitur, Sap. 7. & ideo dicit Christus, quo ego vado vos non potestis venire, difficile enim est, quod peccator in mortis articulo positus possit per confessionẽ mundare se ab inquinamentis suis. Vide auctorem super Matthæum, tom. quarto, cap 16. quæst. 79.

Et in peccato vestro moriemini. Impęnitentia accipitur vno modo prout est duratio peccati vsque ad mortem, idest quod de illorum pęnitet homo, quamdiu viuit, & sic non est peccatum in spiritum sanctum, immo nec est aliquod genus peccati, sed est accidens eius, sicut duratio cuiuslibet rei est eius accidens, nam alias essent duo peccata in eadem specie, & vnum esset peccatum in spiritum sanctum, & aliud non, quod est inconueniens. Vt si quis commisit adulterium, & non pęnituit, esset secundum peccatum in spiritum sanctum, & non primum. Alio modo accipitur impęnitentia, vt dicit propositum quoddam de nunquam pęnitendo, & tunc est speciale genus peccati, quia habet determinatum obiectum, & est peccatum in spiritum sanctum, quia repugnat attributo eius, scilicet gratiæ remissionis peccatorum, quæ attribuitur spiritui sancto, quia qui proponit nunquam pęnitere, eligit nunquam habere remissionem peccatorum, &c. Vide auct. super Matth. tom. 4. cap. 12. q. 70. circa medium.

Et in peccato vestro moriemini. Distinguitur obstinatio, & impęnitentia ex duobus quæ sunt communiter in peccato, scilicet delectatio, & turpitudo, inquantum enim propter delectationem quis adhæret firmiter peccato, proponens nunquàm desistere, ab eo, est obstinatio, quantum ad turpitudinem verò, vel indecentiam operis inquantũ non vult quis dolere de opere, tanquã non fuerit turpiter, vel male factum, sed bene, est impęnitentia, & ideo, vt cõiter impęnitentia est de peccatis præteritis, obstinatio aũt de futuris, idest, quia non vult cessare à committendo, licet etiam impęnitentia possit esse de futuris, vt si quis proponat nunquam dolere pro peccatis præteritis, nec etiam de futuris, si aliqua commiserit. Aliter accipitur obstinatio prout est perseueratio vsque ad mortem in actu alicuius peccati propter delectationem eius, & tamen fuit ista perseueratio, sine proposito perseuerandi, & sic non est aliquod genus peccati, sed circumstantia, vel accidens eius, vnde non est peccatum in spiritum sanctum. Accipiendo autem obstinationem prout est propositum perseuerandi in actu peccati,, est peccatum determinatum, & est in spiritum sanctum, quia repugnat directè gratiæ remissionis peccatorum, cum proponat semper perseuerare in peccato. Vide loco proximè citato.

Et in peccato vestro moriemini. Obstinatio, & finalis impęnitentia proueniunt ex peccatis hominum, quia peccata ipsorum demerentur, quod Deus non concurrat cũ eis ad rectè iudicandũ de agibilibus, & conuertantur ad bonum. Quæ autem sint peccata, vel quanta, vel quoties repetita, quæ hoc demereantur, nulli purè viatori cognitum est, Deus enim sibi scienda seruauit. Scimus tamen, quod prędestinati talia non incurrerent, quia qui prædestinauit eorum saluationem, prædestinauit, & saluationis modum. Vide auctorem super Num. cap. 14. quæst. 97.

Et in peccato vestro moriemini. Quanquam homines plures actus malos eliciant, non obstinantur, cum obstinatio dicat firmam permansionem, homo autem quantumcunque peccauerit, semper potest recedere à priori opinione iudicando contrarium, ideo non obstinatur necessario, sicut Angelus, causa huius est diuersitas potentiarum iudicatiuarum, & appetitiuarum in homine, nam homo habet duo genera huiusmodi potentiarum, ex eo enim quod animal perfectum est, habet iudicatiuam potentiam, quæ est phantasia, vel æstimatiua, & habet potentiam appetitiuam, quæ sunt uires affectiuæ, scilicet irascibilis, & concupiscibilis in quibus fundantur passiones; homo etiam inquantum est homo habet potentiam iudicatiuam, quæ est intellectus, & potentiam appetitiuam, quæ est voluntas. His quatuor existentibus non est idem modus iudicandi, & appetendi in vtrisq; nam intellectus, & voluntas feruntur in id quod est verè bonum, & honestum, iuxta Aristotelem 1. & 10. Ethic. scilicet, intellectus, & ratio semper deprecantur ad optima, phantasia autem, & partes affectiuæ passionales,

les, feruntur per se in delectabile, quod est secundum sensum, contingit autem, vt communiter ista delectabilia esse contraria bono honesto, quod desideratur secundũ intellectum, & voluntatem, potissimè autem contingit hoc in magnis delectabilibus. Hoc autem modo contingit, vt homo quamqnam mala faciat nõ obstinetur, quia nunquam potest homo facere malum secundum intellectum, & voluntatem, si essent sola, nisi propter ignorantiam, & nunc etiam cum malum facimus ignorantes sumus, quia omnis malus est ignorans, 3. Ethic. Ideo quandocunque malum facimus, necesse est, vt illud oriatur ex phantasia, & partibus affectiuis, & quando istæ partes sunt in actibus suis præualentes, ex coodi tione obiecti in quod feruntur, vel ex debilitate habitus intellectus, & voluntatis, succumbunt intellectus, & voluntas, & malum eligimus: postea vero, disiuncta passione, intellectus iudicat malum esse, id quod factũ est, quia non erat illud in quod ipse directè inclinabatur, & sic sequitur dolor, & pęniteotia de malo facto, ex conditione naturæ aliqualiter. Et hoc modo etiam si homo viueret in æternum male agens, nunquam esset obstinatus dum viueret, propter diuersitatem poteotiarum. De his dicit Apostolus ad Roman. cap. 7. quod sunt duæ leges ista duo genera potentiarum, & inclinatioourn, s. inuenio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati. De hoc etiam Aristoteles 9. Ethic. vbi agit de diuersitate electionum hominum incontinentium, dicens, quod alia volunt, & alia eligunt, & ibi multa de hoc. vide auct. sup. Num. c. 15. q. 38.

Et in peccato vestro moriemini. Cum homo quantum ad partem quæ est de agibilibus non permaneat immobilis quam diu viuit, quomodo permanet immobilis quantum ad partem intellectus speculatiui, nam si homo semel iudicauerit aliquid speculatiuè esse verum, nunquã discedet ab illo, nisi aliquæ aliæ rationes appareant quę eum ab illa opinione depellant. Respondetur ad hoc, quod istud prouenit ex vnitate potentiæ speculatiuæ, nam inquantum sumus actiui habemus duo genera potentiarum, & ob hoc est repognantia, & discessio ab opinione, inquantum verò sumus speculatiui, solum habemus iotellectum speculatiuum, poteotiæ autem sensitiuæ interiores, & exteriores, subordinantur intellectui ad speculari, & non habeot aliquam repugnaotiã ad intellectum speculatiuum, sicut phantasia, & partes affectiuæ habent repugnaotiam ad intellectum practicum, & voluntatem, sic enim dicit Aristoteles 6. Ethic. quod tristabilia non corrumpunt omnem æstimationẽ, nec delectabilia, sed corrumpunt opiniones, quæ sunt circa operabile, in quo demonstrat non esse contrarietatem in potentijs speculatiuis, sed solum in actiuis, ideo circa speculatiua potest homo manere immobiliter, qui est modus obstinationis. Et demones igitur, & quicunque Angeli obstinantur io quocunque actu malo, homines vero non obstinantur etiam multoties peccantes quamdiu vixerint. Vide loco proxime citato, quæstione 39.

Et in peccato vestro moriemini. Obstinatio hominum prouenit ex hoc, quod Deus non concurrit cum eis ad iudicandum, & eligendum bonum, & ex hoc est impossibile, quod iudicent, & eligant illud, sic dicitur Ioann. 15. cap. sioe me nihil potestis facere, scilicet nullum bonum meritorium, nisi ego adiuuero per gratiam pulsatricem, vel præuenientem, est enim in vita semper ista gratia, quia quamuis homines peccent, Deus pulsat corda eorum per gratiam præuenientem, vt doleant, & propter hoc, quandiu homo viuit, semper habet locum conuersionis, cũ vero homo moritur, si in malo finiuit dies suos, Deus iudicat indignũ esse, & iniustum, vt cõcurrat cum illo ad aliquem actum, & bonum dolorem, vt sic conuertatur, & habeat vitam æternam, ideo nõ concurrit, Deo autem non cooperante nobis, est impossibile, quod benefaciamus. Vide loco citato, quæstione 40.

Et in peccato vestro moriemini. Homines non obstinantur, neque indurantur ex sententia Dei, quasi Deo iubente, & determinatè volente hoc, quia tunc Deus vellet directè malum, quod est falsum, item esset iniquus, quia homines obstinatos æternaliter punit, & tamen ipse eos induraret, cum ex sententia eius indurarentur, sicut rei ex iudicis decreto puniuntur, ergo ipse causaret culpam, & pęnam, quod est inconueniens, ideo dicendum quod Deus hoc modo nemioem indurat. Aliter potest accipi induratio hominum extra sententiam Dei & dicuntur indurati, quia à proposito suo moueri nequeunt, & sanum coosilium non recipiunt, sicut omniũ durorum conditio est difficulter aliquid recipere, & quanquam aliquis in vtroque, scilicet bono, & malo fixus esse possit, & poterat quaotum ad virtutem vocabuli in vtroque induratus homo dici, tamen voluit, vt in malum tantum induratos dicamus. Cum verò aliquis a bono proposito immobilis est, nullis blandimentis fallacis sæculi, aut minis cędens, non dicitur induratus, sed firmatus, vel solidatus, & sic dicebat Beata Agatha. Mẽs mea supra petram solidata, & in Christo fundata. Fit autem induratio ista io malo directè à volũtate nostra, adhærente alicui bono corruptibili, iodirectè autem fit à Deo permittente nos cadere, & nõ subleuante per gratiam. Ad bonum quippe, quod est vere bonum, & spirituale cum magoa difficultate mouemur, sed potius in delectabilia inclinamur, quæ non sunt vera bona, ad volendum autem bonum aliquod ex charitate, vel qualiter oportet, vt mereamur, non possumus moueri ex nobis, sed mouemur ex gratia adiutrice, quæ vocatur gratia præueniens, & pulsatrix, & si ista non pulsat cor nostrum, impossibile est nos moueri in aliquod bonum, sic patet Ioan. 15. sine me nihil potestis facere, idest aliquod opus bonum meritorium, nisi ego vos mouero ad operandnm, & si nunquam Deus nos mouere vellet, nunquam esset possibile nos bonum facere meritoriè, & si aliquod tempus fuerit in quo mouere nos non vult, impossibile est tunc bene nos operari. Non est tamen necesse tunc operari malum, faciendo aliquem actum positiuum, quia licet priuatio, vel absentia gratiæ tollat bonnm, quod per eum fieri debebat tamen noo est præsentium determinatiuum ad aliquem actum positiuum malũ, immo est impossibile, quod actus positiuus principietur, nisi à principio positiuo, absentia autem gratiæ est principium priuatiuum, ideo principiare oõ potest, sed actus mali quem nos facimus dum sumus priuati gratia, sunt ex inclinatione mala nostra, quæ non frenatur aliquo cęlestis gratiæ retinaculo. Vide auctor. super Iosue, Dom. 2. c. 11. q. 79.

Et in peccato vestro moriemini. Homines indurantur cũ in malo fuerint, cum gratia pulsatiua non fuerit, vel si parua est, ita vt moueri nequeant ab ipsa, quia tunc cũ ad bonum sine gratia illa peruenire oequeant, manebunt necessario in malo, & perdentur, & sic duo sunt ad indurationem, primum est hominis iniquitas, qua fertur in bonum defectibile, secundum est gratiæ pulsatricis imperfectio mutare non valentis, primum est directum, secundum indirectum, secundum tamen fortius est, quam primum, quia etiam si homo sponte se ferat in mala, si Deus eum vehementer tetigerit, inoitum traher, obstinatio ergo ab homine, & à Deo causalitatem habet, quicunque tamen indurationem patitur, illam demeretur, oec tamen omnes qui mereotur eam, patiũtur illam, & quidam de electis incidunt in grauissima peccata, quibus demerebantur obduratiooem, quia tamen secundum propositum Dei vocati sunt sancti, iuxta Apostolum, hæc omnia eis in bonum proficient. Diligeotibus enim Deum, omnia in bonum cooperantur, & hoc modo Deus dicitur in scriptura, indurasse corda hominum, quia subtrahit eis gratiam, scilicet noo opponẽdo, eam per quam ad bonum deuenturi essent, & non dicitur de hominibus, quod seipsos indurant, quia licet ipsi faciant ad indurationem directè, quia tamen ipsam indurationem absentia motricis gratiæ sufficienter efficit, à Deo induratio denominantur, cum ab eo gratia sit. Vide loco proximè citato, quæst. 82. vbi multa ad hoc propositum dicit.

Et in peccato vestro moriemini. Deus dicitur interdum

indurare

indurare cor nostrum, & interdum excæcare, & aduersari nobis; istud autem non est tollendo directè libertatē, quæ est in voluntate, quia istud impossibile est; Etiam non fit hoc mouēdo intellectum nostrum ad hoc, quod intelligat bonum esse id quod malū est, & sic erremus, quia istud nunquam Deus facit, & si faceret, non peccaremus; sed sciendum, quod vltra voluntatem nostram, & intellectum, qui sunt duo principia ad causandum actum liberum, Deus operatur, aliquid in nobis per modum intellectus, & per modum voluntatis. Nam sicut in moralibus voluntas, & intellectus sunt principia operationis, vt patet 6. Ethic. & tamen ista non perfecte, & conuenienter mouent ad actus bonos moraliter, quousque intellectus perficiatur habitu prudentiæ, per quem determinate sciat quid bonum, & quid malum est, & voluntas perficiatur habitibus virtutum, per quos faciliter, & delectabiliter inclinetur ad eligendum bonum moraliter, quamquam durum sit, & ad fugiendum malum moraliter, quanquam delectabile sit, quæ determinate faciliter, & delectabiliter fieri non poterant, sine habitu, 2. Ethic. scilicet, signum genti habitus est delectatione aduenire operibus, ita in operibus respectu Dei facit ipse in intellectu nostro aliquid, mouendo illum, & determinando ad iudicandum bonum esse, quod bonum est, & istud est illuminare. Ad voluntatem autem Deus agit aliquid, quod mouet eam per modum habitus moralis ad agendum, quod bonum est, & ista est gratia pulsatiua, quæ alio modo vocatur gratia præueniens, & ista mollificat animam, fauendo eam ad hoc, quod velit aliquid quod bonum est, etiam si sit durum. Ista duo Deus facit nobis ex gratia, & liberalitate sua, ideo si interdum subtrahat illa nobis potissimè ex culpa nostra, dicitur Deus nos excæcare, inquantum subtrahit illud lumen, per quod intellectus determinabatur ad iudicandum bonum. Dicitur etiam indurare cor nostrum inquantum non opponit gratiam mollificantem, quæ faciliter moueret voluntatem nostram ad bonum, & sic homo excæcatur, & induratur à Deo interdum, & istud tetigit Isaias dicens: Tu Domine pater noster, & redemptor noster, quare errare nos fecisti de viis tuis, & indurasti cor nostrum, ne timeremus te? Quare errare nos fecisti de viis tuis? Scilicet excæcando intellectum nostrum, quia errare ad intellectum pertinet, & non ad voluntatem, & indurasti cor nostrum, istud pertinet ad indurationem voluntatis. Dicendum ergo, quod quando Deus nos excecat, vel indurat, non facit iniuriam nobis, quia non tollit aliquid nostrum, nec perturbat intellectum nostrum, aut voluntatem, sed manent in sua libertate naturali, sed solum cessat à conferendo gratis, id quod prius conferebat, item quod maius est, Deus nunquam subtrahit istam illuminationem, & gratiam pulsatiuam, nisi propter magna peccata hominis, & tunc sicut Deus poterat infligere aliam pęnam positiuā, ita infligit istam priuatiuam, scilicet, quod cessat ab illuminando, & pulsando per gratiam, & sic dicimus, quod aliquando vnum peccatū est pęna alterius, scilicet, quia propter aliquod peccatū graue, vel propter multa, Deus cessat illuminare aliquem, & pulsare eum per gratiam, & propter priuationem istam, incidit iste priuatus in aliud peccatum, & illud est pœna peccatorum priorum. Ex hoc etiam sequitur, quod mala quæ aliquis facit, post quam excæcatus à Deo, & induratus est, imputantur ei iustè ad pęnam, eo quod manet et plena libertas agendi, vel non agendi, cum Deus non priuet eum actu intellectus, & voluntatis, nec perturbet istos actus in illo, sed solum cesset ab illuminando, & mollificādo, quod prius faciebat ex mera liberalitate. Vide auct. sup. 3. Reg. c. 12. q. 6.

Et in peccato vestro moriemini. Ille qui est à Deo derelictus non potest bene agere, tamen pęnam meretur, pro istu malo actu, quia per priorem malum actum demeritus fuit, vt nunc relinqueretur à Deo, & consequenter male ageret, quia sicut pro aliquo peccato temporalis pęna datur, ita pro aliquo magno spiritualis, scilicet, quod permittatur cadere in aliud. Erit igitur culpa sequens præcedentis culpæ pęna, & consequenter redundabit maior pęna, quia pro primo peccato pęna, & pro secundo similiter, & hoc modo homines præsciti, qui erant scripti in libro vitę secundum præsentem iustitiam obstinantur, & impenitentes moriuntur, quia licet nunc bene operentur, quia gratiæ repugnare possunt post male operantur, & per illa mala opera demerentur subtractionem gratiæ, idest, quod Deus non concurrat cum illis ad causandum bonum opus, ideo in articulo mortis cōfiteri non poterunt, quia ante demeriti sunt, ne Deus ad talem actum cum eis concurreret. Quæ autem sunt vitia, vel quoties iterata, per quæ demeremur in alia cadere, vel Deum nobiscum non concurrere, pænitus homini incognita sunt, vidit enim Deus, quod talia scire viatori non expediebat, vt sic ex timore cautior, & vigilantior esset, sufficere nobis debet, quod qui saluantur, non ex meritis saluātur, vel electi sunt, sed quia Deo placuit, ad vitam æternam ab æterno illos eligere, qui autē damnantur, ex propriis demeritis hoc habent. Vide auct. super Deut. c. 2 q. 10.

Et in peccato vestro moriemini. Quomodo non potest homo per seipsum à peccato resurgere. vide sup. Matth. to. 7. c. 15. q. 55. & q. 56.

Et in peccato vestro moriemini. An homo possit a peccato resurgere sine auxilio gratiæ. Vide diffuse sup. Matth. tom. 5. c. 19. q. 180.

Cum exaltaueritis filium hominis, &c. Idest quando crucifixeritis me, videbitis omnia quæ dico vera, quia tunc apparuit gloria Christi. Vide super Matthæum, tom. quarto, cap. 12. quæst. 92.

FERIA TERTIA post secundam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Matth. XXIII.

Locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos, &c. Hæc locutus est Iesus in templo. Vide super Matth. to. 6. c. 23. q. 3.

Locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos. Quomodo potuit Christus dicere ista turbis, & discipulis. Vide ibi. quæst. 4. & quæst. 5. & quæst. 6. & quæst. 7. & quæst. 8. & quæst. 9.

Locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos, &c. Ad quid proderat turbis, & discipulis Christi instructio circa iniquitates Pharisæorum, & Scribarum. Vide quæstio. 10.

Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Quæ erat ista cathedra Moysi, & quid erat sedere super eam. vide q. 11.

Sederunt Scribæ, & Pharisæi. Qui erant isti Scribæ, & Pharisæi, qui sederunt super cathedram Moysi. Vide quæstio. 12.

Sederunt Scribæ, & Pharisæi. Ad quid sedebant isti Scribæ, & Pharisæi super Cathedram Moysi. Vide quæstio. 13.

Sederunt Scribæ, & Pharisæi. Cum dicatur quod Scribæ, & Pharisæi sedebant super Cathedram Moysi ad docendum, & prædicandum, quomodo competebat, vel quibus. Vide q. 14.

Sederunt Scribæ, & Pharisæi. Quare Christus dixit, quod super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, nam videtur, quod solum deberet dicere, quod sederūt Scribæ, nam periti sedebant super Cathedram ad prædicandum, sed Scribæ erant soli periti, nam pro sapiente Scribam vocant Iudęi, ergo soli Scribæ sedebant. Vide q. 15.

Omnia quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite. Quomodo potest stare, quod Christus dixit, scilicet, omnia quæcunque vobis dixerint facite, nam Christus loquebatur hic de Pharisæis, & Scribis, qui docebant ea, quæ in veteri testamento, idest, quæ pertinebant ad legem Moysi, cum dicatur, quod sederunt super Cathedram

Et pa-

FERIA QVARTA post secundam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Matth. XX.

INDEX.

FERIA QVINTA post secundam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Lucæ XVI.

Homo quidam erat diues. Quãuis possit aliquis iustè, & licitè fieri diues, difficile est tamen, quod aliquis fiat valde diues, absque eo, quod interueniat peccatum aliquod. Nam si cura rei familiaris, nunquam, aut vix sine peccato agi potest, vt ait August. 25. distin. c. qualis hic. quanto magis acquisitio magnarum diuitiarum, nunquam, aut vix sine peccato fieri? vnde dicitur illud vetum, & commune, Omnis diues, aut iniustus, aut iniusti hæres. vide auctor. super Matth. tom. 3. cap. 6. q. 36. post medium.

Homo quidam erat diues. Qui volũt diuites fieri, oportet, quod multa acquirant, vt diuites fiant, cum non essent, & quia per iustam viam raró contingit velociter multa acquiri, oportet animum, & manus applicare iniuste acquisitioni. & ita solet dici, quod omnis diues, aut iniustus, aut iniustitiæ hæres, idest, si ipse acquisiuit, iniustus fuit in acquirendo, si non acquisiuit, sed possidenti successit, non est ipse iniustus, sed est iniusti hæres. vide super Matth. to. 5. c. 19. q. 164.

Homo quidam erat diues. Difficilius est diuiti ascendere ad perfectionem, quam pauperi. Vide super Matth. to. 5. cap. 19. q. 166.

Homo quidam erat diues. Honorare diuitem, etiam si nõ habeat aliquam virtutem, non est peccatum, & tamen honorare eum propter diuitias, est peccatum. nam diues habet aliquid, propter quod honoretur, idest bonitas naturæ, sed hoc commune est in omnibus. Habet etiam aliud, scilicet, quod magis de eo præsumitur virtus prima facie, quam de paupere: & ideo ex hac parte magis honorandus est, quam pauper. quousque constet oppositum. sed adhuc dato, quod constet, diuitem non esse virtuosum, & esse pauperem virtuosum, quantum ad quædam magis honorandi sunt diuites, non quidem, quia diuitias habent, sed quia habendo diuitias habent maiorem locum in republica. sicut enim principes, vel rectores Reipublicæ, etiam si non sint virtuosi, sunt honorandi propter Rempublicam, quam administrant, ita & diuites licet non sint virtuosi, quia tamen in Republicam magnum statum tenent, honorandi sunt. Patet hoc, quia Respublica constat ex bonis priuatorum, & quanto illa sunt plura, & maiora, tanto Respublica est maior, & firmior, & honorabilior. nam in multitudine populi honor est regis, in paucitate plebis ignominia est Principis. Prouerb. 13. Etiam quando omnes de Vrbe sunt pauperes, facile est eam capi ab hostibus. quia non possunt diu sustinere bellum. & ideo dixit Aristoteles, 2. Polit. quod non debet ciuitas esse pauper, neque multum diues, sed mediocriter se habens. si enim pauper fuerit, non sustinebit bella, si aũt multum diues fuerit, omnes cupient inuadere eam, vt tantis spolijs impleantur, & quia diuites pręstant istam abundantiã saltem mediocrem Reipublicæ, ideo honorandi sunt, tanq̃ meliores partes Reipub. existentes, & ideo honorãdo diuites, nõ honoramus diuitias, sed honoramus Remp. cuius ipsi sunt partes magis pręcipuę, licet quod tales partes sint habeant ex diuitijs. Si quis aũt honoret diuitem solum propter diuitias, peccat, & accipit personam, nam sicut honorare ipsas diuitias in se est peccatũ, ita & honorare diuitem solum pp diuitias, est acceptio personarum, & peccatum. præiudicatur. n. virtuti, cuius pręmium tollitur, & datur diuitijs. vide sup. Matth. to. 6. c. 22. q. 111. in responsione ad 3. argum. ex prioribus.

Homo quidam erat diues. Est duplex diues, alius est diues corporalis, alius spiritualis. vide sup. Matth. to. 5. c. 18. q. 88. ad 2. argum.

Homo quidam erat diues. Duę sunt conditiones diuitũ, qui dam. n. sperant in pecunijs, constituentes in eis finẽ suũ. Alij non sperant in pecunijs, sed vtuntur eis. primis est impossibile intrare in regnũ Dei. secũdis aũt est difficile est intrare, sed tamen intrare possunt. vide sup. Matt. to. 5. c. 19. q. 169.

Homo quidã erat diues. Diuites difficile effugiunt laqueos diaboli. vide loco proxime cit.

Homo quidam erat diues. Vide multa de diuitijs, & de earum vsu, in communi tabula, verbo Diuitiæ.

Et induebatur purpura. Dicitur purpura genus lini tincti quodam colore, qui rubeus est, sed non totaliter rubeus, sed aliqualiter declinans ad nigredinem, vel albedinẽ, vt super tincturam aliquam leuem, detur fortis tinctura rubea, prior color faciet, istum secundum degenerare à perfecta rubedine, & hoc vocamus purpuram, & potest hoc reperiri in lana, vel in lino. vide sup. Exod. tom. 2. c. 25. q. 5. circa illud: Et purpura.

Et bysso. Byssus vocatur genus lini dilicatissimi, habentis fila tenuissima, quod fiebat in Aegypto. vide loco proxime cit. circa illud: Et byssum.

Et induebatur purpura, & bysso. Vestes, & vsus vestiũ pertinent ad illa, quibus bene, vel male vti possumus, & in talibus est virtus, & vitiũ & sic vsus vestium non est simpliciter illicitus, sed potest esse bonus, vel malus, secundũ quod à ratione dirigitur, & ita erit virtus & vitiũ in eo. vide sup. Matth. to. 3. c. 11. q. 22. vbi multa dicit de hoc.

Et induebatur purpura & bysso. Quõ vsus vestium sit illicitus; Vbi late differitur de vsu vestium preciosarum, & aliarum rerum in Ecclesijs, in comparatione ad subueniendum pauperibus, & quod in vsu immoderato vestium peccatur dupliciter. & quod inordinatio affectus contingit dupliciter, & quõ; & quis ornatus conueniat mulieribus. Demum tres virtutes ponuntur circa ornatum corporis exteriorem. De his omnibus diffuse auctor loco proxime citato q. 23.

Et induebatur purpura, & bysso. An apparatus corporis in in mulieribus, & vestibus, & fucolorum sit peccatum; & in quibus viris quandoque liceat ornatus. & quod in apparatu mulierum ad pulchritudinem ostendendam tria considerantur. vide loco proxime citato q. 24.

Et induebatur purpura, & bysso. De vestibus, & vsu earũ, vide multa in communi tabula, verbo Vestis.

Et epulabatur quotidie splendide. Nullus cibus est illicitus, qualiscunque sit, nec est aliqua distinctio, nisi quantum ad esse salutiferum, vel morbidum, &c. vide auct. super Gen. c. 13. q. 248.

Et epulabatur quotidie splendide. Non est conueniens eadem solicitudo omnibus hominibus circa cibos. quia potentibus, & viris illustribus, per quos administrantur Prouinciæ, licitum est maiorem curam agere de cibis, inquantum interdum per cibos occiduntur, nisi diligẽter caueatur. & ideo oportet aliquos magnam curam agere circa cibos ipsorum, ne prauis hominibus ad nocendum locus sit, &c. vide sup. Matth. to. 3. c. 6. q. 172. circa finem.

Et epulabatur quotidie splendide. Gula quinque modis nocet nobis, vt patet de consecr. dist. 5. cap. Quinque, &c. Primo præueniendo tempus comedendi. Secũdo comedendo plusquam oportet, de quocunque cibo. Tertio quando quis quęrit plures cibos, q̃ expediat. Quarto qñ quis comedit cum magno ardore, & voracitate. Quinto quando quis cum magna sollicitudine parat sibi cibos. Vide super Matth. to. 3. c. 6. q. 172. & sup. Gen. c. 26. q. 7. in principio.

Et epulabatur quotidie splendide. Nõ põt dari certa mẽsura. quoad comedendũ magis, vel minus laute, quia sm conditionem personæ, & status, & consuetudinis, conuenit quibusdam plures, & delicatiores cibos sumere, q̃ alijs, & quod in vno est super abundans in altero est deficiens, vt patet in paupere, & diuite, quia diuites non astringuntur vti cibis grossis, quibus pauperes vtuntur, sed eis licitum est, cibos delicatos manducare; & grossos cibos pauperibus dare, vt ait Aug. dist. 41. c. non cogant. vide sup. Matth. to. 3. c. 6. q. 172. circa finem.

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, &c. De pauperibus. vide multa super Matt. to. 7. c. 25. q. 393. & q. 394.

Vide

Vide etiam in communi tabula, verbo, Pauper, & verbo, Paupertas.

E ne nullo dabat. Vtrum diues teneatur ex præcepto pauperes subleuare, an potius ex consilio; cui debeat diues facere eleemosinam, ex necessitate. De quibus sit facienda eleemosina, & multa alia habes in auctore tom.3.super Matth.cap.6.à q.20.vsque ad 80.inclusiue, & to.7. in Matth.cap.25.q.240.& q.275.& q.541 in fine. & to.5.in Matth.cap.19.q.151.& tom.6.in Matth. cap.23.q.185.& q.179.& q.108.& q.113.

Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. De sinu Abrahæ, qui communiter dicitur lymbus Sanctorum patrũ, qui est quartum receptaculum animarum post mortem in inferno, an iste locus sit iuxta infernũ damnatorum. Aliqui.n. dicebant, quod non est circa infernum damnatorum, & ratio illorum est, quia dixit Christus, Chaos magnum firmatum esse inter sinum Abrahæ, vbi erat Lazarus, & infernum damnatorum, vbi erat diues sepultus, sed tamen dicendum est, quod sinus Abrahæ est iuxta infernum damnatorum, quia omnes quatuor partes infernales sunt intra quandam magnam terræ concauitatem, quæ est circa centrum, & omnes illæ sunt vnus locus p contiguitatem, vel continuitatem. & licet Christus dicat, inter illa duo loca Chaos magnum esse firmatum, hoc non intelligitur de distantia locali, sed de obstaculo prohibente transitum ab vno ad aliud receptaculum. Vide sup Matth.to.7.c.25.q.532.& q.736.

Et portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Locus iste in quo recipiebantur sancti patres post mortem, vocatur sinus Abrahæ, & impositum est sibi tale nomen a Christo, vt patet in hoc Euangelio, in quo locum illum quietis, & Sanctorum nominauit, cum dicat, ab Angelis Lazarum illuc esse deductũ, & ideo istud nomen fuit magnæ auctoritatis, & multum vsitatum à nobis, quia à Christo impositum est vide loco proxime cit.q.737.

In sinum Abrahæ. Cum sinus Abrahæ esset locus Sanctorum, & nullius pœnalitatis, sed quietis, quare erat apud inferos. Videtur enim quod talis locus potius deberet esse in cęlo. Ad hoc respondetur, quod cum locus ille ante Christi aduentum, & mortem haberet aliquid de bono, & aliquid de malo, propter hoc secundum conueniens erat, quod non esset in cęlo, sed apud inferos, erat enim malum, tunc carentia visionis Dei. Erat bonum quies à pęna, & ideo propter quietem à pęna vocabatur sinus Abrahæ: sed quia tunc iusti habebant per accidens malum hoc, s. carentiam visionis Dei, competebat eis locus imperfectionis, scilicet inferorum, vnde propter hoc, locus ille vocabatur lymbus inferorum. Vide multa alia loco cit.q.738.

In sinum Abrahæ. An lymbus paruulorum sit idem, quod sinus Abrahæ, vel lymbus Sanctorum patrum, dicunt aliqui, quod sic, quia pęna debet respondere culpæ, sed pro eadem culpa detinebatur sancti in lymbo, & pueri manent ibi, s. pro culpa originali. ergo eadem pęna debet esse illis, & idem locus pęnæ, sed sanctis dabatur lymbus. ergo, & pueris. sed tamen hoc non obstante tenet auctor partem negatiuam, quam multis rationibus corroborat. Vide loco cit.q.740.

In sinum Abrahæ. Si quæratur pro qua causa erant animæ sanctorum patrum in lymbo. Respondet auctor, quod pro nulla culpa ibi manebant, sed pro sola dilatione redemptionis per mortem Christi. Quomodo autem hoc intelligatur. vide loco cit.q.741.

In sinum Abrahæ. Quo tempore cęperint esse animæ in lymbo sanctorũ, & vsquequo durabit, & an hodie maneant. vide loco cit.q.742.

In sinum Abrahæ. Qui erant illi qui ibant ad lymbum sanctorum, seu ad sinum Abrahæ, & quot modis homines ibant ad istum lymbum. vide loco citat.q 743. & q.744. De hoc vide etiam in 5.parad.cap.128. & cap.129.

Mortuus est autẽ & diues, & sepultus est in inferno, &c. vide auct.in 5.parad.c.105.circa med.

Et sepultus est in inferno. Quid sit infernus. vide apud auctor.sup.Matth.to.7.c.25.q.516.& q.519. & q. 520. & q.525.& q.533.

In inferno. Vtrum locus inferni sit vallatus muris, aut sępe circundatus, & an sint viæ, per quas illuceatur, & virũ portas habeat. vide loco cit.q.521. & sup. Matth.to.4.c.16.q.69.& c.13.q.58.post med.& to.3. cap.7.q.26.circa med.& to.7.c.25.q.522.

Pater Abraham miserere mei. Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, vt refrigeret linguam meam. Ex hoc deducitur, non esse aquam apud Inferos, prout ponunt aliqui, asserentes, esse ibi pęnam, quæ prouenit ex frigiditate aquarum. nam si esset aqua apud inferos, in qua paterentur semper damnati, vel per transitum, aut nunquam sitirent, aut possent inde refrigerari, sed diues petiuit hoc ab Abraham, quasi apud damnatos non inueniretur, ergo non est aqua apud inferos. vide loco proxime cit.q.558.

Quia crucior in hac flamma. An præcipua conditio ignis inferni sit, quod sit perpetuus. vide loco cit. q. 534.

Quia crucior in hac flamma. An ignis inferni sit vnus, vel multi. Vide ibi.q.535.

Quia crucior in hac flamma. An pęna inflicta ab igne sit semper ęqualis. vide ibi q.536.

Quia crucior in hac flamma. An sint aliæ pęnę in inferno damnatorum, præter ignem & quę illæ sint. vide q.543.

Pater Abraham, &c. Quo pôt stare, quod iste diues positus in tormentis, videns Abraham, & Lazarũ, qui erant beati, cum damnati gloriam beatorum non videât? Pôt dici, vno modo, quod hoc sit parabola, & tunc rõ non concludat: 2. dici pôt, qđ fuit ibi speciale. voluit.n. Deus reuelare illud diuiti, ad instructionem nostram, sed cęteros beatos, diues ille non cognoscebat, & ẽt alij dãnati nullum beatum cognoscebant. 3. potest dici, quod inde nihil probatur, quia damnati nullum beatum vidẽt. nam Abraham, & Lazarus non erant beati tunc, quãdo vidit eos diues, quia erant in sinu Abrahæ, qui est apud inferos; & non videbant essentiam Dei, nec viderunt illam, vsque ad descensum ad inferos Christi, ideo non erant beati. si obijciatur, quod erant beati, quia erant in requie, quia dicitur, nunc aũt hic cõsolatur, tu vero cruciaris, & ita beatus erat, quia consolabatur. Rñdetur, q erat consolatio, non tamen beatitudo. nam erat consolatio de bono, quod habebat Lazarus nõ in rẽ, sed in spe. quia aliquando beatificandus erat. ẽt aliqua consolatio erat ibi, quia interdum recipiebant ibi visiones Angelorum bonorum, cum quibus gaudebant, & consociabantur de futuro bono: beatitudo tñ nondum erat, neque fuit, quousque Christus descendit ad inferos. Et potest dici, quod licet diues ille, & alij damnati videant beatos, i. animas beatas, in cælo empyreo, non vident gloriam earum, quia multum differt inter hęc, nam quælibet anima separata cognoscit naturaliter oẽs substãtias separatas, & ideo quælibet anima separata cognoscet aliam animam separatam. quia est substantia separata, & quia animæ Abrahæ, & Lazari erant animæ separatæ, poterat quilibet damnatus cognoscere animam Lazari & Abrahæ: & sic oẽs beatos cognoscent damnati ante diem iudicij. quia sunt substantiæ separatæ, non est tamen necesse, quod cognoscant qũo vocantur illi, quorũ illę animę fuerunt dũ viuerẽt, aut quid egerint. Neque gloriam eorum cognoscerent. quia gloria non est conditio naturalis, neque substantia separata. vide loco cit. q. 626.& q.627.& q.628.

Et mitte Lazarũ &c. An aīę sanctorũ exirẽt, eo tpe, quo in sinu Abrahę erant. vide sup.Matt.to.7.c.25.q.755.

Rogo ergo te pater, vt mittas eũ in domũ patris mei. habeo n. quinque fratres, vt testetur illis, ne, & ipsi veniant in hunc locũ tormentorũ. Dãnati absolute vellent, q oẽs homines dãnarent, & ẽt Angeli, & cognati, & amici, quia tamen sciunt, q nõ oẽs dãnantur, sed aliqui saluantur, vellent potius, q saluarentur sui cognati, vt patet in hoc diuite cupiẽte, ne fratres eius venirẽt in locũ tormẽtorũ ĩ quo erat ipse. vide auc.t.7.su.Mat.c.25.q.563. post me.

Rogo ergo te pater, vt mittas eũ in domũ patris me., &c. & ait illi Abrahã Habent Moysen, & Prophetas, audiant illos. Nõ missus fuit Lazarus ad domũ diuitis ad fratres suos, vt admoneret eos, licet istud de se cõueniens esset, quia ad talia solẽt mitti aīæ ad nos de suis receptaculis;

FERIA SEXTA post secundam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Matth. XXI.

SABBATHO POST II. DOM. Quadrag. Euang. Luc. 15.

Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Filius emancipatus est separatus a patre existens sui iuris: non emancipatus est quædam pars patris. emancipantur autem filij multis modis. vide auct. super Exod. to. 2.c.18.q.7.circa med.

Et ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriose. De luxuria. vide multa in communi tabula, verbo Luxuria.

Et post quam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa.& ipse cæpit egere. Peccator postquam se elongauerit a Deo, penuriam omnis boni incurrit. quia cum Deus sit omne bonum, qui non habet ipsum, nullũ bonum habet:& è contra, qui ipsum habet, omne bonũ habet. Quod autem Deus sit omne bonum, ostendit auctor sup. Matth.tom.5.c.19.q.140.

Et ipse cæpit egere. Omne bonum hominis consistit in adhæsione ad Deum, iuxta illud Psalm. 71. Mihi autem adhærere Deo bonum est,& illud 1.Corin.6 qui adhæret Deo. vnus spiritus est cum eo. Vide auct. sup. Matth. tom.7.c.25.q.99.

Et ipse cæpit egere. Quomodo per peccatum omne bonũ auferatur à peccatore, ita quod non solum incipiat egere, sed semper egeat. vide loco cit.q.158.

Et abyt,& adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illũ in villam suam,&c. De seruitute, quam peccator incurrit per culpam. vide auctorem super Matth. tom.2.c.5. quæst.105.circa fin.

Et abyt,& adhæsit vni ciuium, &c. Quantum sit durum seruire diabolo cum sit princeps peruersitatis huius sæculi, prout incurrit peccator per culpam. vide super Matt. tom.3.c.6.q.180.circa finem. Et super Gene.c.13. q.773. & super Leuit.c.25.q.22.& super Genes.loco cit.q.806. & sup.Matth. to.6.c.24.q.266.

Et misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Idest, vt desideria carnalia, & immunda exerceret, quibus iste prodigus subiacebat. hæc enim est ars diaboli, vt de ijs homines tentet, ad quæ quisque est magis procliuus, vt non solum facilius eos ad peccatum inducat, sed etiam, vt experiatur, ad quod vitium sit quisque magis propensus. vide auct.sup.Matth.tom.1.cap.4.q.63.& q.57.& q.68.& q.72.& q.76.

In se autem reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam,& ibo ad patrem meum,& dicam ei: pater peccaui in cælum, & coram te. Circa hoc vide multa de pęnitentia in communi tabula, verbo Pęnitentia.

Pater peccaui in cælum,& coram te. Circa hoc vide multa de Confessione in communi tabula, verbo Confessio.

Pater peccaui in cælum & coram te. Idest peccaui contra cęlum, idest contra Deum. vide sup. Matth. tom.5.c.18. q.84.circa med.

Iam non sum dignus vocari filius tuus. Humilitas est summe necessaria in principio omnium bonorum. vide super Matth.tom.3.c.11.q.66. Multa alia de humilitate. vide in communi tabula, verbo Humilitas.

Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater suus,& misericordia motus est. Misereri est proprium Dei. Vide auct.tom.7.super Matth.cap.25.q.636. post med.

Et misericordia motus est,&c. Vtrum re vera sit remissio peccatorum. vide in prima parte Defens. cap. secundo, per totum.

Fili tu semper mecum es,& omnia mea tua sunt, epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat,& inuentus est. Quasi dicat, ego magis diligo te, q̃ illũ, quia oĩa bona mea tua sunt, & non illius,& m̃ non habeo aliquã causã spiritualiter, & nouiter, nunc gaudendi tecũ, quia tu semper manes mecũ, & nunquã te perdidi, sed de fratre tuo oportuit me nũc nouiter gaudere,& epulari, quia mortuus erat, & reuixit, perierat,& inuẽtus est, i. habebã eum tanquã mortuũ, qm non credebam, me amplius visurum,& nũc inueni eum. vide sup.Matth.to.5.c.18.q.75.

Quia frater tuus hic mortuus erat,& reuixit. Triplex est mors, s. corporalis, spiritualis,& ęterna. Peccator a Deo recedens, mortẽ incurrit nõ corporalẽ, sed spiritualem. vide auct.sup.Deut.c.24.q.5.circa princ.

DOMINICA TERTIA Quadragesimæ.

Euang. Lucæ X I.

ERat Iesus eijciens demonium,& illud erat mutum. Nõ est intelligendum, quod Demon possit esse mutus, quãuis verba textus hoc sonare videantur, quia mutus est, cui potestas loquendi deficit, quæ naturaliter inesse debebat: demoni autem cum sit purus spiritus, non competit posse loqui, & consequenter nec mutum esse. quia loqui solum est habentis organa vocalia,& hoc est animal, demon autem organa non habet quia incorporeus est. Sed potest dici demon mutus dupliciter, vno modo, quia hominem mutum efficit, vt si demon postquam cęperit hominem possidere, teneat organa vocalia, ita vt homo nihil loquatur, vsquequo demon desinit illũ possidere. 2. modo dicitur demon mutus, qui per arreptitiũ nihil loquitur. licet eum loqui non prohibeat, & iste est proprior modus. solent enim demones cogere arreptitios ad loquendum. aliud, cum eos arripiunt, quod non est ab ipsis, sed a demonibus, vt quia loquuntur aliqua secreta, & ardua, qui autem non cogit arreptitium ad loquendum, vocatur demon mutus. Hic tamen necesse erat, quod nõ solum esset demon mutus, sed etiam quod homo possessus ab eo mutus esset. sed potest dici, quod iste homo esset alias mutus, vel demon fecisset eum mutum, quod dupliciter accipitur, vno modo facere mutũ est corrumpere organũ vocale, ita vt etiam post eiectionem demonis nõ posset loqui arreptitius, alio modo, q demon non corrumpens organum impediret semper locutionem, quandiu hominem possidebat. Vtroque modo dici posset, quod demon faceret hominem mutum. vide plura sup.Matth.to.4.c.12.q.51.

Erat Iesus eijciens demonium,&c. Vtrum conueniens fuerit, quod circa demones Christus miracula faceret. Vide auct.sup.Matth.to.3.c.8.q.123.

Erat Iesus eijciens demonium,&c. Quare demones eijcere differat ab alijs miraculis,& in quibus differat. vide auctor.super Matth.to.3.c.10.q.56.

Erat Iesus eijciens demonium, &c. Vtrum conueniens fuerit, Christo cõcedere potestatem Apostolis,& discipulis suis nõ absolutam, sed limitatam ad eijciendum demones de corporibus obsessis. Vide loco cit.q.60.

Erat Iesus eijciens demonium.&c. Quare Apostoli, & discipuli Christi cum demones eijcerent dicebant: Præcipio tibi in nomine Iesu, vt exeas de homine isto,& amplius nõ introeas, fuit, ne hoc eis a Christo Domino impositum, nec ne? vide sup.Matth. to.4.c.17. q.153.

Erat Iesus eijciens demonium,&c. Quõ discipuli Christi.& cæteri exorcistæ eijciant demones à corporibus, num virtute hominis, an potius virtute Dei,& Christi eius. vide in 4.parad.c.37.& sup.1.Reg.to.2.c.16.q.41. in fine. & sup.Matth.to.3.c.7.q.33.

Erat Iesus eijciens demonium,&c. Quare Deus permittat, homines torqueri a demonibus. vide super Matth.to.3. c.8.q.122.per totam.

Erat Iesus eijciens demonium.&c. Vtrum hoc, quod est a demonibus tentari,& torqueri homines, ac etiam Apostoli Christi, pertineat ad ordinem diuinæ prouidentiæ. vide loco cit.c.10.q.60.& to.7.sup.Matth.c.25.q.748.

Erat Iesus eijciens demonium,&c. Qua de causa demon habet inimicitiam cum hominibus, ita vt semper ipsos persequatur,& cupiat occidere,& si non facit, hoc est, quia a Deo non permittitur. Vide auct.sup.Gen.c.13. q.450. & sup.Matth.to.3.c.8.q.120.& to.4. c.15. q.66. & to.1. c.4.q.42.& to.4 c.12 q.61.& q.97.& t.3.c.8.q.108.in fi.

Erat Iesus eijciens demonium,&c. De modo quo demones in homines seuiunt. vide sup.Matth.to.4. ca.17. q. 172. & to.1.c.4.q.69.& to.6.c.24.q.140. circa finem, & tom.1. c.4.q.66.& to.7.c.25.q.692.

Erat Iesus eijciens demonium,&c. Quare demones desiderant intrare in homines, maximè, quia proprius locus

Cum fortis armatus, &c. Vult ostendere Christus, quod ipse non eijcit demones in potestate alicuius demonis, sed quod est fortior illis omnibus, quia eijcit eos. nam nemo potest diripere spolia viri fortis, nisi quousque vicerit eum, & alligauerit, & facit argumentum, cuius solum maiorem ponit, scilicet: Nemo potest fortis spolia tollere, nisi quousque alliget eum, sed ego aufero spolia Diaboli, ergo iam alligaui eũ, sic dicit Theophylus. Fortis est demon. vasa eius sunt homines, in quibus recipitur, nisi ergo quis vincat prius demonem, & alliget, quomodo vasa eius, idest demoniacos ob eo eripiet? Sic ego, qui deripio vasa eius, idest libero homines à demoniaca passione, prius alligo demones, & supero eos, quomodo ergo dicitis, quod amicus demonum existẽs, demonia eijcio? vide loco citato in expositione textus, & q.66. vbi largius hæc explicat.

Qui non est mecum aduersum me est qui non colligit mecũ dispergit. &c. Hæc est quarta ratio ad probãdum, quod Christus non agit in virtute demonis, & est sensus, quod quomodocũque aliquis agit in virtute alicuius, oportet quod sit similitudo aliqua inter illos, maximè quando vtrumque est agens per rationem, quia nollet vnũ concordare alteri, nisi sit inter eos similitudo aliqua, & tamen inter Christum, & demonẽ similitudo nulla erat, sed potius dissimilitudo, eo quod Christus subtrahebat homines demoni. nam demon homines ad malum inducit, Christus vero a vitiis retrahebat, ideo nõ agebat in virtute demonis, & sic dicitur, *Qui non est mecum*, idest concordando mecum in verbo, & facto. & voluntate, *Contra me est*, idest aduersarius meus: & ita est de demone, quia non concordat mihi in factis, & multo minus in voluntate faciendi, quia & si interdum bonum agat, vel agi suadeat, semper tamen propter malum finem agit, ideo agere non possum in virtute illius; sequitur. *Et qui non colligit mecum dispergit, &c.* idest ego venio ad congregandum homines in vnitatem fidei, in vnitatem morum, per vnitatem legis, vt per hæc congregentur homines in vnam veram beatitudinem, si quis autem est qui opere, & voluntate inquantum potest nõ conatur ad hoc, spargit, seu dispergit, idest, diuidit ea quæ coniungenda erant, & contra me est. Non ergo concordabat Christus demoni, adhoc quod verisimile esset. posse agere in virtute illius. vide auctorem loco citato in expositione textus.

Qui non est mecum, aduersum est, &c. Circa istam quartam rationem quæritur, quomodo concludat, & potest dupliciter intelligi, vno modo quod non sit ratio distincta à præcedenti, sed sit conclusio contra Phariseos, eo quod ipsi impugnabant Christum, & sensus est. quod qui non est mecum contra me est, idest qui non concordat mecum contra me est, &c. Aliter potest accipi, quod ista sit quarta ratio per se, sic placet Carysostomo, & Hieronymo. Alij dicunt, quod intelligitur de Hereticis, & scismaticis, qui dispergunt Ecclesiam, quam Christus congregauit, scindendo eam per varios errores, sed melius intelligitur sicut dictum est supra, vt vult Hieronymus, maximè, quia non conueniret præcedentibus, si dicatur, quod Christus hic loquatur de hæreticis. vide auctorem ibidem. q.67. vbi etiam soluitur dubitatio super hæc Christi verba, qui ait. *Qui non est mecum contra me est.* Sed Lucæ cap. 9. dicitur, qui non est contra me pro nobis est. vide ibi.

Reuertar in domum meam vnde exiui. Et hoc patet, quod diabolus redit ad illum, à quo superatus est, vel de cuius domo exclusus est. vide super Matth tom. 1. cap. 4. q. 69. circa medium, vbi inquirit auctor, an si demones tentãtes superantur, cessent à tentatione, vel adhuc tentent.

Beatus venter qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. Propria benedictio omnib. in Christo aduenit, sed omnes, a quibus aliquo modo Christus venit, fuerunt nobis causa huius tantæ benedictionis, & isto modo loquendi vtimur communiter, vt patet hic, & licet beata Virgo in se benedicta esset, quia virtutibus plena, tamen vbera eius beata non erant, nec venter, nisi secundum communicationem, & approximationem, quam habebant ad Christum, scilicet, quia venter portauit eum, & vbera lactauerunt eum. Vide plura super Genes. capit. 28. quæstionem primam.

FERIA SECVNDA post tertiam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Lucæ IIII.

QVanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Cum Christus Iesus in hunc mundum venerit præcipuè propter salutem Iudæorum. vt ipse attestatus est. dicens Chananeæ. *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.* Quare prima, & præcipua miracula, & primas prædicationes in prouincia Galilçæ in Metropolitana ciuitate, quæ erat Capharnaum operatus est? & probatur hoc esse verum. nam D. Matth. in toto suo libro à primo cap. vsque ad cap. 19. nihil scribit, quod in Iudæa factum fuerit, nisi Christi Natiuitatem, & Magorum adorationem, quæ fuerunt in Bethlehem, vt patet cap. 2. & quod aliquo tempore stetit Christus in Iudæa, scilicet quando venit ad Pascha celebrandum, & mansit ibi aliquandiu, sed non prædicabat publicè, neque baptizabat quenquam, sed discipuli eius baptizabant multos, vt dicit Ioan. 2. 3. & 4. cap. & tunc facta est æmulatio Pharisæorum contra Christum, & ipse cedens illis recessit de Iudæa, & venit in Galileã, Ioan. 4. & ibi facta est tota eius prædicatio, & miracula multa operatus est. Si autem quæratur quare Christus, tam longo tempore in Galilæa moratus est, & tam breui tempore mansit in Iudæa, Respondet auctor, quod omnia ab eo ordinatissimè facta sunt. voluit enim mori determinato tempore, & prædicare certo tempore, & quia si cępisset prędicare in Iudæa, & ibi perseuerasset, legisperiti, & Phariçi, qui erant in Ierusalem cępissent illum statim persequi, & non posset tanto tempore prędicare, nisi se diuinitus conseruaret, quod facere non intendebat, voluit prædicare in Galilæa, in qua securus erat, quia ibi nemo eum persequebatur, & inde perueniret fama sua in Ierusalem, interim autem se auferet ab æmulis. A principio ergo in Galiçæ prædicauit propter rationem tactam, & ibi longo tempore mansit. Vide auctorem super Matth. tomo quinto, cap. 19. quæstione tertia.

Quanta audiuimus facta, &c. Quare prophetæ Dei potius faciebant virtutes inter extraneos quam inter suos. vide auctor. super 3. Reg. cap. 17. q. 23. & super Matth. tom. 4. c. 15. q. 62.

Quanta audiuimus facta, &c. Christus plura miracula facturus erat in patria sua, scilicet Nazareth, quam in alijs locis, nisi propter eorum culpam, quia non solum non laudabant Deum de miraculis, quæ per Christum fiebant, sed etiam scandalizabantur ex eis Matth. 6. scilicet, *Et multi audientes admirabantur in doctrina eius dicẽtes: Vnde huic hæc omnia, & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonne iste est fabri filius, & Maria.* & sequitur, *Et scandalizabantur in eo.* Idest ex operibus eius, & dicitur ibi. Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & hoc erat in Nazareth, vt patet eodem ca. & sic Christus alibi faciebat plura miracula, non quasi hoc volens, sed quia cũ patriotæ sui demerebantur, fieri miracula apud eos. Vide auctorem super Matth. tomo primo, cap. quarto, quæst. 86.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum, &c. Quemadmodum Christus voluit prędicationem suã incipere in Galilęa, eo quod illa erat terra natalis, & voluit Christus illis prius benefacere, quam alijs, nã prius proprios beneficiare, & docere, & deinde ad alios amicitiã spargere debemus, quare nõ fecit similiter de miraculis, vt plura fecerit ibi, quã in Capharnaum? Respondetur, quod secus est de prædicatione, quã de miraculis. quia

prædicatio est magis necessaria secundum essentiam, miracula autem non sunt nisi ad confirmandam prædicationem. In eo ergo quod erat magis necessarium prouidit Christus potius compatriotis suis, quam alijs, miracula autem eius, quia forte à compatriotis minus venerarentur quam ab alijs, quia acciperent illa ad curiositatem, & non ad confirmationem verbi, debuerant magis fieri apud alias vrbes, quam in patria. Vide ibi.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum, &c. Miracula, quæ fecit Christus in Capharnaum fuerunt, sanare leprosum. Matth. 8. Sanare seruum Centurionis languentem, eodem cap. & Luc. 7. Sanauit etiam habentem spiritum immundum in Synagoga Marc. 1. & Luc. 4. & socrum Simonis febricitantem. Matth. 4. & Marc. 1. & Luc. 4. & paralyticum, Matth. 9. & Marc. 2. & mulierem fluentem sanguine, & suscitauit filiam Archisynagogi, Matth. 9. ibi etiam sanauit semel omnes languentes varijs languoribus, quotquot erant in vrbe, Matth. 8. & Marc. 1. & Luc. 4. vide auctorem super Matth. tom. 3. c. 11. q. 50.

In Capharnaum. Capharnaum est ciuitas, quæ fuit quondam gloriosa, nunc autem est valde vilis, vix habens octo domos pauperum piscatorum. Vide super Matth. tom. 1. cap. 4. quæstionem 77. circa illud: & relicta ciuitate Nazareth, &c.

Fac & hic in patria tua. Quamuis Christus natus fuerit in Bethlehem, & non in Nazareth, tamen nunquam in tota scriptura vocatur Bethlehemites, vel de Bethlehem, vocatur autem semper de Nazareth. & illa dicitur esse patria eius. Hoc autem à quibusdam per errorem fiebat, ab alijs vero prudenter, nam populares, & cæteri Iudæi vocabant Iesum Nazarenum, vel Galilæum, quod idem est, eo quod putabant eum natum in Nazareth, & propter hanc opinionẽ de Christo, magna erat difficultas ad credendum eum esse Messiam, quia de Messia credebant, quod nasciturus erat de Bethlehem, de Iesu autem putabant, quod natus esset in Nazareth. Illi autem qui sciebant veritatem Natiuitatis Christi, scilicet, quod esset natus in Bethlehem, vocabant eum de Nazareth, non quasi innuere vellent eum ibi natum, sed educatũ, & accipit quis nomen ab eo loco, in quo diuturnam moram contrahit, quia videtur ei esse patria, ita cum Christus semper mansisset in Nazareth, videbatur ei esse patria. & sic vocabatur patria eius, licet ibi non fuisset natus, vnde & ipsi Nazareni vocabant Nazareth patriam Iesu, dicentes, *Fac, & hic in patria tua.* vide auctorem super Matth. tom. 5. c. 21. q. 55.

Amẽ dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Dicitur, hoc tam de propheta, quam de quocunque sapiente, vel excellente in aliqua probitate, propter quã mereatur honorem, quia vbicunque sit extra patriam suam, quia est ignotus, nõ consideratur in cognatio, sed probitas, quæ eum clarum reddit, in patria autem sua consideratur cognatio, & fortè illa minor est quam probitas, ideo non honorãt eum propter probitatem, sed contemnunt propter cognationem. Vide super Matth. tomo quarto, cap. tertiodecimo, post quæstionem 77. circa illud. Non est propheta sine honore nisi in patria sua.

Nemo propheta acceptus est in patria sua. In nullo loco propheta habet minorem honorem, quam in patria sua, quod patuit in Christo, qui erat caput prophetarum, & etiam in alijs prophetis, Nam Esaias, & Ieremias, & cæteri Prophetæ apud exteras nationes fuerunt in magno honore, Iudæi autem persequebantur eos. Ieremiam quidem Iudæi lapidauerunt in Aegypto, sed Aegyptij eum in magno honore post mortem tenuerunt, & Alexander ossa eius in Alexandriam transtulit, idem in cæteris prophetis actum est. De Christo autem manifestè hoc fuit, quia qui magis extranei erant eum venerabantur, nam viuentem Iudæi illum persequebantur, exteri autem venerabantur, sicut rex Abogarus, qui ciuitatem regni sui ei tradebat, illum quasi simul regem constituẽs secum, vt patet in ecclesiastica historia, nunc autẽ post eius mortem, & resurrectionem mundus eum colit, Iudæi autem illum oderunt, sic & intra terram Iudæorum illum magis honorabant, qui magis distabant à regione eius, nam in Capharnaum honorabatur, & in Nazareth de qua erat oriundus, non honorabatur. Vide auctorem super Matth. tom. quarto, cap. tertiodecimo, quæstio. 88.

Nemo propheta acceptus est in patria sua. Ratio quare propheta, vel quilibet habens probitatem aliquam, est minoris honoris in patria sua, quam alibi, est primo, quia cognoscitur conditio generis, & contingit homines humili genere de plebe natos magis clarere probitatibus, extra autem patriam eorum, vbi cognatio eorum ignota est, sola probitas cognoscitur, & virtus quæ videtur, compatriotæ autem humilitatem generis contemplantes, virtutis magnitudinem non attendunt, sicut in Christo Nazareni non attendebant magnifica quæ agebat, sed quod filius fabri esset, vt credebatur; secundo fit, quia compatriotæ agnouerunt hominem in tenera ætate, puerum quidem nullius adhuc virtutis, nec honoris, quando eis minor merito, & dignitate erat, ideo talem eum semper considerare volebant, & sic contemnunt; exteri autem, qui virum primo agnoscebant, talem eum venerantur, qualem primo agnouerunt, sic dicit Hieronymus. Ciues non considerant præsentia viri opera, sed fragilis recordantur infantiæ, quasi non ipsi per eosdem ætatum gradus ad maturam ætatem venerint; tertio fit ex inuidia, quia inuidus non honorat, sed denigrat, & detrahit, & tamen potius ciues ciuibus inuident, quam extraneis, sic dicit Hierony. propemodum enim naturale est semper ciues ciuibus inuidere, inuidia autem est tristitia de aliena excellentia, vt est proprij boni diminutiua, bonum autem absentium non diminuit bona nostra, quia non confertur eis, ideo non inuidemus eis, bona autem præsentium conferuntur bonis nostris, & ex comparatione excellentiæ eorum ostenditur paruum esse bonum nostrum, & hoc est illud diminui, & ob hoc illi qui sunt eiusdem artis, vel officij, mutuo se inuident, qui vero diuersorum, non inuident, 8. Ethic. vide loco citato.

In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, &c. Innuit p hæc Christus illos fuisse indignos, cum prophetæ mitterẽtur ad benefaciendum extraneis, & non ipsis. Vide super Matth. tom. 4. cap. 12. q. 89. circa finem, & c. 15. q. 62. circa princ.

Multæ viduæ erant, &c. Ad quid præcipue missus fuerit Elias ad mulierem viduam, an vt pasceretur ab ea, an potius, vt pasceret eam, vel alia de causa. vide auct. sup. 3. Reg. c. 17. q. 24.

Cum facta esset fames magna in omni terra. Accipitur omnis terra, pro tota terra illa, in qua erat Christus, scilicet in omnibus partibus terræ Israel, & in aliquibus locis conuinctis. si obijciatur, in sarepta sidoniorum erat fames, & tamen non erat de terra Israel; Respondetur, quod sarepta erat in terra Israel, licet non possideretur ab Israelitis, sed à sidonijs. Aliter respondetur, quod ista siccitas venit naturaliter, ex habitudine corporum cælestium, ideo non solum euenit super terram Israel, sed etiam aliqua loca coniuncta tetigit, sed pauca erant, & principalius fuit in terra Israel. Vide loco citato quæstio. 9

Et multi leprosi erant in Israel, sub Eliseo propheta. Vide de hoc auctorem super 4. Reg. c. 5. q. 7. & super 2. Paral. c. 15. q. 20.

Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Christus declinans modo persecutionem Nazarenorum, transiuit per medium illorum, & descendit in Capharnaũ, nam sicut ipse dixerat discipulis, quod cum persequerẽtur eos in vna ciuitate, fugerent ad aliam, Matth. decimo, ita ipse fecit, cum nondum esset tempus opportunum passionis suæ. Vide super Matth. tomo primo, cap. 4. quæst. 88.

INDEX.

FERIA TERTIA post tertiam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Matth. XVIII.

FERIA QVARTA post tertiam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Matth. XV.

FERIA QVINTA post tertiam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Luca IIII.

co cit. ante quæst.41. circa illud: videt socrum eius iacentem.

Tenebatur magis febribus, & rogauerunt illum pro ea, & stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Si quæratur, an fuit miraculum hoc, quod nunc Socrus Petri à febribus curata sit à Christo Domino, num febris curatio non excedit vires naturę sicut miraculum, nam febres naturaliter siue per seipsas, siue arte medicorum curantur. Respondetur, quod fuit miraculum, licet non ex parte operationis, tamen ex parte modi operandi. Vide loco cit. q.44.

Et stans super illam &c. Vbi D. Matthæus dicit, & tetigit manum eius D. Lucas ait, & stans super illam, imperauit febri, & non dixit. quod tetigit eam, vt innuat, quod nihil aliud fuit tangere, manum eius, nisi imperare febri, vt recederet. Nō autem tetigit manum eius Christus, ad videndum morbum suum, sicut medici faciunt, quia hoc pertinet ad nescientes, & scire volentes: Christus autem sciebat, quid & quantum ista mulier pateretur, ideo non erat opus, vt per tactum agnosceret; etiam quia sic tangere medicorum est: Christus autem non erat medicus, sed Dominus, qui poterat infirmitatibus imperare. Vel potest dici, quod Christus tetigit manum eius ad ostendendum, quod per virtutē suam sanabatur ægritudo, & non opere naturali, sic etiam fuit de leproso, quem tetigit, & curata est lepra, eius, Matth.8. nā per hoc manifestè ostēdebatur quod non curabatur per se ægritudo, nec etiam curabat eam alius, sed ipse. Tertio potest dici quod tetigit eam ad eleuandum ipsam, quasi nihil esset, ac si diceret. Ne iaceas, surge, quia nihil est, sic dicitur Mar.1. & accedēs eleuauit eam apprehensa manu eius, & cōtinuo dimisit eam febris. vide ibi, q 45.

Et stans super illam, &c. Quando ægrotamus debemus inuocare diuinum auxilium, & quamuis ope medicorum possit naturaliter salus recuperari, sicut naturaliter perditur, tamen magis debemus existimare, quod salus nobis eueniat Dei voluntate, quam medicorum ope, & potius confidendum est de illius misericordia, quam de naturæ efficacia, vide auctorē super secūdum Paralip. cap.16. circa textum, ante quæst.27. & q. 36. & super Matth. tom.4. cap.17. q.110. ante medium, & ca. 12. q.58. circa finem.

Et stans super illam &c. Quomodo visitandi sint infirmi, vide super Matth. tom.7. cap.25. q.377.

Et stans super illam, &c. Cum Christus tribuerit quam plurimis sanitatē, & passim morbos à corporibus expelleret, nunquid ipse Christus aliquādo fuit infirmus, ita vt esset necessarium, quod virtutem sanandi quam habebat. & circa alios exercebat, in seipso quoque vteretur? Respondetur ad hoc, nunquam Christum fuisse infirmum. pro quo vide auctorē super Matth. tom. 7. cap.25. q.383.

Cum autem Sol occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum, at ille singulis manus imponens curabat eos. Si quæratur de tempore horum miraculorum, vtrum facta sint immediatè post sanationē socrus Petri, an mediatè, facta videlicet aliqua mutatione ordinis, respondetur, quod est ordo continuatus, vt dicit Aug. lib. de concord. Euangel. per hoc quod dicit, cum Sol occidisset, ad eiusdem diei tempus hoc pertinere satis iudicatur, &c. vide super Matth. tom.3. cap.8. q.46.

Cum Sol occidisset omnes qui habebāt infirmos varijs languoribus ducebant illos ad Iesum. Si quæratur, an hoc intelligatur de eodem die, vel de diuersis diebus, ita quod haberent in consuetudinem adducendi ei ad Solis occasum ægros, Respondet auctor, quod vtrumque dici potest, sed primum verius est, vt inquit D. Aug. & efficacius, vt inquit Theophilus, vide loco citato q.47. per totam.

Curabat, &c. Si quęratur quomodo Christus curauit istos ęgros, an verbo, vel tactu, vel quomodo, & quare Christus solo verbo eijciebat spiritus, languores verò tāgendo curabat. Ad primum respondet auctor, quod vtrūque potest affirmari, & verbo, & manu separatim, & etiam coniunctim. Vel melius, respondetur distinguendo. nam omnes illi, qui malè habebant erant duplicis generis, quidam enim erant arreptitij, & alij erāt ęgri. arreptitios solo verbo sanabat. ægros autem manuum impositione. Et hoc videtur esse verius, & magis consonans literæ. Ad secundum dubium respondet, quod causa fuit conditio ipsius rei, nam ægritudo est in corpore. & interdum est vel apparet in superficie corporis, sunt est lepra, & febris. Tangebat ergo Christus tūc ægros, quia videbatur tangere corporaliter ipsam ægritudinem, & realiter illum manibus suis expellere, ad ostendendum dignitatem naturæ suæ humanæ, quæ erat quasi organum Deitatis, vt dicit Damascenus, & Cirillus. In arreptitijs autem nullum malum est, nisi quod Dæmon eos exagitat, vt dicitur 1. Reg. 16 spiritus Domini malus exagitat te. & quia Dæmon est spiritus, & non potest tangi, ideo non videbatur conueniens signum curationis, tangere arreptitium. nā Dæmon cum sit spiritus, & substantia spiritualis, & intelligens, conuenienter per sermonem fugatur, vide ibi. q.48. per totam.

Curabat eos. An Christus nunc sanauerit omnes malè habentes ad se adductos, vel solum aliquos eorū, & quomodo fides operabatur in eis, vide ibi. q.49.

At ille singulis manus imponens. Cum manus sit organum organorum secundum Aristotelem 2. de Anima. vt dicit auctor super 4. Reg. cap.17. q.7. circa medium, & organum generale, vt dicitur super primū Paralip. cap.4. circa textum ante quęstionem octauā, imo inter omnia organa manus teneat principiatum, vt exponitur super Exod. parte 1. cap.9. in fine, omnia quæ facimus, dicimur facere per manus. ideo manus significat potentiam operandi, & in Deo quia est potentia infinita, dicitur manus valida, vt exponitur super exod. ca 3. in fine quæstionis octauæ, & talis erat manus, idest potentia Christi valida, & ideo dicitur, quod singulis manus imponens sanabat eos.

At ille singulis, &c. Quare Christus fecerit ista miracula, non explicat D. Lucas, sed tamen D. Matth. cap.8. dicit, quod hoc fuit, vt adimpleretur, quod dictū est per Isaiam Prophetam cap. 53. dicentem, ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. circa quod si quæratur, quomodo D. Matth. allegauit hic istam auctoritatem Isaiæ, cum non videatur esse ad propositum, nam in ea agitur de passione Christi, per quam peccata nostra abstulit, & non de sanitate corporalium ægritudinum, vide super Matth. tom.3. capit.8. q.51. si autem quæratur, quare D. Matth. allegauit hāc auctoritatem Esaiæ, cæteri autem Euangelistæ illā tacuerunt, vide q.50. Si quęratur an fuit verum, quod dicit hic D. Matth. quod Christus acceperit omnes infirmitates nostras in suo corpore, vide q.52.

Exibant autem Dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu es filius Dei. Videtur ex hoc posse deduci, quod Dęmones cognoscerent Christum. quod etiam confirmatur, quia præcesserant in Christo aliqua signa sensibilia, quæ Dęmones non ignorarent, & illa ostendebant, Iesum esse filium Dei, patet in cōceptione Christi, quando locutus est Gabriel Mariæ, quod conciperet de Spiritu Sancto, & quod ille esset filium Dei. Luc.1. & illa apparitio, & verba fuerunt realiter, quæ Dæmones cognoscere poterunt, quia res gestas norunt, & illarum non obliuiscuntur. Viderunt etiam, quod fuerat Christus conceptus sine semine, & de adoratione magorum, & ortu Stellæ, quæ ostendebant Christum, esse Deum: & quod maius est, quia quando Christus Baptizatus est, descendit Spiritus sanctus super eum in columbæ specie, & vox patris audita est, scilicet, hic est filius meus, &c. quod manifestè declarabat Christū esse filium Dei. ergo cognoscebant Dæmones Christum esse filium Dei. sed tamen dicendum est, quod verè Dæmones ignorabant Iesum esse filium Dei. sed de hoc aliquo modo dubitabant. quia habebant aliqua motiua ad hoc. Et cum obijcitur, quod per prædicta poterant Dæmones cognoscere clarè Christum esse filium Dei, respondetur, quod non cognoscebant: hoc autē poterat

fieri

fieri dupliciter, vno modo, quod Deus faceret, quod Dæmonib. non constaret de istis rebus factis, licèt multis hominibus constaret, quia facile erat Deo facere, quod Dæmones ignorarent, quidquid ipse veller, nam cum Deus sit causa vniuersalis, necesse est, quod concurrat ad omnem actum, cum in quolibet actu sit virtus eius, & efficacia maior, quam cuiuslibet agenns particularis illius effectus. Si ergo sit aliquis actus, ad quē Deus concurrere nolit vt causa, necesse est quod ille actus nusquam fiat, nec fieri posset, si ergo Deus nollet concurrere cum Dęmonibus ad cognoscendū ista, quæ fiebant circa Christum, impossibile erat. quod ipsi illa cognoscerent, etiam si totus mundus illa videret. Alio modo fieri poterat, turbando intellectum eorum, vel quodammodo obscurando, scillcet quod quanquam constaret, ista fuisse, non tamen permitteret eis arguere quid sequeretur ex illis, vel faciendo, quod errarent in argnendo, quia etiam necesse erat, quod non benè arguerent si Deus ad istam rectitudinem actus cum eis non concurreret. Et hoc modo cognoscebāt Dęmones de Christo solum, quantum ipse volebat, quod ipsi cognoscerent, & in cæteris impediebat eos: & sic non est admirādum, quod Dęmones ignorauerint multa, quæ cæteris hominibus de Christo nota erant. Causa autem huius erat, quia si Dęmonibus permitteretur cognoscere veritatem de Christo, ipsi impediuissent passionem eius, & totam viam redemptionis nostræ, faciēdo quod Iudæi non occiderent Christum. Vide plura apud auctorem super Matth. tom. 1. cap. 4. q. 22. & tom. 3. cap. 8. q. 106. & 107.

Exibant autem Dæmonia à multis, clamantia &c. Interdum permittebat Christus, Dęmones loqui de potestate eius, vt patet Matth. 8. & Marc. 5. & Luc. 8. interdum autem negabat, vt patet in præsenti. hoc autem fuit vtile, & necessarium propter multa, vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 8. q. 123.

Clamantia & dicentia, &c. Quomodo Dęmones loqui possint, cum non habeant corpora organizata, & quæ sint signa vera ad cognoscendum, quando Dæmones loquuntur in corporibus existentes, vide loco citato q. 114.

Facta autem die egressus ibat in desertum locum. Christus iuit in desertum locum post perpetrata miracula multis de causis, vide super Matth. tom. 1. cap. 4. q. 5.

Facta autem die egressus ibat in desertum locum. Præbet in hoc exemplum prædicatoribus Christus, quod non debent esse semper cum turba, nec semper ab illa sequestrari, vide super Matth. tom. 3. cap. 8. q. 55. & tom. 4. c. 14. q. 50. & q. 141.

Quia & alijs Ciuitatibus oportet me euangelizare regnū Dei. Euangelizare, & annunciare idem sunt, quid autem sit euangelizare regnum Dei, vide super Matth. tom. 1. cap. 4. q. 117. & 118.

Quia & alijs ciuitatibus, &c. Vtrū prædicatores debeāt semper manere in eadem ciuitate, vel loco ad prædicandum, vide loco cit. q. 114. & q. 115.

Euangelizare regnum Dei. Quare Christus euangelizauit semper pęnitentiam, & appropinquationem regni Cęlorum vsque ad mortem suam, vide ibi, q. 94.

Et erat prædicans in Synagogis Galileæ. Quare Christus in Synagogis prædicabat, cum esset de tribu Iuda, & nō Sacerdos. ad hoc autem, quod quis prędicaret in veteri testamento duo requirebantur, primum, quod haberet scientiam ad docendum, secundo quod acciperet potestatem ab eo, qui præerat synagogæ, in qua fiebat prædicatio, vt dicit auctor super Matth. tom. 6. cap. 23. q. 14. licet autem concedi possit, quod Christus haberet primum requisitum, secundum tamen minimè habebat, quare ergo prædicabat in synagogis Iudæorum? Respōdetur, quod Christus prædicabat propter multa. primo propter cōsuetudinem Iudæorum, nam in synagogis prædicationem audire solebāt, secundo, quia synagoga erat locus publicus, cum omnes Iudęi conuenirēt illuc ad orandum, & audiēdum doctrinam legis, sicut nunc fit in ecclesia, tertio ad confirmationem doctrinæ suæ, quia ipse erat Messias in scriptura promissus, & quia in synagoga legebatur quolibet sabbatho lectio de scriptura scilicet de libris Moysi, & Prophetarum. ideo &c. quarto fuit ad tollendum locum suspitionis, vide fusius super Matth. tom. 3. cap. 9. q. 156. & super 2. Paralip. cap. 15. q. 4. & super Matth. tom. 5. c. 21. q. 144.

Et erat prædicans in Synagogis Galileæ. Christus non est vsus hoc modo prædicandi, quo nos vtimur, s. quod sumpto themate ad propositum eius omnia, persequamur, nam etiam apud antiquos doctores sacræ scripturæ non fuit iste modus, sed vtebantur oratione soluta, s. dicentes quidquid vellent, siue per modum expositionis, siue in homilijs, siue per modum orationis, sicut patet in sermonibus Sanctorum. si tamen Christus vsus fuisset modo prædicandi per thematis sumptionem, nemo fuisset de antiquis patribus, qui illum modum non tenuisset, vt Christum, inquantum poterant, imitarentur. sed non tenuit Christus illum modum, imo non cōueniebat ei, quia oportebat illum plura dicere, cū esset legislator nouiter introducens, quæ inter se non tantū conuenirent, quod possent ad vnum proximum thema reduci, ideo magis prædicabat per modum exhortationis, & interdum per modum narrationis, annunciando diuersa, & præcepta ponendo, sic etiam Apostoli prædicabant, vt plurimum enarrando, vel gestas Christi, &c. Vide auctorem super Matth. tomo primo, cap. 4. q. 95.

Et erat prædicans in Synagogis Galileæ. Quare Christus non solum inchoauit prædicationem suam in Galilæa, sed sępius ibidem prædicabat. vide super Matth. tomo primo, cap. quarto, circa textum, ante quæstionem nonagesimam sextam.

FERIA SEXTA post tertiam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Ioan. IV.

VEnit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar. Non fuit illa ciuitas Samaria sic dicta, quæ ædificata fuit in monte Somer, quæ postea dicta est Sebaste, & deinde à Cæsare Augusto Cæsarea, in qua quidem ciuitate quæsiuit Christus à discipulis Matth. 16. quem dicunt homines esse filium hominis, & in ea sepultum fuit corpus B. Ioannis Baptistæ, inter Elisæum, & Abdiā Prophetam, sed postea combustum est corpus D. Ioannis Baptistæ à Iuliano apostata, præter caput, & præter digitum quo Christum demonstrauit. vide auctorem, super Genes. cap. decimo, q. 3. & q. 7. quæ quidem ciuitas ædificata fuit ab Amri rege Israel, vt patet 3. Reg. cap. 16. & probat auctor ibid. quia hic accipitur Samaria non, vt significat ciuitatem illam, sed prouinciam, vt clare dicit D. Ioan. in principio huius historiæ, vbi dicitur, quod oportebat Christum transire per Samariam, & transiuit per vnam de ciuitatibus illius prouincię, nomine Sichar, sed fuit illa ciuitas, quæ erat sita cōtra partem Orientalem terræ promissionis, apud montem Hebal, & Garizim, per quam partem intrauerunt Israelitæ in terram promissionis venientes de Aegypto, & nunc dicitur Neapolis, idest noua ciuitas, ad quam ossa Ioseph translata sunt de Aegypto, & vbi Emor filius Regis oppressit Dinam, & distat decem leucis ab Ierusalē, & ibi iuxta fontem Sichem fabricauit Ieroboam duos vitulos aureos, quos adorari fecit ab Israel. vide sup. Genes. c. 12. q. 23. in fine. & c. 10. post quæst. septimam, circa illud: Samaręorum.

Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, &c. Non erat illicitum intrare in ciuitates gentilium, & Samaritanorum, sed solum manducare cum eis, & habere communionem in doctrina. Vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 10. q. 47.

Iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Verum specialis illa traditio, qua Iacob tradidit Sichem Ioseph

filio

ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in Cœlum, tu illic es; si descendero ad infernum ades, si sump. pen. me. dilu. & habitu. in extre. ma. etenim illuc ma. tu. dedu. me. Vbiq; ergo ad Deum orari potest, quia vbique est, & exaudire potest; loca etiam nihil conferũt ad hoc quod oratio nostra exaudiatur, quia ex sola Dei bonitate prouenit ꝙ petitiones nostras exaudiat, quia etiam si iusta petierimus, non obligatur nobis illa dare, quia Deus ad nihil tenetur. Quanquam ergo Deus det ex sola bonitate, & liberalitate, voluntatem tamen Dei nulla virtus corporalis cogere potest, nec inclinare ideo loca nihil conferunt, secundum se ad hoc, quod orationes nostrę exaudiantur, etiam nihil cooferunt loca ad disponendum animum nostrum directè vt melius oret, quia loca, & corpora nõ communicant cum ratione nostra quæ est pure incorporea, ideo non possunt eam disponere ad orandum, maximè quia virtus quæ disponit mentem ad orandum, diuina est, quia Deus qui orantes exauditoraturos concitat ad petendum. Non est ergo aliquid in loco, propter quod debent specialiter locus eligi ad orandum in ipso. Vide auctorem super Matth. to. 3. cap. 6. q. 90.

Quia Ierosolimis est locus vbi adorare oportet. Duplex est oratio, quædam est oratio necessaria, sicut est oratio ministrorum ecclesiæ. Alia est oratio spõtanea, sicut oratio priuatorum. De prima dicendum, quod sicut requiritur eam esse in publico, vt communitati pro qua fit innotescat, ita debet esse in loco determinato, quia alias non posset benè innotescere, si liceret ministris pro suo libito orationis locũ mutare, & esset aliquid valdè inordinatũ, & ob hoc Deus approbauit, immo ipse instituit iubens fieri sibi Sanctuarium, Exod. 25. & 26. & postea factum est templum Salomonis à Deo iubente, ad quod totus Israel concurrebat 3. Reg. 8. cap. & 2. Paralip. 6. ca. & in isto loco manebãt ministri, laudes diuinas semper decantando. Sic etiam in nouo testamento ecclesiæ sunt institutæ in quibus ministri diuinis laudibus, & orationibus vacaot. De oratione autem priuatorum, dicendũ est, quod sicut non obligaotur orare in publico, vel in secreto determinatè, ita nec obligantur in loco aliquo determinato orare, sed possunt orare in domibus intra cubiculum, vt Christus dixit, vel vbicunque voluerint. fuit tamen pro orationibus priuatis etiam conueniens locũ instituere. quia licet non teneantur priuati ibi orare, est conueniens ibi orare, potiusquam alibi, vel saltem potest ad aliquid prodesse. & ideo non solum ministri ecclesiæ, sed etiam Laici ad orãdum in ecclesia conueniũt. Sic ostendit Apostolus 1. Cor. 14. dans modum quo viri quando conueniunt in ecclesia orare debeant, quod nõ se impediant mutuo, & istum modum Christus approbauit, nam in veteri testamento præter sanctuariũ Domini quod erat vnicum in tota terra Iudæorum, in singulis locis erant synagogæ, in quibus Iudæi conueniebãt ad orandum, & ad doctrinam legis, Christus autem omnibus diebus Sabbathi ibat ad synagogã, sic dicitur Luc. 4. quod cum esset Christus in Nazareth, vbi erat nutritus intrauit secundum consuetudinem suam die Sabbathi in synagogam, & sic innuit, quod etiã omnes fideles diebus festis in ecclesiam conuenire debeãt ad orandũ, quia non sine causa illud fuit de Christo expressum. sunt etiam aliquæ causæ propter quas etiam Laicis conueniat esse locum determinatum ad orandum. De his omnibus vide loco proximè citato.

Mulier crede mihi quia venit hora quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis patrem. Non indicauit per hac Christus quod tempore noui testamẽti nõ deberet esse aliquis locus determinatus ad orandum, quasi hoc esset spiritualiter orare, sed inouit quod adueniente nouo testamento cessare debebat ritus Iudaicus quantum ad omnes cæremonias, & quia erat quædam cæremonia Iudæis orare in Ierusalem, & facere ibi sacrificia, ita quod non liceret alibi sacrificia fieri, Deut. 12. & 16. Samaritanis autem erat cæremonia orare, & facere sacrificia in templo constructo in mõte Garizim ostendit Christus quod vtrumque cessare debebat & apparet manifestè, quod Christus non loquebatur hic de loco, vel oratione, sed potius de ritu sacrificiorum, quia Christus respondet hic ad quæstionem Samaritanæ scilicet an esset ad orandum Ierosolymis, vel in monte illo, idest in templo Garizim, & tamen nõ erat dubium inter Iudæos, & Samaritanos de loco orationis, quia Iudęi concedebant orationis locum esse vbique, & in omnibus ciuitatibus, & locis synagogas habebant, locus autem sacrificiorum erat vnicus, scilicet templum Domini in Ierusalem, Samaritani autem habebant aliud templum in monte Garizim quod per dissensionem quandam Iudæorum factum est, & in illo faciebãt sacrificia, & omnes ritus quos Iudæi faciebant Ierosolymis, & sic erat contentio inter Iudæos, & Samaritanos, asserentibus Iudæis debere fieri ritus istos solum in Ierusalem, Samaritanis autem asserentibus debere fieri in templo montis Garizim, & de hoc voluit hæc mulier certificari à Christo, quia agnouit eum esse prophetam, & tunc Christus dixit, quod veniebat hora in qua nec in Ierusalem, nec in monte illo adoraretur, scilicet, quia adueniente nouo testamento cessarẽt omnes ritus cęremoniales sacrificiorum, & ita factum est, quia in nullo loco nunc exhibentur tales cęremoniæ. De oratione autem Christus nihil dixit, ideo illa vbique manet, & propheta hoc significauit annuncians cessatura sacrificia Iudæorum, & quod in omni loco offerrentur alia sacrificia, & orationes ab aliis gentibus. Malach. 1. Non est mihi voluntas in vobis dixit Dominus, & munus nõ suscipiam de manu vestra, ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda. Vide auct. loco cit. circa fin. quæst.

Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Accipitur pater hic non personaliter, sed essentialiter, & sic tota Trinitas vocatur pater. nam oratio, & adoratio fit ad Deũ, non sub ratione personæ, sed sub ratione attributorum essentialium. vel aliter potest dici, quod accipitur pater personaliter pro sola persona patris: non tamen innuitur, quod solus pater sit adorandus, sed quia etiam, & quæ sunt essentialia, sunt in aliis personis quasi deriuata a patre: cum aliæ duæ à patre procedant, & per illam processionem generationis, & spirationis, accipiunt totum, quicquid habent, & ideo fit quædam reductio ab aliis personis in patrem, vt dicit Hilarius. & propter hoc etiam pater dicitur principium totius Deitatis, &c. Vide auctorem super Matth. to. 3. c. 6. q. 88. circa finem, ad 1. argum.

Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Fide, & spe colitur Deus, secundum August. in Enchirid. sed adhuc honor Dei non est completus donec extra, ad maiorem extensionem laudum Dei cultus eius manifestetur, vt omnia quæ in nobis sunt suo deseruiant creatori, &c. Vide auctorem sup. Genes. cap. 15. circa illud: Sume inquit, mihi vaccam.

Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, &c. Adoratio secundum se est quidam cultus quem anima deuota Deo exhibet in seipsa per fidem, & charitatem, & sic dicitur hic, *Spiritus est Deus, & eos qui eum adorant oportet in spiritu adorare.* Adoratio autem prout apparet in signo exteriori dicitur quidam situs, vel depressio partium corporis, curuando corpus, & extendendo manus in signũ interioris adorationis, sic enim ait Apostolus ad Timo. 2. cap. 2. Tendẽtes puras manus ad Deum sine crimine, si autem ista corporis habitudo non correspondeat interiori motui affectionis in Deum, non est adoratio, sed vera irrisio. Vide auctorem super Exod. c. 12. post q. 49. circa illud: Et adorauit.

Spiritus est Deus. & eos, qui adorant eum in spiritu, & veritate oportet adorare. Quoniam Deus spiritus est, cultus qui ei debetur in spiritu consistit, sicut dicitur hic. Consistit igitur cultus Dei principaliter in opere interiori animæ nostrę, ea autem quæ exterius fiunt ad cultum Dei minime pertinet, nisi secundum quod ab interioribus viribus ordinantur. Cum tamen nos à Deo cuncta recepimus, ei cuncta debemus, & quia non solum vires nostræ sunt spirituales, scilicet intellectus. & voluntas, sed etiam quædam aliæ vires corporales executiuæ subordinatæ

ordinatæ viribus rationalibus. ideo non solum cultum interiorem, qui in viribus rationalibus consistit, Deo reddere debemus, sed etiam cultum in viribus exterioribus. Si igitur Deo in solo cultu interiori seruiremus, non ex omnibus viribus eum coleremus, sed solum ex rationalibus, quod erat principaliter colere, ideo ad perfectum cultum Dei faciendum oportet vires rationales præcedere, atque dirigere, vires autem executiuas corporales subsequi, & exequi, & ob hoc non solum à natura, secundum principia rationis practicæ obligabamur, vt Deum in actu solum interiori coleremus, sed etiam, vt aliqua obsequia exteriora præstaremus, & sicut erat peccatum, Deum in actu interiori non colere, ita, & peccatum erat ei aliquas exteriores cæremonias non exhibere, & sicut cultus interior in affectu cordis est de iure naturali. (quod à legistis ius gentium appellatur, eo, quod soli homines eo vtantur, vt habetur ff. de Iustitia, & iur. l. 1.) ita, & cultus Dei actu exteriori, de iure naturali est, (& ab ipsis de iure gentium esse dicitur, vt habetur. ff. de iust. & iure, in l. Veluti,) sed determinatio ad cæremonias exteriores, scilicet quas cæremonias Deo impendere debeamus non erat à natura diffinitum, sed hoc humana iura, & diuina distinxerunt. vide auctorem super Leut. c. 1. q. 11.

Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Nunc cultum interiorem, qui est cultus latriæ consistens in actu interiori, scilicet in spe, fide, & charitate, omnes gentes tenentur impendere Deo naturaliter. præter istum cultum interiorem non obligantur ad alium cultum exteriorem determinatè; quia natura non determinat aliquid alterius, nec laudes nec sacrificia, nec adorationes caput inclinando, aut genuflectendo, & sic de cæteris. vide auctorem super Deuteron. c. 26. q. 5. circa principium.

Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Verus honor, quem homo Deo exhibet est in anima, sicut dicit hic Christus; *Et eos, qui eum adorant, oportet in spiritu adorare.* Ista autem adoratio, vel honor est per fidem, spem, & charitatem, quia Apostolus iubet semper in nobis manere, vt Deo simus accepti, 1. Corinth. 13. scilicet. Manent autem in nobis spes, fides, & Charitas, istæ enim tres sunt, per quas propriè Deus honoratur; Honor autem, qui est in corpore, directè ad Deum non pertinet. Quia tamen Deus non solum condidit animam nostram, sed etiam corpus, dignum est, vt etiam corporaliter ipsum honoremus. Non sunt autem naturaliter determinatæ aliquæ cæremoniæ, per quas honor videatur impendi, quod patet, quia quædam gentes vtuntur quibusdā cæremonijs, & aliæ alijs, & aliquando id, quod apud vnam gentem reputatur exhibitiuum honoris, apud alium iudicatur irrogatiuum contumeliæ. Cum igitur istæ cæremoniæ sint constitutæ ad placitum, ideo ad hoc, quod aliquis videatur alteri honorem impendere, oportet, vt tali cæremonia vtatur, qualis in terra illa ad honorem impendendum frequentatur. Sic ergo Deus voluit, vt cum nos vellemus ei impendere honorem, per illas cæremonias impendamus, quæ in regionibus nostris vsitatę sunt. Et quia Dominis temporalibus maior honor impenditur, & per cęremonias magis significatiuas honoris, vult Deus, vt taliter eum honoremus qualiter Dominos tēporales honoramus, & illud, quod non reputaretur ad honorem ad hoībus temporalibus, non impendamus Deo. patet Malach. 1. cum increpat sacerdotes offerentes animalia claudа, & languida, qualia non acceptarent Domini temporales. Sicut igitur apud Dominos temporales ad exhibendum reuerentiam non semper facimus easdem cæremonias, sed aliquando eis assurgimus, & aliquando genua flectimus, & aliquando capita inclinamus, & nudamus, ita, & Deo fieri debet, impendendo aliquando vnam cæremoniam, aliquando aliam. Vide auctorem in præfatione super Matth. quæstio. 33. circa principium.

Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Modus noster colendi Deum conuenientior est, quam modus Iudæorum, quia sicut dicit hic Christus, *Deus spiritus est, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare.* Idest non colere principaliter per cæremonias corporales, per quas cum nihil conuenimus sed in spiritu, idest per opera spiritualia, quia in hoc Deo similamur. Vnde rectè Deum colimus, per fidem, spem, & Charitatem, vt dicit Aug. in Enchiridiam. Vide auctorem super Matth. tom. 2. c. 5. q. 99. circa medium.

Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Quia Deus purus spiritus est, sufficiebat, cultum eius fieri spiritualiter, etiam in veteri testamento, & non in aliquibus exterioribus administrationibus, sed in solis virtutibus animæ. ob hoc autem non erat necessaria aliqua mactatio pecorum, & crematio eorum, & tanta multitudo, sacrificiorum. Nam quotidie sacrificabant, & in festiuitatibus fiebant maiora, & accumulata, de quibus patet Num. 28. & q. 29. Deus tamen dare diuersa genera sacrificiorum, & occupationem magnam in illis, & expensas, vt abstraheret Iudæos ab Idolis; Nā Iudæi ante hac assueti erāt colere idola, sicut gentiles, gentiles autem offerebant Dijs suis sacrificia animalium, ideo Iudæi secundū antiquam consuetudinem adhuc offerrebāt animalia Dæmonibus. Vt ergo Deus abstraheret eos à cultu idolorum, voluit, quod illa sacrificia, quæ Dæmonibus oblaturi erant, offerrent sibi, & non peccarent. Et sic hæc, ista sacrificia secundum se nullius vtilitatis forent, sed magis videantur fætida, & immunda, scilicet cremare carnes animalium, & offundere sanguinem apud altare, & per parietes altaris, & quod deterius erat, cremare omnes. adipes coram Domino, & cum ista tam fætida essent, Dominus tamen dicebat, quod odor adipis combusti erat sibi suauissimus. Leuit. 3. & quod omnes adipes cremarentur coram Domino. & quod nemo comederet adipem, sed cremarent in altari. Leuit. 3. & 7. hoc tamen Deus dicebat, vt non videretur Iudæis, quod Deus abominaretur sacrificia eorum, sed magis, quod honorabat ea, & per hoc induceret eos ad sibi soli sacrificandum. Ad veritatem tamen, non erant ista sacrificia munda, vt Malachias Propheta innuit, loquens Iudæis de vocatione gentium, scilicet. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, magnum nomen meum in gentibus, ab ortu solis vsque ad occasum in omni loco offertur mihi sacrificiū mundum, scilicet panis, & vinum. vocando ergo sacrificium istud mundum, quod gentes oblaturæ erant, innuebat, quod sacrificia, quæ Iudæi offerebant non erant munda. Malach. 2. cap. Alia causa istorum sacrificiorū erat, quod Iudæi erant nimis grossi, & carnales circa cognitionem Dei, & cum Deus vellet, quod colerent eum, & tamen ipsi non possent eum purè spiritualiter colere, sicut colendus erat, quia ipsi erant carnales, oportuit, quod daret eis aliquem modum grossum, & carnalem, in quo eum colerēt, & illud fuit colere eum in diuersis generibus sacrificiorum. Vide auctorem in secunda parte defensorij, c. 47.

Dicit ei mulier, scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus. Dicit ei Iesus, ego sum, qui loquor tecum. Vide pro hac auctoritate super Matth. tom. 4. cap. 16 quæst. 94. Vide etiam super tertium Prolog. D. Hier. in Matth. q. 4. circa medium. & super Matth. tom. 2. capit. 5. q. q. 96. circa medium.

Reliquit ergo hydriam suam mulier. Quid sit relinquere hydriam ad fontem, quia non solum fecit hoc mulier hæc Samaritana, sed etiam Rebecca, quādo occurrit ei seruus ille fidelis Abrahæ. vide auctorē super Gen. c. 2.

Et abijt in Ciuitatem, & dixit eis. Venite & videte hominem, qui &c. Si quæratur mulieri conueniat prædicare, & docere. Respondetur negatiuè, & hoc propter multa, primo, quia ad hoc requiritur magnus intellectus, seu intelligentia, quæ naturaliter in muliere parua sunt, vt dicit auctor super Genes. cap. 13. quæstio. 374. secundo, quia mulier facile potest errare loquendo, &c prædicando publicè, & hoc dupliciter, vel loquendo rem factam, vel propter dissensionem suscitando clamores

mores magnos, quia naturaliter clamare solent, & in verbis impatientes esse, vt docet auctor ibid. & propter hoc lex humana vetuit, quod mulieres agerent causas iudicialiter, quia importunæ sunt, & clamosæ, quod apparuit in Calphurnia, quę huic edicto dedit causam. Vide auctorem ibidem.

Interea rogabant eum discipuli, &c. Per discipulos Christi absolutè loquendo intelligũtur illi septuagintaduo qui semper dicuntur discipuli, & non habent aliud nomen, tamen interdum vocantur etiam Apostoli discipuli Domini, vt inquit auctor super Matth. tom. 5. cap. 18. q. 4. sed isti discipuli, qui erant Apostoli, excedebant alios discipulos in moltis, vt docet auctor super Matth. tom. 6. cap. 23. q. 244. Hic autem vniuersaliter sumitur, scilicet pro duodecim, & pro 72.

Rabbi manduca. Si quæratur, quos cibos parauerunt discipuli Christi ad manducandum; Respondetur primo, quod non solum vita ipsius Christi; sed etiam discipulorum eius erat parca in cibis, vt refert auctor super Matth. tom. 4. Secundo respõdetur, quod discipuli Christi in via non solum panes soliti erant portare, sed etiã aliqua pulmenta. Vide auctorem super Matth. tom. 4. cap. 16. q. 16. Tertio respondetur, quod Christus, & discipuli eius vescebantur piscibus, vt communiter propter multa. Vide auctorem ibidem. quæstione octuagesimaquinta.

Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. Quæritur de voluntate Dei patris, de qua voluntate intendit Christus, cum insinuare videatur volũtatem patris esse homines saluare, de voluntate antecedenti, vel consequenti, de voluntate signi, vel beneplaciti, & respondetur, quod de volũtate antecedenti, & signi, quæ non semper impletur, & est voluntas Dei absoluta de bono, nõ respiciedendo specialiter ad aliquem finem, neque ad aliquam causam meriti, vel demeriti, &c. vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 6. quæst. 109. & cap. 9. quæst. 145. & tom. 6. cap. 23. quęst. 272. & super Exod. parte secunda, cap. 32. ante quæstionem decimãseptimam.

Messis venit, &c. Si quæratur, vtrum prædicatores fuerint magis necessarij apud Israelitas, quam nunc in Ecclesia Christi; Respondetur, quod licet prædicatores sint valde vtiles in Ecclesia Christi, vt dicit auctor super secundum Paralip. cap. decimoseptimo, quæstione quartadecima, tamen erant magis necessarij apud Israelitas, eo quod tunc erat vnicum templum in toto Israel, &c. Vide auctorem super primum Paralip. cap. vigesimosexto, quæst. quadragesimasexta. si autem quæratur, quare prædicatores veteris testamenti dicebantur Prophetæ, & à Christo Domino in nouo vocantur operarij, vel messores, seu seminatores. Ad primum respõdet auctor super quartum Reg. cap. 3. quæst. decima. Ad secundum vero, super Matth. tom. 3. cap. 10. in principio textus.

Ego misi, vos metere, &c. Si quæratur, vtrum sicut Sacerdoti magno in veteri lege conueniebat constituere prædicatores, ita ex Christo in nouo testamento conueniens fuerit mittere prædicatores euangelicos, & qui sunt illi, quos mittit Christus, & qui non. vide auctorem super Matth. tomo tertio, cap. decimo, quæst. nona. Alia multa de prædicatoribus, Vide in communi tabula, Verbo Prædicare, & Prædicatio, & Prædicator.

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum. Prædicatores non debent cessare à prædicatione, etiam si videant, quod verba sua non recipiantur ab omnibus, si tamen ab aliquibus recipiantur. vide auctorem super Matth. tomo quarto, cap. tertiodecimo, quæstio. trigesimaseptima. nam Christus, qui fuit summus prædicator vix quartam partem eorum, quibus prædicabat, conuertit, & hic in textu dicitur, quod non omnes, sed multi crediderunt in eum. Vide auctorem ibidem.

SABBATO POST Tertiam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Ioan. VIII.

PErrexit Iesus in montem Oliueti. De isto monte Oliueti. Vide Dominica in ramis palmarum, super illa verba. Ad montem Oliueti.

Et diluculo iterum venit in templum. Templum accipitur aliquando pro quibusdam partibus, & aliquando pro aliis, & ad quosdam eorum Christo licebat intrare, ad quos licebat intrare omnibus laicis mundis, & quosdam licebat solis Leuitis, & Sacerdotibus introire, & ad quosdam solis sacerdotibus, Christus verò non ingrediebatur, nisi ad loca templi; ad quæ mere laici ingrediebantur, quia ipse non erat Sacerdos; neque Leuita, cum esset de tribu Iuda, de qua nemo vnquam fuit minister templi, vel tabernaculi. Vide super Matth. to. 5. c. 21. q. 62.

Et diluculo iterum venit in templum. Templum dupliciter sumitur, vno modo strictè, scilicet pro domo illa, quæ erat clausa parietibus, & operta tecto, in qua soli Sacerdotes intrabant, alio modo large pro toto spatio sacro clauso intra murum. Vide auctorem super Matt. tom. 6. cap. 23. quæst. 261. & in isto templo prædicabat Christus. Erat autem sic dispositum, quod erat quædã domus clausa parietibus, & tecto celsa nimis, & ista vocabatur templum, in quod non intrabant nisi Sacerdotes ad ponendum thura quotidie mane, & vespere in altari thimiamatum, & ad lucernas componendas, & semel in anno summus Sacerdos in Sancta Sanctorum. Exterius erat quidam murus lapideus altus, habẽs portas ex quatuor ventis, & erat ad modum fortalitij, & intra istum murum, erat altare holocaustorum, in quo cremabantur omnia sacrificia, & propter hoc non potuit esse sub tecto aliquo, propter magnitudinem ignis & fumi, & sic non erat in domo illa, quæ vocabatur templum, sed foris, intra murum tamen dictum, & erat directè contra portam templi, quæ erat vnica ad partem Orientalem Templi, licet murus exterior, vt dictum est, habebat quatuor portas. Intra istum murum intrabat totus populus Iudæorum ad orandum, & audiendum doctrinam legis, & ibi Christus sæpè prædicauit.

Et diluculo iterum venit in templum. Christus de sero ibat ad montem Oliueti in domo Marthæ, & de mane redibat ad templum prædicaturus, & miracula facturus. sed quando erat facturus misericordiam peccatori, valde mane descendebat de monte ad templum. Deus enim pronior est ad miserendum, quam ad puniendũ, vt dicit auctor super Matth. tomo septimo, cap. 25. quęstio. 635. circa finem, & tomo quarto, cap. quartodecimo, q. 57.

Et omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Vide feria tertia post quartam Dominicam, super illa verba, & docebat.

Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, &c. Adulterium simplex vocatur peccatum, sed non scelus. Vide auctorem super Leuit. cap. vigesimo, q. 5. circa illud: Quia luxus operati sunt. Alia plura de adulterio. vide in communi tabula, verb. Adulter, & verbo Adulterium.

Magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio, &c. Consuetum erat Iudæis sæpe sæpius proponere Christo argumenta, quæ putabant esse comuta, & ex vtroque parte concludentia, vt patet Matth. duodecimo, cum dixerunt. Si licet Sabbatho curare, & Matth. vigesimosecundo. Si licet censum dari Cæsari, & in præsenti Euangelio de hac muliere deprehensa in adulterio. Et hoc faciebant, vt aliquando possent eum conuincere. Putauerunt autem, quod in hac quæstione sufficienter eũ caperent, quia si Christus eã dimit-

dimittebat, arguebant ipsum, tanquam violatorem legis, si autem non dimitteret, tanquam crudelem, & immisericordem. Ita dicit Hieronymus, & Beda, scilicet. Interrogant vtrum liceat lapidare, vel liberare, vt si non lapidaret, transgressionis eum accusent, & si non liberaret crudelitatis, aut imbecillitatis apud populos simplices eum declarent. Sic enim sępè faciebant inimici eius, putantes concludere cõtra eum quicquid ipsis responderet; sed Christus omnia in nihilum redigebat, vt patet in locis supracitatis, & optimè ostendit auctor super Matth. tomo quarto, cap. duodecimo, q. 33. in fine, & hoc clare dicit D. Ioan. in textu, scilicet. *Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent eum accusare.*

Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi, &c. Cum tres essent sectæ Iudæorum tentantes Christum, scilicet Pharisæorum, Scribarum, & Hesenorum, quare non fit mentio in Euangelio, nisi de duobus primis. vide auctorem super Matth. tom. 6. cap. 23. q. 123.

In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Non reperitur aliquis locus in omnibus libris Moysi, in quo videatur mulieres adulteras lapidari, & viros, sed habetur solum implicitè. Leuitic. cap. 20. vide ibi, quæst. 3. circa illud: Morte moriantur, Mechas, & adultera.

Iesus autem inclinãs se deorsum digito scribebat in terra. Christus vario modo respondebat quęstionibus sibi prępositis. Vide auctorem super Matth. tom. 6. cap. 22. q. 94. & tom. 5. c. 19. q. 16. & tom. 6. cap. vigesimosecundo, q. 263.

Digito scribebat in terra. Christus scribebat in terra non vt taceretur, & occultaret peccatum adulteræ, vel eius liberationem, nunquam enim Christus fecit, aut dixit aliquid eo animo, vt semper taceretur. Vide auctorem super Matth. tom. 4. c. 17. q. 103.

Digito scribebat in terra. Christus nihil scripsit præter scripturam hanc quam fecit in terra, & præter epistolã, quam scripsit ad Abagarum regem, sic tradit historia Ecclesiastica. Vide auctorem super Matth. tom. 1. in prę fatione q. 26.

Digito scribebat in terra. Antiqua consuetudo fuit scribere in tabulis ceratis. Vide auctorem super 4. Reg. ca. 21. q. 14. circa med.

Qui sine peccato est vestrum, primus in illã lapidẽ mittat. Quasi diceret Christus, si esset hæc mulier lapidanda, propter adulterium, non tamen a vobis, qui peccatores estis, sicut, & ipsa. munda enim debet esse manus, quæ sordes tergere debet aliorum, vt inquit D. Gregorius. Vide auctorem super Matth. tomo 4. cap. quintodecimo, q. 16.

Qui si e peccato est vestrum, &c. Si quæratur num Christus peccauerit contra legem Moysi, præcipuè contra præceptum de adulteris, non sententiando mulierem adulteram, vt lapidaretur, respondet auctor, quod Christus in tota vita sua seruauit legem Moysi, ne Iudæis præberet causam iusti scandali, quamuis non eam prædicaret, sed in isto casu, tanquam pater misericordiarum, & legislator dispensauit. Vide super Matth. to. tertio, cap. nono, quæst. 157. & super Genes. capit. 38. quæst. 5.

Mulier vbi sunt, qui te accusabant? Si quæratur, cuius officium sit accusare, bonorum videlicet, an malorum, respondetur, quod accusare vtina officium est bonorum, & si hoc faciant mali, vt in hoc Euangelio, alienas partes agunt. Vide auctorem super Matth. tom. 5. cap. 18. q. 89.

Vbi sunt, qui te accusabant? Si quæratur quare Christus istos accusatores deficientes in probatione circa adulteram, non condemnauit, cum secundum legem diuinã, & humanam, huiusmodi condemnari debeant, vt patet Deut. 22. cap. de illo, qui accusauit vxorem suam dicens. Non inueni eam virginem. vide auctorem super Num. par. 1. c. 5. q. 20.

Mulier, vbi sunt, qui te accusabant, &c. Si nullus accusaret adulteram, dato quod notum esset Iudici per notorietatem facti aliquam adulteratam, Iudex non poterat eam condemnare, sic patet in præsenti Euangelio vbi præsentata est Christo, hæc mulier capta in fornicatione, & accusabatur coram eo, & cum accusatores insisterent, ipse condemnabat eam indirectè, dicens. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidẽ mittat.* Postea autem illis recedentibus, & per hoc desistentibus ob accusatione, Christus eam nõ condemnauit, sed potius absoluit, dicens: Mulier vbi sunt, qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit. Nemo Domine. Tunc Christus dixit. Nec ego te condemnabo. Quasi dicat. Si continuassent in accusatione, tui aduersarij, oportuisset te condemnari, quia tamen ipsi destiterunt, nec ego debeo contra te procedere, & tamen ibi erat peccatũ notum Christo, non vt Deo, sed vt Iudici, quia dixit mulieri, Vade, & amplius noli peccare. Etiam, quia prius dixerat. Qui sine peccato est vestrũ, primus lapidem mittat in eam, & tamen istam condemnationem iudicialiter non tulisset, nisi constitisset euidenter per confessionem mulieris, vel per testes adulteriũ perpetratum. vide auct. sup. Iudic. c. 19. q. 6.

Vade, & amplius iam noli peccare. Vtrum Christus sine satisfactione remitteret peccata, respondet auctor affirmatiuè, & ideo per hoc sufficienter probauit se esse Deum, ostendendo se habere potestatem remittendi peccata, licet noluerit vti hoc medio, sed medijs miraculis. Vide auctorem super Matth. tom. 3. c. 9. q. 11. & q. 19. & seq.

Vade, & amplius iam noli peccare. Vtrum Christus, vt homo habuerit non solum potestatem remittendi peccata, sed etiam potuerit sacramenta instituere, per quæ remitterentur nostra peccata, quod pertinet ad superabũdantem, & superefluentem gratiam eius. Respondet auctor affirmatiuè. immo dicit, quod in Christo est clauis, idest spiritualis potestas ad recipiendum dignos, aperiendo eis vitam æternam, & excludendum indignos, sed ista clauis non est sacramentalis, sed maior clauis, quæ dicitur clauis excellentiæ, de qua Apocalip. 3. habet clauem Dauid, quæ aperit, & nemo claudit, &c. Vide auct. sup Matth. to. 4. c. 16. q. 73.

DOMINICA QVARTA Quadragesimæ.

Euang. Ioan. VI.

A*Bijt Iesus trans mare Galileæ, quod est Tyberiadis.* Quomodo stare potest hoc, nam videtur discrepantia inter Euangelistas, siquidem D. Matth. c. 14. & D. Marcus c. 6. dicunt, quod ille locus erat citra mare Galileæ, & D. Ioan. hic dicit trans mare Galileæ, quod est Tyberiadis. Vide auct. super Matth. to. 4. c. 14. q. 71.

Abijt Iesus trans mare Galileæ, quod est Tyberiadis. Mare Galileæ, siue Tyberiadis est quidam magnus lacus in Galilea, habens in longitudine 100. stadia, & in latitudine 40. & per medium eius transit Iordanis fluuius, & ab ipso illa multitudo aquarum causatur, vt dicit D. Hieronym. & docet auctor super Matth. to. 4. cap. 4. q. 85. Vel secundum aliquos hoc mare Tyberiadis durat fere per quinque leucas, & habet diuersa nomina. Aliquando enim vocatur mare Genesareth, à nomine cuiusdam ciuitatis sic dictæ, quæ postea Tyberias dicta est. Aliquando dicitur mare Genesareth à natura ipsius laci, qui crispantibus vndis auram sibi excitare perhibetur Græco vocabulo, quasi generans sibi auras. Aliquando mare Galileæ, & Aliquando Tyberiadis. Pro quo vide auctorem super Num. cap. 34. quæst. quarta, & super Matth. tom. 4. cap. 14. q. 195. & super Matthæum tom. 3. cap. 8. quæst. 93. & iterum tom. 4. super Matth. cap. 14. quæst. 75. vbi habes descriptionem huius maris.

Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbãt signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Hæc erat potissima causa, quare turba copiosa sequebatur Christum

vbique,

vbique, quia videlicet conferebat ægris sanitatem. vide auct. super Matth. tom. 4. cap. 14. q. 198. & cap. 15. quæstio. 89.

Et sequebatur eum multitudo magna, &c. Postquam Christus cępit agnosci in terra Iudæorum, semper sequebantur eum turbæ multæ, quia, tam propter nouam doctrinam, quam propter miracula, & maxime super languentes, omnes desiderabant eum sequi. Vide loco proxime citato.

Quia videbant signa, quæ faciebat super ijs, qui infirmabantur. Multi sequebantur Christum, ex curiositate rerum nouarum, omnes enim homines sunt curiosi, & desiderant valde scire, vel videre res nouas erant, autem illa, quæ Christus dicebat, & faciebat, stupenda, quæ à sæculis, nec fuerant visa, nec audita, ideo plurimi concurrebant solum. vt viderent, quid Christus faciebat, & quid dicebat, etiam si non intenderent consequi inde aliam vtilitatem, & sic faciebant isti. nam dicitur, quod sequebatur eum, vt viderent signa, quæ faciebat super iis, qui infirmabantur, hoc autem erat curiositas, idest cura sciendi rem, non ad finem vtilitatis, sicut dicitur de Athenien. Actu. 17. scilicet, Athenien. omnes aduenæ, & hospites ad nihil aliud vacabant, nisi aut discere, aut audire aliquid noui, & quia Christus faciebat noua, & insolita, ideo sequebantur eum plurimi, propter istā solam curiositatem. Vide auctorem super Matth. tomo 3. c. 8. q. 2.

Quia videbant signa, quæ faciebant, &c. Septem, vel octo causæ erant, quare aliqui Christum sequebantur. Vide auctorem super Matth. tom. 1. cap. 4. quæst. vltima. Vide etiam super Matth. tom. 5. cap. 20. q. 103. & tom. 1. c. 4. quæst. 126.

Et sequebatur eum multitudo magna. Quæ turbæ fuerunt istæ quæ secutæ sunt Christum. vide auctorem sup. Matth. tomo quarto, cap. quartodecimo, quæstione quinquagesimaprima.

Et sequebatur eum multitudo magna. Quare pauci diuites sequebantur Christum, pauperes autem multi. Vide auctorem super Matth. tom. 4. c. 14. q. 52. & tom. 5. c. 19. q. 146. circa medium.

Et sequebatur eum multitudo magna. Quomodo ista turba, seu magna multitudo sequebatur Christum, nauigando, vel equitando, an vero pedester? Respondetur, quod tertio modo. sic dicunt D. Hieronym. super Matthæum, secutæ sunt autem eum pedester, non in iumentis, non in vehiculis, sed proprio labore pedum, vt ardorem mentis ostenderent. Quomodo autem ostenderint istæ turbæ feruorem, & ardorem. Vide auctorem super Matth. to. 4. c. 14. q. 52.

Et sequebatur eum multitudo magna. Quomodo poterat ista turba sequi Christum pedester, cum ipse iret in nauiculam. Vide ibi. q. 53.

Et sequebatur eum multitudo magna. Quare Christus iuit nauigando, turbæ vero pedester. Vide ibi. quæstionem. 55.

Subijt ergo in montem Iesus. Quomodo stare potest, quod dicitur hic, quod Iesus erat in terra, quando venerunt turbæ, quum dicitur. *Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.* & sequitur. *Cum subleuasset oculos vidit, quod multitudo maxima venit ad eum.* & sic innuitur, quod ipse erat prius in loco, quam turba. D. autem Matthæus, cap. 14. & D. Marcus cap. 6. inquiunt, quod quando exiuit Iesus de naui, excepit eū turba, & quod turbæ præuenerunt Iesum ad locum ad quem ibat, & quando exiuit de naui, vidit turbam multam. Vide auctorem super Matth. tomo quarto, c. 14. quæst. 72.

Subijt ergo in montem Iesus. Existimant quidam hunc esse monte Oliueti, sed isti errant; nam mons iste est in Galilæa, non multum distans à Capharnaum. vide aucto. super Matth. tomo secundo, cap. quinto, quæstione septima.

Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum. Vide feria sexta primæ Dominicæ Quadragesimæ, super illa verba. Erat dies festus Iudæorum.

Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum. De quo loco exibat Christus quando vidit illam multitudinem maximam. vide auctorem super Matth. tomo quarto, cap. quartodecimo quæst. 54.

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Quomodo ista multitudo incurrerit necessitatem hanc, vt necesse esset ei, quod cibaretur a Christo. Vide loco citato, quęstio. 74.

Dixit ad Philippum, &c. Videntur hic discordare Euangelistæ, dicit enim D. Matthæus cap. quartodecimo, & Diuus Marcus cap. sexto, & Diuus Lucas, cap. nono, quod discipuli accesserunt ad Iesum, dicentes, quod dimitteret turbas, & tunc ipse respondit, & tamen Diuus Ioannes dicit hic, quod Christus locutus est prius, & ipse quæsiuit a Phillippo, quomodo pascerentur turbæ. vide auctorem loco cit. q. 66. & q. 68. & q. 69. & q. 75. & q. 76. & q. 77. & q. 78.

Hoc autem dicebat tentans eum, ille enim sciebat, quid esset facturus. Tentatio accipitur varie, aliquando large, aliquando proprie, & tamen ad propriam, & perfectam rationem tentationis, tria concurrunt. Primo, vt per tentationem alicuius dubij cognitio accipiatur. Secundo, vt hoc sit intentum ab eo, qui facit tentationem. Tertio, vt ipsemet, qui tentat cognitionem ipsius rei accipere velit. & hoc modo dicitur, quis tentare equum in cursu, quando per cursum vult accipere experimentum de agilitate eius, vel de tarditate ad motum. & hoc modo etiam est tentatio, qua homo tentat hominē. Considerandum autem, quod quædam tentationes sūt, in quibus reperiuntur istæ tres conditiones. in alijs vero duæ, & in alijs vna. & secundum hoc dicetur vna magis proprie tentatio, quam alia. Primo modo tentat vnus homo sapiens, alium si disputat cum eo, vt sumat experimentum de scientia illius, quia ibi omnia illa tria concurrunt. & sic accipitur Matth. sextodecimo, scilicet Accesserunt Pharisæi, & Saducęi ad Christum tentātes. & rogauerunt eum, vt signum de cęlo acciperent. Aliquando saluantur duæ conditiones solum in tentatione, scilicet, quod habetur experimentum, vel cognitio de re, & ad hunc finem fit, & tamen faciens tentationem non intendit inde habere aliquam cognitionem, sicut Deus dicitur tentare hominem Genes. 22. scilicet. Tentauit Deus Abraham. nam per immolationem filij sui, idest, quod in obedientia huius præcepti manifestaretur sanctitas Abrahæ, & etiam Deus adhoc fecit, vt cognita esset sanctitas Abrahæ. tertiam tamen deest, scilicet, quod Deus non fecit tentationem istam, vt inde acciperet experimentum, vel cognitionem aliquam, de fide, & obedientia Abrahæ, quia ipse certissime sciebat, quid facturus esset Abraham. & sic dicitur hic, quod quæsiuit Christus à Philippo. Vnde ememus panes? & sequitur. Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat, quid esset facturus, & etiam per hanc tentationem non intendebat Christus habere cognitionem de eo, quod Philippus dicturus esset, quia ipse sciebat antequam loqueretur, quid erat dicturus, sed hoc fecit, vt notificaretur alijs, quid Philippus in hoc consuleret, & an esset bonum consilium, &c. Vide de hoc susius auctorem super Matth. tomo primo, cap. quarto, quæstione 63.

Hoc autem dicebat tentans eum, &c. Sicut homo tentatur aliquando a Deo, vt cognoscat infirmitatem, vel firmitatem in operatione, & virtute, ita interdum tentatur, vt cognoscat imperfectionem suam in intellectu, & vt videatur quantum distet consilium Dei, à consilio nostro. Sic patet, in præsenti, cum Christus tentauit Philippum, in quo apparuit defectus consilij Philippi, & paruitas fidei. nam dixit, ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum accipiat. Vide auctorem super Matth. tomo 1. cap. quarto, q. 71. circa med.

Dicit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri, est puer vnus hic, &c. Videntur discordare circa hoc Euangelistæ. nam tres Euangelistæ dicunt, quod locutus est Christus ad discipulos suos, dicens vnde haberent panes pro ista multitudine, & solus Ioānes dicit,

FERIA SECVNDA post quartam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Ioan. II.

PRope erat Pascha Iudæorum. Vide feria sexta, primæ Dominicæ Quadragesimæ, super illa verba. Erat dies festus Iudæorum.

Et ascendit Iesus Ierosolymam. Consuetum erat Iudæis, vt quolibet anno tempore Paschæ ascenderent in Ierusalem, per septem, vel octo dies ante festum. Vide auctorem super Matth. tomo septimo, cap. vigesimosexto, q. 49. circa medium.

Et ascendit Iesus Ierosolymam. In tribus festis debebant venire Israelitæ ad locum Sanctuarij, vbicunque ipsi essent, siue in terra Chanaan, siue extra. si non essent necessario impediti saltem in festo Paschæ. Vide auctorē super primum Reg. parte prima, cap. primo, quæst. octaua, & super Deuteronom. cap. duodecimo, quæst. septima. & illa tria erant Phase, Penthecostes, & festum tabernaculorum. Vide super Num. cap. nono, quæst. sextodecimo.

Et ascendit Iesus Ierosolymam. Vtrum Christus teneretur obseruare præcepta legis Moysi, & propter hoc venerit modo ad templum. Vide auctorem super Matth. tomo tertio, cap. nono, quæst. 157. & tomo quarto, c. 12. quæst. 50.

Et ascendit Iesus Ierosolymam. Christus obseruare voluit præceptum de sanctificatione Paschatis, vt nobis exemplum præberet idem faciēdi. tota enim vita Christi fuit instructio nostra. vide auctorem super Matth. tom. 3. c. 11. q. 43. circa finem.

Et inuenit in templo vendentes oues, & boues, &c. Templum dicitur quasi amplum tectum. vnde antiqui omnia magna, & ampla ædificia vocauerunt templum, siue essent ad cultum Dei, siue ad hominum habitationē facta, & postea propter honorem Dei solum domus Dei dicta est templum, siue domus veri Dei, siue falsi, &c. Vide auctorem super Exod. cap. vigesimosexto, quæstio. 8.

Et inuenit in templo vendentes oues, & boues, &c. Quantū & quale fuerit templum Salomonis, quod Christus hodie purificauit, describitur ab auctore tripliciter. Vno modo secundum nos, alio modo secundum Hebræos, 3. secundum Iosephum 8. lib. Antiquitatum, vide auctorem super 3. Regum. cap. 6. quæst. decima, & super primum Paralip. cap. 28. quæst. secunda. & super Matth. tomo quinto, cap. 21. quæst. 62. circa finem. Reliqua vero ad hoc templum pertinentia. vide in communi tabula. verbo Templum.

Et inuenit in templo, &c. Non solum apud Hebræos, verū etiam apud Gentiles templum Dei à Salomone ædificatum erat maximi honoris. nam multi reges gentium honorauerunt illud: Vide auctorem super 3. Reg. cap. 8. q. 15.

Et inuenit in templo vendentes, &c. Quare in templo Domini vendebantur columbæ. vide auctorem super Matth. tom. 5. c. 21. q. 70.

Et inuenit in templo vendentes oues, &c. Ista quæ vendebantur non erant in templo propriè dicto, sed in atrijs templi, in locis illis, ad quæ intrabant laici ad orandum: nam erant ibi magna spatia intra murum exteriorem, & ita poterant ibi esse, vt orantes, & etiam concursus mercium. & apparet, quod esset in atrijs, in quibus orabant laici. nam intra templum propria dictum non essent venalia, cum nemo illuc introiret, nisi sacerdotes ad ministeria sua: & si quis alius illuc introiret, moreretur. Num. 4. cap. Manebant sola atria, in quibus laici manebant. potissimè, quia ista venalia pro laicis proponebantur, ideo non erant nisi in loco ad quem laici accedere possent. Secundo patet ex redargutione Christi, quia dixit venditoribus, scriptum est, quia domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. ergo videtur, quod in loco deputato ad orationem laicorum, vendebantur ista. vide auctorem super Matth. tomo quinto, cap. vigesimoprimo, quæstio. 65.

Et inuenit in templo vendentes oues, &c. Non vendebantur absolute in templo omnia venalia, quasi ibi fuerint publicæ nundinæ, sed solum ea vendebantur, quæ ad sacrificium pertinebant. scilicet oues, boues, capræ, columbæ, & turtures. de animalibus enim nulla alia afferebantur, scilicet tres species, idest bos, ouis, capra, de quadrupedibus, & duæ species, idest columbæ, & turtures de auibus, vt colligitur Leuit. 1. & 3. cap. vbi ponitur omnis modus faciendi sacrificia de animalibus omnis generis. & non ponuntur nisi ista. præter hæc erant necessaria libamina ad sacrificia, & ista erant quinque, scilicet, simila, oleum, vinum, sal, & thus. Num. 15. cap. hæc sola erant, quæ in altari offerebantur. ideo ista sola ibi vendebantur in templo. sic dicitur hic. *Inuenit in templo vendentes oues, & boues, & columbas.* & per hæc intelliguntur alia, quæ ad sacrificium erant conuenientia. sic dicit Beda. & quidem credendum est, quod ea tantum in templo vendi, vel emi reperit, quæ ad ministerium templi necessaria essent. si ergo ea, quæ alibi libere geri poterant temporalia, Dominus in domo sua negocia geri non patitur, quanto magis ea, quæ nusquā fieri licet, plus cælestis iræ merentur, si in ædibus Deo sacratis aguntur? Causa autem, quare ista vendebantur in templo, erat auaritia sacerdotum. & principum eorum. vide auctorem loco proxime citato, quæstionem sexagesimam sextam.

Et nummularios sedentes. Nummularij sunt, quos campsores vocamus, qui nummos commutant, vt facilior sit nobis vsus earum data ea specie nummorum, quam voluerimus. Causa autem ponendi istos nummularios, erat duplex. vide loco citato, q. 67.

Et cum fecisset, quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo. Quomodo Christus purgauit templo eiciendo vendentes, & ementes, &c. vide ibi. quæstionem septuagesimam.

Oues quoque, & boues, & nummulariorum effudit æs. Quid fecerit Christus de iis, quæ vendebantur, an tradidit ea venditoribus, vel in pœnam eorum destruxit, & perdidit illa, vide ibi. q. 68.

Et nummulariorum effudit æs. Quomodo Christus voluit euertere mensas nummulariorum, effundendo æs. quia sic perderent illi pecunias suas, quæ cum inter multos in templo effunderentur, non inuenirentur. quia multi illa furtim subtraherent. Vide ibi. quæstionem sexagesimamnonam.

Omnes eiecit de templo. Propter multas rationes eiecit Christus de templo ementes, & vendentes. vide ibi. quæstio. 71.

Omnes eiecit de templo. An eiecerit Christus de templo, solum vendentes, vel etiam ementes, & quare eiecit ementes, cum ementes non peccarent, sed solum vendentes. Vide ibi. quæstionem septuagesimamsecundā, & q. 73.

Omnes eiecit de templo. Eiecit Christus ementes, & vendentes de templo, idest non eiecit personas; non enim erant personæ inhabiles ad manendum, vel standum, aut intrandum in templum; quia exercuerant negociationem in templo: sed eiecit venalia, vt non venderentur ibi. & patet, quia effudit æs nummulariorum, & euertit mensas, & cathedras vendentium columbas. & dixit vendentibus, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negociationis. Et ita fecerunt, quia omnia amouerunt de templo; & foris posuerunt; ipsi tamen, qui prius vendebant, & emebant; si vellent redire in templum, & manere ibi, non reducendo venalia in templum; poterant manere, & Christus non excluderet eos inde. sed quia Christus venalia de templo eijci fecit, & vēditores nolent dimittere illa; ipsi quoque exclusi sunt cum illis. & qm̄ ab officio vendēdi non cessabant, cum insisterent,

lueris manserunt extra templum vendendo, & ita dicuntur eiecti; ementes autem non dicuntur eiecti de templo, quasi cogerentur directè, aut indirectè exire de templo, sed coacti sunt nihil emere in templo, quia ablatis inde venalibus, nihil ibi poterant emere, & ideo si aliquid emere vellent, opottebat foras ire, & propter hoc ponitur hic, quod eiecti suot vendentes, & non dicitur de emenribus, scilicet, quia vendentes directè expulsi sunt, cum expellerentur venalia sua, ementes autem non babebant aliquid, propter quod foras cogerentur ire, sed solum cessabāt emere in templo. sed recedentibus indè venditoribus, necessario cessabat emptio, ideo sufficiebat dici, eiectos fuisse vendentes. vide ibi. q. 74.

Omnes eiecit de templo. Quomodo poterat nunc Christus solus existentes taotam multitudioem eijcere de templo, & quomodo non resistebant ei. vide ibid. quæst. 79.

Omnes eiecit de templo. Fuit miraculum ista eiectio vendeottum, & ementium de templo. nam sine miraculo fieri nequaquam poterat. fuerunt enim exclusi per timorem, & inuoluntarie isti, manifestum est autem, quod flagellum factum de funiculis nemo nmeret, potissimè multitudo congregata existens, quod nmeret vnum hominem inermem, habentem io manu flagellum de funiculis factum. Nam ooo solum non erat timendum, imo erat ridiculum, vt dicit Origenes, nisi fortè esset timor bestialis, vt dicitur 5. Ethic. de eo qui visum murem timuit. nam talia non timent homines, & ideo ad alia recurrendum est, vt dicatur flagellum timeri potuisse. sic dicit Origenes. Consideremus oe forte enorme videatur, quod Dei filius captis funiculis parat sibi flagellum ad eijciendum eos, vnum tamen relinquitur refugium, diuina potestas Iesu. ideo adhoc quod cogerentur venditores exire de templo oportet poni aliquid aliud, quod miraculosè fieret, & hoc erat incutiendo timorem in cordibus eorum, etiam in voce sua virtutem quandam diuinam ostendendo, & de vultu radios diuini fulgoris emittendo, quæ ambo ad miraculum pertinent. Non solum autem fuit hoc miraculum, sed magnum miracolum fuit, & de maximis, vt putat Hieronymus. ait enim mihi autem inter omnia signa, quæ Domious fecit, hoc videtur mirabilius esse, quod vnus homo, & illo tempore contemptibilis io tantum, vt postea crucifigeretur; Scribis, & Pharisæis contra se sæuientibus, & videntibus lucra sua destrui, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eijcere multitudinem; & subdit modum, quo potuit, scilicet. igneum enim quoddam, atque sidereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Sic etiam dicit Origenes super Ioannem. Præseos autē historia in nullo minorem potestatem pertēdit his, quæ ab eo miraculosius ædita sunt: quinimo constat hanc maiorem demonstrare potentiam miraculo, quo aqua conuersa est in vinum. eo quod illic inanimata subsistit materia, hic vero tot millia hominum domantur ingenia. vide ibi. q. 80.

Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negociationis. Quare io locis sacris debeat esse munditia. vide auctorem super Deuteron. cap. 23. quęstio. 4.

Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud, &c. Licet Christus non dixisset de morte sua aperte populo, tamen occultè, & sub verbis velatis sępe dixerat. Vide auctorem, super Math. tomo quinto, cap. vigesimo, quæst. 40.

Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo. Aote mortem Christi, Apostoli fuerunt viri imperfecti, & simplices, non intelligentes ea, quæ Christus eis dicebat, sicut quando dixit illis de fermento Pharisæorum. putauerunt, quod loqueretur de paoibus, Matth. sextodecimo, & quando Christus proponebat populo aliquas parabolas, ipsi nō intelligebant, sed petebant postea à Christo, quod eis declararet Matth. tertiodecimo, aliqua etiam ipsa oocte passionis dixit eis Christus, quæ non intelligebāt, sicut quando dixit eis Christus. Modicum videbitis me, & iterum modicū, & non videbitis me, nè sciebant quid esset illud modicum, quousque Christus declarauit, Io. 16. Multa etiam Christus dixit discipulis, quæ nunquā eo viuente intellexerunt, sed post resurrectionem suam. Sicut modo cum dixit. *Soluite templum hoc, &c.* & dicitur, quod discipuli post resurrectiooem intellexerunt, quod dixisset istud de templo corporis sui, quasi dicat. Ante resurrectionem nunquam intellexerūnt, de quo locutus fuisset. Vide auctorem super primum prologum D. Hieronym. in Matth. quæst. 2. circa medium. & super Matth. tomo quioto, cap. 21. quæstio. 115. circa medium.

Et crediderunt scripturæ, & sermoni, quem dixit Iesus. Apostoli quandiu cum Christo vixerunt dubij aliqualiter in fide fuerunt, post mortem autem, & resurrectionem eius, ablati sunt per spiritum sanctum omnes defectus illorum. Vide auctorem super Num. cap. 28. quęstio. 21.

Et crediderunt scripturæ. De sacra scriptura plura habes in communi tabula, verbo scriptura sacra. Vide ibi.

FERIA TERTIA
post quartam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Ioan. VII.

I*Am die festo mediante ascendit Iesus in templum, & docebat.* Festus dies principaliter iuuentus est ad vacandum Deo magis, quam necessitatibus proximorum, nisi talis sit pietas circa proximum, quæ commodè differri non possit, &c. vide auctorem super Exod. tom. 1. c. 12. quęst. 26.

Iam die festo mediante. Tria festa principalia habebant Iudæi, s. azymorum, Pentecostes, & tabernaculorum. siue Scenophegiæ, quæ dicebantur principalia, quia in illis quædam fiebant, quæ non in aliis. vide auctorem super Exod. tom. 1. c. 23. q. 23. circa illud: Tribus vicibus per siogulos annos, &c.

Iam die festo mediante. Festa celebranda à Iudæis ex pręcepto Domini sunt Sabbathum, Pascha, Azymorum, Festum Pentecostes, Festum clangoris. Dies propitiationis, Festum tabernaculorum. Alia vero festa, scilicet festum Mardochæi, festum Purificationis factæ à Machabæis, sunt postea addita ab Hebræis ex deuotione propter aliqua facta notabilia. vide auct. sup. Exo. to. 1. cap. 23. q. 24. circa illud: Ter in anno.

Iam die festo mediante. Nullas festiuitates instituit Christus in nouo testamento, cum tamen in veteri testamento multæ essent institutę. Causam huius vide apud auct. sup. Leuit. c. 23. q.

Iam die festo mediante. Quare in nouo testamento sint plures festiuitates, quam in veteri. vide apud auct. sup. Leuit. c. 23. q. 2.

Iam die festo mediante. Festiuitates, quas Deus Iudæis præcepit obseruare iostitutæ sunt ad cultum Dei, & certis temporibus, in memoriam beneficiorum collatorum illis à Deo, vt ardeotius ad illius cultum accenderentur. Vide auctorem super Leuit. c. 23. q. 5. circa principium.

Iam die festo mediante. Festa omnia celebrant Iudæi à Solis occasu, vsque ad Solis occasum, quo ad vacationem à labore, & ab hoc accepit Ecclesia modos obseruationis festorum suorum. Vide auctorem super Leuit. c. 23. q. 24.

Iam die festo mediante. Inter festiuitates, & ferias quid intersit. Vide apud auctorem super Leuit. eod. capite, quæst. 1.

Iam die festo mediante. Nulla festiuitas apud Iudæos erat tantæ obseruationis sicut Sabbathum. Vide auctorem sicut Sabbathum. Vide auctorem super Matth. tom. 4. c. 12. q. 10.

à Deo adiutus. & sic magis inclinatur homo ad id, quod de se sine adiutorio alterius facere potest, quam ad id, quod facere non potest, nisi cum aliquali difficultate, scilicet cum Dei adiutorio. Secũdo, quia videmus, quod quilibet homo in se facile habet, quod in malum inclinetur, sicut in nobis experimur, & facere bonum est difficile, ideo potius iudicamus de alijs malum, quã bonum. Has duas rationes prosequitur auctor. super lib. Ruth. c.3.q.8. circa med. vide ibi.

Nolite iudicare secundum faciem, &c. Homines valde errant, qui de alijs praue iudicant, interpretantes actus eorum in malum, Christus enim, & Apostolus sæpe hoc vetuit. Vnde si aliquis iudicet de proximo quicquam debet iudicare potius in bonum, quam in malum, nisi fortasse ipse actus, qui fit sit talis, vt nullatenus in bonũ interpretabilis sit. vide auct. super Leuit. c.19.q.7. circa illud: Iuste iudica proximo tuo.

Nolite iudicare, &c. An licitum sit iudicare aliquem ex suspitione, vel præsumptione, quod iudicium nostrum est in bonũ, & in malum, & quod ex tribus radicibus malum iudicium oriatur. vide apud auct. tom.3. sup. Matt. c.7.q.4.

Nolite iudicare, &c. An omnia dubia sint semper interpretanda in meliorem partem, & quod melius est, nos abstinere à iudicando proximos in rebus dubijs. & quod interpretari aliquid in meliorem, vel deteriorem partem stat dupliciter. vide loco cit. q.5.

Nolite iudicare, &c. Nunquam iudicandum est nisi ex certitudine, sed certitudo non est accipienda eodem modo in omnibus. vide super Matth. tom.3. c.7.q.4. circa finem.

Nonne hic est, quem quærunt interficere? ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt? Nunquid vere cognouerunt principes, quia hic est Christus? Turba arguebat, Iesum esse Christum, eo quod audiebat loqui coram Pontificibus, & Pharisæis, & non nocebant ei. & ex hoc confirmabatur nimis fides, quam habebat, vel opinio de Christo, quia mendacium nemo audet sustinere constanter coram potentibus. De hoc vide auct. sup. Matt. to.5. c.21.q.61.

Nunquid vere cognouerũt principes, quia hic est Christus? Idest Messias, nam Christus significat Messiam, sicut patet, cum quæsiuit Iesus a Pharisæis, de Christo cuius filius sit, idest cuius filius debeat esse Messias, Matth. vigesimosecundo. Vide auctorem super 4. prolog. D. Hieronym. in Matt. post quæstionem secundam, circa illud: Deus est Christus est.

Nunquid vero cognouerũt principes, quia hic est Christus. An maiores inter Iudæos cognouerint Christum? Lyranus asserit, quod sicut habuerunt cognitionem de Iesu, quod erat Christus, idest Messias, ita etiam cognouerunt ipsum esse Deum. sed sicut aliquid cognoscitur in habitu, cuius cognitio actualis impeditur propter aliquam passionem, vel habitum impedientem, sicut dicit Aristoteles 7. Ethicor. de incontinente: ita maiores Iudæorum habuerunt a principio veram æstimationẽ de Christo in habitu, & in actu, sed quando cępit pędicare contra eos, excęcati fuerunt circa ipsum, passionibus iræ, rancoris, & inuidiæ, quibus impediebantur ab actuali consideratione veritatis de Christo, quantum ad Deitatem eius, & quod esset Messias: sicut incontinens in passione existens eligit, & iudicat fornicandum, quod alias non faceret, & sic inclinati fuerunt in eius mortem. De hac opinione quid sentiat auctor. vide super Matthæum, tomo quinto, c.21.q.204. paulo post principium.

Nunquid vere cognouerũt principes, quia hic est Christus, De Christo duo erant cognoscenda, scilicet, quod Deus erat, & quod erat Christus, siue Messias. Vtrumque autem poterant Iudæi de Christo cognoscere, quia scripturæ vtrumque de Christo dixerunt, & ostenderunt, sicut & nos ex veteribus scripturis vtrumque accipimus, & maxime quantum ad ostẽdendum, quod erat Messias. Sed tamen de facto principes Iudæorum, & cæteri qui mortem Christi tractauerunt, non cognouerunt, eum esse Deum, neque Messiam. Vide auctorem loco cit. vide etiam pro hoc auctor. super primum Paralip. c.21. quæst.29.

Nunquid vere cognouerunt, &c. Licet sint auctoritates in sacra scriptura de tempore aduentus Messiæ. & de signis adueniendi, & de conditione, vel modo veniendi, tamẽ Iudæi non cognouerunt, Christum esse Messiam, & q͂d ista non necessario ostendunt, sed probabiliter, & causant quandam opinionem vide auct. super Matth. to.5. c.21.q.207.

Nunquid vere cognouerunt, &c. Ad quid autem profuerunt signa data de aduentu Messiæ, si per ea non cognoscebatur Messias per certitudinem. vide loco citato quęstio.208.

Nunquid vere cognouerunt, &c. Similiter quare Deus dederit talia signa, per quę non poterat cognosci euidẽter, Christum esse Messiam. Vide loco citato, quæstionem 209.

Nunquid vere cognouerunt, &c. Similiter quare Deus fecit, vt Messias non esset pęnitus ignotus, nec totaliter manifestus, & quomodo tempore suo ab aliquibus fuit cognitus, & ab alijs ignotus. Vide loco citato, quæstionem 210.

Nunquid vere cognouerunt, &c. An autem Deus reuelauerit. & reuelet semper Iudæis, & Gentilibus, & quibuscũque infidelibus, qui non ponunt obicem, quod Iesus est Messias. vide loco cit. q.211.

Nunquid vere cognouerunt, &c. Et similiter, an per scripturas, seu per miracula cognouerint Principes sacerdotũ Iesum esse Deum, & an eorum peccatum alleuietur per ignorantiam. vide ibid. q.212.

Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Idest nescietur, vnde veniet Messias. pro hac auctoritate. Vide super 4. prolog. D. Hieron. in Matth, post quæst. 2. circa illud: Deus Christus est.

Et nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. Idest hora, qua ipse volebat mori. nemo enim, nec etiam totus mũdus poterat extra horam occidere Christum. quia cum ipse haberet potestatem ponendi animam suam, & sumendi eam. Ioan.1. idest potestatem moriendi, quando vellet, & surgendi, quando vellet, & nunc mori nollet, quousque impleret omnia, quæ de eo dicta erant, non poterat eum quisquam occidere. Vide circa hoc auct. super Matth. tom. 1. cap. 29. vbi multa pulcra circa hoc inuenies.

FERIA QVARTA post quartam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Ioan. IX.

PRæteriẽs Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate &c. Hoc fuit in festo Scenophegiæ, tunc quando Christus fugiens Iudæos volentes eum lapidare abscondit se, & exiuit de templo. Vide auct. in 2. parte defensorij, ca.12. post medium.

Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Quemadmodum hominibus integris existentibus inducit Deus interdum mutilationes membrorum, & alias pęnas, propter peccata propria. ita & eis qui nondum nati sunt dat defectus aliquos in pęnam peccati, non quidem ipsorum, qui non poterant peccare, antequam formarentur, sed in pęnam peccati parentum suorum, sicut & filij paruuli, qui nondum peccauerunt occiduntur interdum à Deo, solum propter peccata parentum, vt puniantur in eis, inquantum dolent de eorũ defectu. & hoc putantes accidere discipuli de cęco nato, petierunt a Christo, quis peccauit, &c. vide auctor. super Matth. to.5 c.19.q.88.

Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Innuit per hoc Christus, quod in cæco illo non acciderat cęcitas pro peccato illius, vel parentum eius, & tamen quod in alijs accidere poterat, &

interdum

interdum accidebat: alioquin diceret, quod non posset nasci cęcus pro peccato parentum. Vide auctorem loco citato.

Neque hic peccauit, &c. Accidunt aliquādo tales defectus, ex voluntate Dei ad euitandā mala ipsius, qui hos defectus patitur, qui malus efficeretur, si integer corpore fuisset. vide loco citato.

Neque hic peccauit &c. Accidunt etiam propter decorem vniuersi quem Deus, tanquam vniuersalis prouisor intendit. Vnde sicut inter species reperitur inæqualitas, quæ facit ad pulchritudinem vniuersi, ita & inæqualitas inter indiuidua eiusdem speciei ad idem facit. Vide loco citato.

Neque hic peccauit, &c. Accidunt præterea, quia defectus naturæ tollendo, tollerentur multa bona de vniuerso. vide loco citato.

Sed vt manifestentur opera Dei in illo. Ex his verbis colligitur à quibusdam, defectus, & exorbitantias naturæ accidere, & permitti à Deo, quatenus eius opera sint in recordatione, quia si Deus sicut ab initio constituit vnāquamque naturam, sic dimitteret illam immutabiliter semper in suo ordine permanere, in obliuionem reduceretur coram hominibus operatio Dei. Ideo ergo natura interdum conuertitur contra suam naturam, vt semper Deus, naturarum opifex, in memoriam reducatur. Verū talis opinio reijcitur aliqualiter ab auctore. Vide loco citato. Vide etiam sup. 4. Reg. cap. 20. q. 3. vbi diffuse de hoc loquitur auctor.

Sed vt manifestentur opera Dei in illo. Exorbitantiæ, vel defectus naturæ deducunt in memoriam Dei dupliciter, vno modo inquantum tales sunt, quæ non nisi per Deum fieri possunt. Alio modo inquantum per solum Deum reparantur, licet ab alio, quam ab ipso fieri possint. Primi generis fuit. Solem stare, prout habetur Iosue decimo. aut retrocedere, prout habetur 4. Reg. 20. & Isai. 38. Secundi generis fuit defectus huius cęci, & alij huiusmodi, quos Deus accidere volebat, vt ipse eos curaret, in quo operatio eius ostendebatur, quia nemo poterat illos reparare, nisi ipse. & hoc est, quod dicitur. sed vt manifestarentur opera Dei in illo. Ista autem opera fuerunt, quod ipse sanauit eum immediatè. Vide loco citato.

Sed vt manifestentur, &c. Aliquando propter peccata parentum nascuntur filij cęci, vel claudi. vide auct. sup. Genes. c. 13. q. 374.

Sed vt manifestetur virtus Dei in ille. Sic dicitur de Sarra Gen. c. 16. Ecce conclusit me Dominus. quæ conclusio pœnalitas quædam est, quæ à Deo est, interdum propter peccata, interdum autem ad laudem Dei, sic fuit in Sarra, vt virtus Dei manifestaretur in dando ei filium in senectute. vide auct. super Genes. loco citato, super verba citata.

Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Christus erat lux in mundo, & præsentia eius in mundo comparatur luci. Hoc deducit auctor ex prædicta auctoritate. vide super Matthæum, tom. 1. c. 2. quæst. 5. circa principium.

Exspuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius. Christus multis modis curabat, aliquādo simpliciter tangendo, sicut leprosum in Capharnaū Matth. 8. Socrum Simonis, Matth. 8. & Marc. 1. sic etiam duos cęcos, de quibus Matth. 9. & puellam mortuam, de qua dicitur eodem cap. & Luc. 8. Aliquando curabat non per simplicem tactum, sed cum aliquibus cæremonijs, sicut sanauit hominem surdum, & mutum de quo Marc. 7. Et aliquando sanando hoc modo, mox factis cæremoniis sequebatur sanitas, & aliquando non. De primo modo habetur eodem cap. De secundo patet in hoc cęco nato. Aliquando vero curabat Christus per solam vocem, imperando morbo, vt recederet, vel præsente languente, vel per vocem ad absentes. De his omnibus modis, vide apud auctorem super Matth. tom. 4. c. 15. q. 92.

Exspuit in terram, &c. Tripliciter solebat Christus curare ęgros, quidam enim credebant, & petebant liberari ore proprio. Aliquando vero nihil petebat languens, sed alius pro eo credebat & petebat. Interdum autem Christus nullo petente conferebat sanitatem, sicut in paralytico, qui sedebat in porticu ante probaticam piscinam, de quo Io. 5. & sic etiam fuit in hoc cęco nato. Vide de his auctorem super Matth. tomo quarto, cap. 17. quæstio. 146.

Exspuit in terram, &c. In operationibus Christi ad miraculum erat quadruplex modus. Vnus erat, quod Christo loquente, vel tangente statim fieret, quod ipse volebat, scilicet effectus miraculi, siue curationis, siue alterius rei. De verbo patet, quando Christus imperauit mari dicens. Tace, & obmutesce, & statim facta est trāquillitas, vt habetur Matth. 8. & Marc. 5. & Luc. 8. sic etiam Marc. cap. 9. patet de puero lunatico, cuius demoni Christus dixit. Surde, & mute spiritus exi ab eo, & statim exijt. De tactu patet, quando tetigit leprosum apud Capharnaum. nam statim curatus est, vt habetur Matth. 8. Similiter, quādo socrum Petri febricitantem tenuit manu. nam statim surrexit. vt habetur eodem cap. & Marc. 1. & Luc. 4. & ita fuit de duobus cęcis, de quibus dicitur Matth. 20. Secundus modus erat, quod Christus per successionem faceret opera, scilicet, quod ad vnum hominem curandum faceret multa opera, & in primis non sequeretur aliquis effectus sanitatis, & consummato vltimo opere, sequeretur sanitas in instanti. hic patet Marc. 7. de homine surdo, & muto, quem inter fines Decapoleos Christo obtulerunt. & ad istum modum etiam potest pertinere suscitatio Lazari, Ioan. vndecimo. Tertius modus erat, quod Christus faceret aliqua opera ad sanādum aliquem, & factis illis non sanaretur statim, sed postquam à Christo recederet in absentia eius sanabatur. & sic fuit de hoc cęco nato; sic etiam fuit de decem leprosis, Luc. 16. Quartus modus erat, quod fierent multę operationes à Christo ad vnum effectum miraculi intentum, & tamen ille effectus intentus non deduceretur totus simul in fine operationis vltimæ in præsentia Christi, sicut in secundo modo, neque post vltimam operationem in absentia Christi, sicut in præcedenti modo, sed deducebatur per partes, sicut quando sanauit cęcum in Bethsaida extra vicum, de quo Marc. 8. plenam horum declarationem. vide apud auct. super Matth. to. 5. c. 20. q. 122.

Exspuit in terram, &c. Christus aliquando in sanatione cęcorum nihil faciebat, nisi tangere oculos, sicut in duob. cęcis de quibus habetur Matth. 20. aliquando autem faciebat aliquid aliud, scilicet exspuere in oculos eorum, sicut Marc. 8. exspuit in oculos cęci, & tetigit eos manib. suis. Aliquando faciebat lutum, & liniebat oculos cęcorum, sicut in hoc cęco nato. & videtur, quod quādo quis habebat magnam fidem, Christus paucas cęremonias exercebat ad sanandum eum, sic fuit de illis duobus cęcis de quibus Matth. vigesimo. quia solum tetigit oculos eorum, eo quod magnam fidem habebant, clamantes instanter, miserere nostri fili Dauid. Ita etiam fuit de duobus cęcis, de quibus habetur Matth. 9. quia enim magnam fidem habuerunt, ideo solum tetigit oculos eorū. De fide autem huius cęci non apparet, ideo habuerunt locum in eo cęremoniæ, sicut etiam in illo, de quo habetur Marc. septimo. Vide auctorem super Matth. to. 3. c. 9. q. 142.

Vade, & laua in natatoria Syloe. Ista natatoria est fons quidam prope Ierusalem, ex quo procedebat quidam riuius, & faciebat magnum lacum apud Ierusalem, & ibi natabant Iudæi, & ideo vocatur natatoria Syloe. Vide auctorem super 3. Reg. cap. 1. q. 36. circa illud: Et ducite eum in Gihon.

Vade, & laua in natatoria Syloe. Christus in ęgrorum curatione interdum operabatur aliquid, ad quā non statim sequebatur sanitas, sed in absentia eius ęgri sanabantur. & hoc ideo faciebat, vt probaret eorum gratitudinem, an scilicet pro susceptis beneficiis rediret ad gratias reddendum, quod patet in decem leprosis Luc. 17. de quibus quasi indignatus ait. Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo nisi hic alienigena. Alia causa huius erat quantum ad ostensionē fidei illorum, quibus Christus

stus

dęmones,& malefici,seu falsi prophetæ nō faciant mi racula,cum faciant miranda,accidit propter tuo. Vide auct.super Matth.f 6.c.24.q.139.

Quomodo potest homo peccator hæc signa facere. De modo quo peccatores,& falsi Prophetæ faciunt signa aliquando. Vide super Matth.loco cit.q. 140.& quid inter sit,inter vera,& falsa miracula. Vide etiam super Deut.ca 13.q.1.post mediū.vbi ostendit,quomodo praui homines virtute Dei aliquando possint facere signa.

Quomodo potest homo peccator hæc signa facere. Miracula vera facere per virtutem Christi potest quis existēs in peccato mortali.Vide auct.super Matth.tom. 3. c.7. q.34.Vide etiam eadem tom.cap.10.q.62.vbi ostendit quod miracula fieri possunt ab exittente in peccato mortali,dum tamen habeat fidem.

Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur, eum esse Christum, extra sinagogam fieret. Principes Sacerdotum, & Pharisæi oderant Christum, quia arguebat vitia eorum, & ostendebat populo nequitiam eorum,& ita eos contemptibiles reddebat,etiam quia ei impendebatur magnus honor à populo, & inuidebāt,quod non tantus exhiberetur eis,& ideo detrahebant ei,& incipiebant paulisper conuiniari;nam à principio volentes offuscare miracula eius ? dixerunt: In Beelzebub principe Dęmoniorum eijcit Dęmonia. Matth.c.9.& 12.postea verò cum populus eum in tantum laudaret,quod eum Christum,idest Messiam vocabat, cęperunt Pharisæi non soli Christo detrahere, sed etiam turbæ maledicere,dicentes. Turba hæc quæ non nouit legem maledicti sunt. Cum autem quotidie miracula frequentarentur, & fauor populi erga Christum cresceret,decretum excommunicationis posuerunt principes Sacerdotum contra eos, qui Iesum vocarent Christum. vt patet ex auctoritate Euangelij inducta. Vide auct.super Matth.tom.5.cap. 21.q.57.in principio.

Iam enim conspirauerant, &c. Quanto plura miracula Christus faciebat,tanto magis incitabantur Iudæi ad eum persequendum. Vide auct. super Matth.tom.4. c.16.q.64.

Iam enim conspirauerant,&c. Quandō Christus maxima bona faciebat,tunc Pharisæi contrà eum pessima faciebant.& dicebant. Vide super Matth.tom.4.c. 15. q.2.

Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? At illi dixerunt. Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus,nos scimus, quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit. Quasi dicerent. Quia Moysi locutus est Deus, firmiter credimus verba Moysi,& sic sumus discipuli eius per istam firmam credulitatem,sed de isto nescimus vnde sit, ideo nolumus credere ei & sic non sumus discipuli eius. Etenim ad esse discipulum,requiritur quod audiat doctrinā, & quod illi doctrinæ firmiter adhæreat quàm audit, credens eam esse veram. Primum habebant omnes tam Pharisæi,quàm turbæ,quia omnes audiebant verba Christi,sed nondum erant discipuli, secundum habebant multi de turba,quia audientes verba eius,& videntes signa,credebant in eum. Pharisæi autem hoc secundū non habebant,quia licet audirent,non credebant, sed potius audire volebant, vt haberent de quo Christum increparent. Vide auct.super Matth.tom.3.ca. 8.q.60. paulo post principium, vbi prædictam auctoritatem exponit.

Scimus autem,quia peccatores Deus non audit. Deus nō acceptat orationes, vel laudes eorum, qui sunt in peccato.Propterea Exod.c.15.Iubebat Deus fieri pro viro in mundo prius sacrificium pro peccato, quam holocaustum,eo quia sacrificium holocausti est in laudē Dei, & ideo prius debet fieri sacrificium pro peccato. Vide auct.super Leuit.c.15.q.5.circa finem.

Scimus quia peccatores Deus non audit. Idest Deus non facit miracula pro peccatoribus,sed pro viris iustis. Vide super primum Reg.p.1.c.13.q.2. paulo post principium vbi habetur hæc auctoritas. Vnde Salomon in oratione sua ad Deum post templi ædificationem ait. Qui custodis pactum, & misericordiā cum seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde, 2. Paralip.cap.6. Istis enim Deus benefacit,ad peccatores autem, qui nō diligunt illum,non aduertit. Vide auctorem loco citato.post quæstionem octauam circa illud: Qui ambulāt coram te in toto corde.

Peccatores Deus non audit. An orationes peccatorum exaudiātur,& quare interdum impetrent peccatores, & non iusti, & an bonorum orationes magis prosint quam malorum,& alia huiusmodi. Vide apud auct.super Matth.tom.3.c.7.q.16.Vide etiam tom.6. ca.23.q. 86.circa finem.

Peccatores Deus non audit. Quomodo Deus exaudire,sicue audire dicatur,& aures habere. Vide auctorem ca. 75.4. Parad.in fine, vbi etiam reperies,quomodo,& cur ad eum voce preces fundantur, & affectus nostros atque afflicti cordis nostri amaritudines proponimus cum Deus aures non habeat.

Peccatores Deus non audit. Deus non exaudit peccatores,vt faciat pro eis miracula,si miracula sunt solum in fauorem eorum, si tamen sunt in fauorem aliorū,interdum Deus exaudit eos.Vide auct.super Iud.c.6.q. 47. ante medium.

Sed si quis cultor Dei est,& voluntatem eius facit, hunc exaudit. An viri boni,& iusti orantes,semper à Deo exaudiantur.Vide auctorem super Matth.tom.3.ca.7. quæst.17.

Et eiecerunt eum foras. Iudæi persequebantur omnes in Christum credentes. Vide circa hoc multa apud auctorem super Matth.tom.6.c.24.q.71.& seq.

Tu credis in filium Dei? Respondit ille, quis est Domine,vt credam in eum? Et ait Iesus,Vidisti eum,& qui loquitur tecum ipse est. Christus aliquando reuelabat alicui,se esse filium Dei, aliquando autem hoc taceri iubebat,ne impediretur passio sua,si hoc audiretur.sed illud talibus reuelabat, quod ipsis scientibus nihil impediretur,sicut fuit de Samaritana,& de præsenti cęco, qui erat deuotus Christo,& quod receperat ab eo sanitatem, & taceret, quicquid videret illum velle taceri. Vide auct.super Matth.tom.4.c.16.q.94.

Et qui loquitur tecum ipse est. Christus aliquando,se esse filium Dei reuelabat paruulis, & rudibus, vt eum perfectè laudarent,Vide auct.super Matth.tom.4.cap. 14.q.191.

Tu credis in filium Dei. Potest dici,quod Christus petierit fidem ab isto cæco,& voluerit,quod exprimeret ipsam, quia sicut in credendo homo meretur, ita etiam in confitendo fidem, & ita fuit propter meritum eius. Vide super Matth.tom.3.c.9.q.140.

Et qui loquitur tecum ipse est. Christus non publicauit se esse Deum,& Messiam,ne impediretur eius passio, nā vt dicitur 1.Cor.2.Si cognouissent, nunquam Dominū gloriæ crucifixissent, sed reuelabat in secreto aliquib. Vide alias rationes de hoc super Matth.tom.3.ca.9.q. 17.circa finem.

FERIA QVINTA post Dominicam quartam Quadragesimæ.

Euang. Lucæ VI.

Ibat Iesus in Ciuitatem,quę vocatur Naim;

ET *ibant cum illo discipuli eius,& turba copiosa.* Turbæ veniebant ad Christum,vt audirent eum,& non poterant manere cum eo continuè, sicut discipuli sui, sed manebant per duos,vel tres dies, & tunc reuertebantur,& interim veniebant alij, & ita Christus, vel semper habebat turbas,vel rarò erat sine illis. Et hoc ad paucum tempus,& quando ipse volebat fugere tur-

bas,

F E R I A   S E X T A
post quartam Dominicam Quadragesimæ.

Euang. Ioan. XI.

Deo

à Deo qui Sabbathum non custodit, & quia nõ erant præscores aliqui Pharisæorum, vel discipuli, aut amici eorum, ad euitandum illam calumniam, quam Christo obijciebant; voluit ostendere, quod à Deo erat, & ad hoc orauit ad patrem. Vide auct. super Matth. to. 4.c.14.q.96.in fine. Vide etiam q.142.& tom. 1.ca.3. q.93.post medium,& in fine. Vide etiam tom. 5.c.20. q.122.post medium.

Hæc cum dixisset. Voce magna clamauit, Lazare veni foras. Potest dici, quod Christus clamauerit ad ostendẽdum magnitudinem potestatis, quia clamor est vox alta. Clamauit ergo Christus, vt innueretur, quod per fortitudinem huius vocis anima cogebatur redire ad corpus, nam magnitudo vocis in operibus Christi semper significabat magnitudinem efficaciæ. Vnde in operibus miraculorum significabat magnitudinem miraculi, & clamor in oratione significabat magnitudinem virtutis. Vide auct. super Matth.to.3.c.9.q.127.

Et statim prodijt, qui fuerat mortuus. Hæc suscitatio Lazari fuit opus clarissimũ, propter quod indignati sunt valde Pontifices, & Pharisæi, & congregato consilio diffinierunt de morte Christi. Vide auct. super Matth. tom.5.c.21.q.57.circa principium.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martam, & viderant quæ fecit, crediderunt in eum. Christus miracula faciebat principaliter ad ostendendum virtutem suam, scilicet vt sciretur quod esset Messias, & quod erat Deus, & crederetur in eum, sicut ipse dixit. Opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, idest facio illa, ad perhibendum testimonium de me; vnde in suscitatione mortuorum volebat Christus adesse testes. Vide auct. super Matth.tom.3.c.9.q.125.

SABBATO POST Dominicam quartam Quadragesimæ.

Euang. Ioan. VIII.

EGo sum lux mundi. Candelabrum aureum, & lampas in eo, quam vidit Zach.4.c. allegoricè signant Ecclesiam Christi, & Christum, q quasi lampas fulsit Is. Isaiæ 62. Saluator eius vt lampas accendetur. Vide & Epistola D.Hiero.ad Paulinum cap.7.circa illud: duas quoque alijs à crustis lampadis.

Ego sum lux mundi. Christus aliquando dicebat de se magna, aliquando tacebat, quia vtrumq; expediebat. dicebat quidem magna, ne ignorarentur, vt pote illa quæ sciri non poterãt nisi ipse prodijsset, tacebat interdum vt nobis exemplum humilitatis, & tacendi proprias laudes daret, sed quia magis necessariũ erat quod nobis veritatem rerũ occultarum aperiret, quã quod ad exemplum humilitatis taceret, sæpe de seipso vel magna dicebat, aliquando coram discipulis, aliquando coram alijs, pro quo vide auct. super Matth.tom.7.c.25. quæst.358.

Ego sum lux mundi. Christus venerat, vt homines crescerent in lucem Diuinam; iuxta illud Luc. 2. Illuminare his qui in tenebris, & vmbra mortis sedent, propterea natus est in minimis diebus anni, quando dies incipit crescere. Vide auct. super Matth.tom.1.ca. 2. quæst.5. in fine.

Ego sum lux mundi. Solus Christus, qui est lux tollit tenebram animæ, quæ est peccatum. Iuxta illud Apostoli. Surge qui dormis, & exurge à mortuis; & illuminabit te Christus. Vnde magister 4. Sent. dist. 18. inquit. Solus enim Christus & non Sacerdos animam resuscitat, ac pulsis tenebris interioribus, & maculis eam illuminat. Vide auct. in prima parte defensorij, cap.5.ante medium.

Ego sum lux mundi. Christus fuit lumen, reuelans gentibus veritatem, quia prius erant in tenebris. Vide auct. super Num.c.24.quæst.6 in principio.

Ego sum lux mundi. Christus vehementer fulsit, vnde de ipso exponitur illud, quod habetur Nume. 24. Scilicet orietur stella ex Iacob. Interdum etiam vocatur Sol, quia maxima lux ei conuenit. Sed propriè dicitur stella, quia actus stellæ ei competit, scilicet illuminare. Ipse enim ad hoc venit, vt illuminaret eos qui erant in tenebris. Et fuit lumen ad detergendam gentium cæcitatem. Nec solum pro gentilibus, sed etiam pro Iudæis, qui aliqualiter in cæcitate erant. Vnde quando Christus incepit eis prædicare, dicitur apparuisse lumẽ populis habitantibus in tenebris. Sic prænuntiauerat Esaias ca.9. scilicet. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephtalim, & nouissimè aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Populus, qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Quod intelligitur de principio prædicationis Christi. Vide auct. super Num.c.24.quæst.7.circa medium.

Ego sum lux mundi. Quia Christus lumen erat, idcirco Beata virgo continens ipsum in vtero dicitur vas luminosum. vt pote continens Christum q erat lumen, vt ex multis locis scripturæ apparet. Vide auct. in primo Parad.c.88.

Ego sum lux mundi. Christus est lumen natum de lumine, sicut est vita natus de vita. Vide super Matth. tom. 4.c.16.quæst.58.

Dixerunt ergo Pharisæi. Tu de ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Pharisæi magis persequebantur Christum, quam alij. Vide auct. super Matth.tom.6.c.22.quæst.73.

Dixerunt ergo Pharisæi &c. Inter omnes sectas Iudæorum nulla fuit quæ magis Christum persequeretur, quã Pharisæorũ, ipsi enim fuerunt præcipui in consilio mortis Christi, & licet Pontifices essent maiores Pharisæis, dignitate, honore, & potestate, magis tamen Pharisæi persequebantur Christum, quam Pontifices. immo ipsi Principes Sacerdotum, & populi licet in Christum crederent, propter timorem tamen Pharisæorum non audebant hoc apertè confiteri. Vide auct. super Matth. tom.3.c.9.quæst.66.

Dixerunt ergo Pharisæi, &c. Pharisæi oderant Christum, & ipsum persequebantur propter multa, & quia turbæ valdè laudabant eum, dolebant nimis Pharisæi. erat autem modus Pharisæorum, quod si aliqua ratione vel auctoritate poterant infirmare, vel obumbrare facta Christi, nitebantur hoc facere. Hoc autem multis modis faciebant. Vnde dicitur Psal. 65. In multitudine virtutis tuæ, mentientur tibi inimici tui, scilicet Pharisæi qui erat æmuli Christi, videntes multitudinem virtutis eius, mentiuntur, idest negabant ea, quæ faciebat, & dicebat ipse. Vide auct. super Matth.tom.3.c.9.quæst. 153.circa principium.

Et si ego iudico, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego, & qui misit me pater, & in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Quælibet persona in sacra scriptura vocatur homo, & si sit purus spiritus, & sic quamuis pater in diuinis non sit homo cum solus filius carnem assumpserit, tamẽ Christus vocauit eum hominem, dicens, se, & patrẽ esse duos homines, idest duas personas, quia vnicus homo erat, scilicet Christus. & sic etiã diabolus, aliquando vocatur homo, vt patet Matth. 13. Venit inimicus homo &c. Vide auct. super Matth. tom.4.c.13. q.62. Vide etiam super Matth.tom.5.c.18. q.136. in principio, vbi hanc auctoritatem affert.

Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Sic habetur Deut. Cap.19. Non stabit testis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, aut facinoris fuerit, sed in ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. Causa autem, quare testimonium vnius nunquam admittatur, si solus est, prouenit ex hoc, quia non potest haberi de illo firma suspitio, quod verum, vel falsum dicat, facile enim est, quod aliquis fingat quæcunque voluerit, & non potest deprehendi, an verum, vel falsum dicat, nisi ex alijs testibus, vel ipse includat in verbis suis contradictionem.

Vide

Vide auct. super Num. ca. 35. q. 16. circa illud: Ad vnius testimonium nullus condemnabitur.

Quia duorum hominum testimonium verum est. Quare Deus, & iura humana voluerint in probatione tantum esse vnum testem, nec esse valdè multos. Vide apud aucto. Super Deut. c. 29. q. 4.

Nec me scitis, nec patrem meum. Iudæi non cognoscebant Christum secundum Deitatem, nemo enim quantum ad hanc rationem nouerat eum ex seipso; benè tamen per reuelationem. Vide super Matth. tom. 3. c. 11. q. 60. vbi affert hanc auctoritatem.

Dicebant ergo ei; Vbi est Pater tuus? Respondit Iesus. Neque me scitis, neque patrem meum si me sciretis, forsitam & patrem meum sciretis. Interrogantibus Pharisæis, & petentibus à Christo de patre suo, noluit ipse apertè respondere. Etenim quotiescunque interrogabatur Christus, siue essent interrogationes, bono, siue malo animo factę, & siue essent digni siue indigni, qui quę rebant; semper respondebat directè, & apertè, nisi ex apertione veritatis sequeretur malum. Sic discipulis interrogantibus bono animo semper respondebat, & tamen, quando quæsierunt. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel; Act. 1. noluit respondere dicens. Non est vestrum nosse tempora, & momenta quæ pater posuit in sua potestate. etiam quando Matth. 24. & Marc. 13. quæsiuerunt, dicentes. Quando hæc erunt? & quod est signum aduentus tui? Noluit plenè respondere, sed ait. De die illa, & hora nemo scit, neque Angeli in cęlo neque filius nisi pater. Similiter quærentib. Pharisæis tentatoriè, an liceret dari censum Cæsari, respondit, vt patet Matth. 22. etiam quando quærebant, an deberet lapidari mulier in adulterio deprehensa. Solum autem quando sequebatur inconueniens ex responsione, non respondebat; & ita quando quæsierunt discipuli. Domine si in tempore hoc restitues regnū Israel? Sequebatur inconueniens, si tempora determinata, in quibus aliquid Deus diffiniuit facere, scirentur ab hominibus, ideo non respondit, sed dixit, quod non erat eorum hoc scire. Sic etiam quando Iudæi quęsierunt in qua potestate hoc faceret, & quis tibi dedit hanc potestatem? non erat conueniens, quod Christus responderet. nam oportebat, quod exprimeret se esse Deum, & tunc erat inconueniens, quia cum essent maleuoli, qui hoc quęrebant, dicerent eum blasphemasse, & peterent illum ad mortem. Et idem dicendum est in proposito, etenim si apertè dixisset se esse Dei filium, existimassent hanc esse blasphemiam propter quam vellent eum morti tradere, cum tamen nōdum esset hora eius. De his plenius auctor. Super Matth. tom. 5. c. 19. q. 16.

Si me sciretis, forsitam & patrem meum sciretis. Est modus loquendi in sacra scriptura, vt aliquando forsitam, fortè, est fortassis, in manifestissimis apponantur. Vide auct. Super Leuit. c. 10. q. 12. circa illud. Ne fortè moriamini.

Hæc verba locutus est Iesus in gazophylatio. Dicitur gazophylatium, arca, vel locū, in quo reponitur thesaurus, & sic sunt in ecclesijs quædam arcæ desuper parua habentes foramina, p quæ offerentes denariū demittunt, ad necessitates ecclesiarum. Et in templo apud Iudęos erant gazophylatia, vt pecunia ibi poneretur ad resarcienda tecta templi. Et sic accipitur Luc. 21. Aliquando accipitur gazophylatiū pro camera vel palatio in quo seruatur illa arca & sic in ædificatione templi quod describit Ezechiel cap. 40. vsque ad 47. ponitur structura, vel ædificatio gazophylatij. Et hoc modo accipitur hic & dicitur gazophylatium de gaza, & phylattein quod est seruare. quia ibi gazæ, idest diuitiæ conseruātur. De hoc vide auct. Super epistola D. Hieron. ad Paulinum. c. 8. in 2. parte textus circa illud. Vidua quoque æra duo mittit in gazophylatium.

Et nemo apprehēdit eum, quia nondum venerat hora eius. Vide quæ adnotauimus, feria tertia præcedenti, super similia verba.

DOMINICA IN passione.

Euang. Ioan. VIII.

QVis ex vobis arguet me de peccato. Christus volebat hunc honorem, quod Iudæi ab eo ratione superati essent, vt si aliquid contra eum molirentur, constaret eos ex iniquitate agere, non ex ratione, cum ipse ratione eos in omnibus superaret. Vnde sciens suam innocentiam dixit eis palam. Quis ex vobis arguet me de peccato? idest, ego permitto cuilibet potestatem accusandi me, si inuenire potuerit aliquid de suo, me accuset? Vide auct. Super Matth. tom. 6. cap. 22. q. 359. post medium.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Christo propter suā innocentiam competit esse agnum. Vide auct. Super Matth. tom. 7. c. 26. q. 14. circa finem.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Oportebat, qđ Christus, qui nos à peccatis nostris redimeret, esset omnino impollutus, & incontaminatus, & propter hoc conuenientius vocatur agnus, quam aries. Vide loco citato.

Quis ex vobis arguet me de peccato. Christus accepit passiones nostras & defectus, qui non dicunt peccatum, neque ad peccatum mouent, neque ipsum indiuiduum reddunt minus laudabile. Vide auct. Super Matt. tom. 5. c. 21. q. 101.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Christus non poterat peccare, quia erat Deus, ac propterea non habuit Angelum custodem propriè loquendo, cum non indigeret adiutore ad non peccandum. Vide auct. Super Matth. tom. 5. c. 18. q. 61. in principio.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Christus non accepit peccatum, accepit tamen omnes pœnalitates, quæ secutæ sunt pro peccato. Et habuit Christus maiorem innocētiam, quam Adam, cum ipse sit innocentiæ dator. Et fuit innocenter natus, qui neque peccauit, neque in peccato nasci potuit.

Non ne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu & Dæmonium habes? Valde scandalizabantur Iudæi de Samaritanis, & ad magnum improperium habebant nomen Samaritanorum, ac propterea maledicendo Christo; vocabant eum Samaritanum. Vide aucto. Super Matth. tom. 3. c. 10. q. 9.

Et Dæmonium habes? Duo mala dicebant de Christo Pharisæi, scilicet; quod opera Christi erant in virtute Dæmonum & quod ipse haberet Dæmonem habitantem in eo corporaliter. Vide super Matth. tom. 4. c. 12. quæst. 55. in fine.

Quia Samaritanus es tu. Maximum odium erat inter Iudæos & Samaritanos. Nam Samaritani persequebantur semper Iudæos, aut saltem oderant eos, cum persequi non poterant, & iungebantur inimicis eorum, ideo etiam Iudæi oderant eos; Vnde exosum habebant nomen eorum. Vide auct. loco citato. Vide etiam auct. super 4. Reg. c. 16. q. 24. circa finem.

Ego dæmonium non habeo. Quandocunque alicui dicuntur mala, & iniuriæ, quæ non solū sunt contra personā eius, sed magis contra honorem Dei, non potest ex humilitate tolerare iniurias, sed tenetur respondere maledicenti; & quia hæc Iudæorum maledictio repugnabat nimis honori Dei, nā si Christus tacendo cōsensisset se Dæmonium habere, consequenter fateretur, quod tota prædicatio sua, & omnia opera, quæ faciebat erant à Dæmone. ideo non debuit tacere, sed dicere Iudęos mētitos & sic dixit, ego Dæmonium nō habeo. Vide auct. in præfationem primam. D. Hieron. Super lib. Paralip. post quæst. 7. circa illud: Et obtrectatoribus meis tātum respondebo.

Ego Dæmonium non habeo. Immo etiam iniuria, quæ fit alicui communitati nō debet aliquo modo remitti, siue congrua satisfactione, & punitione. Quomodo autem possit quis remittere, & non remittere iniuriam sibi irrogatam

rogatam

tali, & grosso loquendi, non quidem, quia scriptores vnde fecerint, cum dictante Spiritu Sancto locuti fuerint, & potissimé quia Christus interdum loquebatur, ipse enim dixit. Antequam Abraham fieret ego sum, sed ideo factum est, quia sacra scriptura data est, vt à nobis intelligeretur, & quia quædam de Deo prolata secundum veritatem, & modum ineffabilia erant, scilicet, quia vel non inuenirentur verba significatiua illorum, secundum proprietatem suam, vel interdum si inuenirentur intelligi difficilia forent, scriptura autem omnibus se communicari voluit, ideo tali modo locuta est, quo intelligi ab omnibus poterat, & quia nos temporales sumus, & secundum conditionem temporis intelligimus, locuta est per temporis proprietates. scilicet prius, & posterius. Vide auct. super Iosue, cap. 11. q. 53.

Antequam Abraham fieret ego sum, Sed quomodo si Deus creauit hæc omnia, non dicetur esse ante illa? hoc enim videtur necessariò dicendum, quia non potest intelligi, quod causaret cum nondum esset. Vide auct. loco citato.

Antequam Abraham fieret ego sum. Si autem probetur, quod Deus sit ante quamlibet rem. quia Deus est verbi gratia, quando formatus fuit Adam, & formatio Adæ fuit ante diluuium, ergo Deus fuit ante diluuium. & sic arguitur de qualibet alia re, quod fuerit ante illam. Vide loco citato. Vbi de hac plenè agitur.

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum, Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Prophetæ, vt cõiter, & blasphemãtes lapidabantur. Cum autem populus, aut aliquis Princeps occideret Prophetam, aut virum iustum, opponebat ei crimen aliquod, quasi blasphemasset, aut aliquid contra legem egisset, & tunc ei pœnam blasphemantis infligebat, scilicet lapidabat eum. Quare autem Christus non fuerit lapidatus. Vide super Matth. tom. 6. c. 23. q. 266.

Iesus autem abscondit se, &c. Ratio quare Christus declinauit hanc persecutionem Pharisæorum, abscondendo se, potest assignari multiplex. Vel enim ideo fecit, vt auferret Pharisæis occasionem efficiendi se deteriores; quod ex charitate procedebat. Secundo, quia Christus erat verus homo, ideo volebat in se ostendere conditionem hominis, homo enim, qui mala pati potest, timet, & declinat, ita Christus declinare voluit inimicorum persecutionem. Tertio fuit, quia nondum erat locus, nec tempus patiendi. Quarto fuit propter instructionem nostram, quia multi infirmi futuri erãt inter Christianos, qui persecutores fugerent, & quia si Christus nunquam fugisset persecutores, putaretur peccatum esse fugere, voluit aliquando fugere, vt nos putemus licitum esse vobis fugere quando persecutio grassatur. Vide auct. super Matth. tom. quarto, capit. 12. quæstione 42.

Iesus autem abscondit se, &c. Quando autem liceat, & quando non liceat fugere, & declinare persecutionem inimicorum. Vide apud auct. super Matth. ca. 10. q. 112. & q. 113.

Iesus autem abscondit se, &c. Christus ter se liberauit à morte. Semel in Nazareth. Luc. quarto. Iterum in porticu Solomonis. Ioan. decimo, & iterum modo in templo. Vide auct. super Matth. tom. quinto, capit. vigesimoprimo, quæstione quin quagesima octaua, circa medium.

FERIA SECVNDA post Dominicam in Passione.

Euang. Ioan. VII.

Miserunt Principes, & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum. Pharisæi magis persequebantur Christum, quam cæteri, & erant acriores hostes eius; & ratio esse videtur, quia ipsi erant, qui maiorem sanctitatem in populo simulabant, & qui in maiori opinione à populo tenebantur, & ideo magis eis deperibat de honore viuente Christo, quam cæteris, & ob hac magis mortem eius cupiebant, & cum maiori sollicitudine illam tractabant. Vide auct. super Matth. tom. 6. capit. 22. quæst. 73.

Miserunt Principes, & Pharisæi, &c. Pharisæi propter multa mouebantur ad persequendum Christum.

Primo propter inuidiam, quia videbant, quod excellebat in miraculis, qualia nemo vnquam fecerat, & propter hæc sequebatur eum populus, & hoc erat molestum Pharisæis, qui honorem à populo cupiebant, & cum populus vnanimiter sequeretur Christũ, despiciebat eos.

Secundo fuit, quia Pharisæi irascebantur Christo, quod concludebat eos tacere cogens quotiescunque contra eum, vel discipulos eius aliquid obijciebant, & tamen cum ipsi honorem cuperent, & se peritos legis coram plebe ostendere vellent, molestè ferebant, quod concluderentur à Christo, quasi nihil intelligerent, & maximè erat hac, quia populus, qui Christum diligebant valde gaudebat, quando Christus ratione cogebat Pharisæos tacere, & applaudebant ei.

Tertio erat, quia non solum Christus Pharisæos conuincebat, sed etiam tanquam non intelligentes, & adhuc rudes mittebat eos ad ad discendum, adæquans eos paruulis.

Quarto erat, propter Sabbathum, quia Pharisæi, quorum tota sanctitas erat in cæremonijs, zelabant valde pro Sabbatho, & quia Christus videbatur ei illud violare, & insuper ratione defendere, non poterant æquanimiter tolerare, ideo occidere illum volebant, ne istam angustiam quotidie pati cogerentur. Vide auct. super Matth. tom. quarto, capit. duodecimo, quæst. quadragesimaprima.

Miserunt Principes, & Pharisæi, &c. Maximum erat odium, & personale Pharisæorum contra Christum, vnde nolebant, quod ipse esset Messias, sed potius vellent carere messia, vel quod nunquam veniret Messias, quam quod Christus esset Messias. Vide auct. super Matth. tom. 4. cap. duodecimo, quæst. quinquagesimaquinta. Vide etiam, quæ notata sunt Feria quarta, post Dominicam quartã Quadragesimæ de odio Pharisæorum contra Christum.

Quæretis me, & non inuenietis, & vbi sum ego vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos. Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Dicebant ei hoc Iudæi tanquam inconueniens, & de quo valdè admirarentur, si illud faceret. Propterea Christus Matth. decimo, iussit discipulis, ne irent ad prædicandum gentibus, vt auferret Iudæis occasionem murmurandi, & abijciendi ipsum, nam Messias de gente Iudæorum erat, & ad ipsos pertinebat, & promissio ipsis facta fuerat. iuxta illud ad Rom. 9. Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamẽtum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum

fuerunt magis in gentilibus, quam Iudæis, cum plures de gentilibus fuerint conuersi ad Christum, quam de Iudæis. Vide auct. super Matthæum. tom. 1. capitul. 2. quæstio. 9. in responsione ad secundum argumentum.

In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me, & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viua. Adeo abundanter fluebat doctrina de Christo, quod non solum ipse effundebat eam sicut aquam, sed etiam illi, qui edocti erant ab ipso, & ad hunc sensum exponitur, id quod habetur Num. 24 capit. scilicet. Fluet aqua de situla eius, quod explicatur de doctrina Messiæ, & intelligitur, fluet aqua de situla eius, idest fluet doctrina abundanter de illo, sicut de situla abundanter aqua fluit. Vide auct. super Num. capit. 24. quæstio. 3. circa prædicta verba, vbi affert hanc auctoritatem, scilicet, in nouissimo autem die, &c.

Qui credit in me, sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aqua viua. Istud testimonium est in prouerbijs, vt dicit Hieronymus in Prologo super Gen. & habetur Prouerb. 5. Cum dicitur. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui deriuentur fontes tui foras: idest deriuentur de vtero tuo, & procedant ad alios. Etiam quia dicitur. In plateis aquas tuas diuide, idest aquas, quæ egrediuntur de vtero tuo, quæ sunt doctrina legis, deriuentur ad alios. Et hoc fit in plateis, quia verba legis Christi publicè proponuntur, & hoc consonat huic allegationi, quam facit Christus, scilicet flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, quod exponit Euangelista, subiungens. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Si autem obijciatur, quod nec in Prouerbijs, nec in alio libro veteris testamenti dicitur, qui credit in me flumina de ventre eius fluent. Respondendum, quod Christus non allegauit totum illud haberi in Sacra Scriptura, sed solum illud: flumina de ventre eius fluent. Et istud habetur in æquipollentia sensus Prouerb. 5. & Christus exposuit illud de credentibus in se, & sic non probabat ipse ex hoc, quod credentes in se haberent flumina in ventre, sed allegat similitudinem, scilicet, qui credit in me, habebit flumina de ventre eius fluentia, sicut Scriptura dicit, quod de ventre alicuius deriuarentur fontes, vel flumina. Vide auctorit. super Præfatione prima Diui Hieronym. in libro Paralipom. post quæstione sexta, super verba textus. In Euangelio secundum Ioannem, &c.

Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Ex hoc videtur quod nulli de credentibus in Christum datus fuerat Spiritus Sanctus antequam glorificaretur Christus, idest sederet ad dexteram Patris, quod fuit in Ascensione. Vide auct. super Matthæum. tom. 1. capitulum tertium post quæstionem sexagesimam quartam, circa illud: Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto. Vide etiam hanc auctoritatem apud auctor. super Matthæum. tomo sexto, capitulum vigesimum quartum, quæstionem 212. in medio.

F E R I A T E R T I A
Post Dominicam in Passione,

Euang. Ioan. 7.

A*mbulabat Iesus in Galilaeam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.* Christus interdum fugit, & aliquando se obtulit, sicut & nos facere debemus. Nam semel eum persequebantur Nazareni, volentes præcipitare ipsum de monte, ipse vero transiens per medium illorum, recessit ab eis, & iuit in Capharnaum Luc. capitulo quarto. Iterum in templo sumptis lapidibus voluerunt eum lapidare Iudæi, ipse vero abscondit se, & exiuit de templo, Ioannem octauum capitul. Iterum quando in porticu Salomonis dixerunt ei Iudæi, si tu es Christus dic nobis palàm, quærebant eum interficere, & ipse exiuit de manibus eorum, & iuit iterum trans Iordanem, in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans Ioannem 10. capitul. Postea autem rediit in Bethaniam, & hoc quando venit ad suscitandum Lazarum, sed quia tunc Pontifices, & Pharisæi collegerunt concilium contra ipsum, vt eum occiderent, fugit de Bethania. dicitur enim, quod Iesus iam palam non ambulabat, apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertum in Ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum Discipulis suis. Sic etiam modo non audebat publicè ambulare in Iudæa, quia quærebant eum Iudæi occidere. Aliquando vero iuit sponte Ierosolymam ad locum passionis. Et ita regulam illam seruauit aliquando fugiens, aliquando se offerens, quod etiam à nobis faciendum est, nam quando specialiter quæritur persona, & mors sua non est vtilis ad fidei exaltationem, neque conseruationem, fugere debet. Quando autem ex occultatione detrimentum fidei sequitur, nemo se occultare debet. Et quia nos nescimus semper, quando mors nostra est Deo accepta ad laudem eius, & fidei exaltationem, fugere est nobis communius, quam expectare, vel nos offerre. Si quis tamen sciret, quod voluntas Dei erat quod se exponeret persecutoribus, peccaret mortaliter si fugeret, vel se absconderet, sicut quando Petro recedente de carcere, occurrit ei Christus, & dixit Petrus Christo. Domine quo vadis? Et ille dixit. Vado Romam iterum crucifigi. Et tunc Petrus agnita voluntate Dei, rediit. & martyrio coronatus est. Si autem post hæc verba adhuc Petrus recederet, vt non toleraret mortem, peccaret mortaliter, quia contra voluntatem Dei expressam faciebat. Sic etiam de nobis esset; Vel dato quod aliquis omnino putaret, quod recedente ipso de loco persecutionis, fides irrideretur; Vt si esset Prælatus, & eo fugiente hostes fidei irriderent eum, quasi nihil esset, vel si eo recedente grex Dominicus maneret desolatus, nullo confortante eum, in verbo doctrinæ. Si tunc Prælatus recederet, & crederet ista mala secutura ex absentia sua peccaret mortaliter, etiam si non reuelaretur sibi specialiter, quod manere deberet. Christus autem sciebat voluntatem Dei, nam ipse Deus erat, & ad hoc solum carnem sumpserat, vt in natura assumpta moueretur pro vobis, & sciebat quando, & vbi, & qualiter, & per quas, & qua de causa occidendus erat, & quid circa hoc Deus disposuerat, ideo conuenienter agebat, & quando fugiebat, & quando se offerebat. Vide auctor. super Matthæum. tomo quinto, capitulum vigesimum, quæstione 44. Vide etiam pro hac materia auctorem loco citat. capitul. 10. Vide præterea, quæ notata sunt

Dominica in passione, super illa verba. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

Quærebant eum Iudæi interficere. Hæc persecutio fuit in in anno Christi 32. in quo inceperunt omnes eius aduersitates. Vide auct. in secunda parte defensorij. ca. 12. post medium. Vbi habetur hæc auctoritas.

Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenophegia. Hoc erat vnum de præcipuis festis, quæ habebãt Iudęi. Pro quo vide auct. super Exod. tom. primo, capit. vigesimotertio, quæst. vigesimatertia, circa illud: Tribus vicibus per singulos annos, &c.

Scenophegia. Festum Scenophegiæ, erat vnum de festis celebrandis à Iudæis ex præcepto Domini. Pro quo vide auct. super Exod. tom. 1. capit. 23. quæst. 24. circa illud. Per in anno.

Scenophegia. Festum Scenophegiæ siue tabernaculorum celebrabatur die 15. mensis septimi, vsque ad 21. diem eiusdem, & dies celebres erant duo, scilicet primus, & octauus, qui non pertinebant ad festum Scenophegiæ, sed erant cætus, atque collectæ. Fiebant autem in locis scatentibus tabernacula extra domos, vel in solarijs, aut detectis domibus, ad signandum, quod in deserto Deus fecerit eos habitare in domibus arborum; & in die 15. mensis septimi, qui erat dies primus festiuitatis tabernaculorum, siue Scenophegiæ, accipiebant Hebræi fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrẽte, & lætabantur in eis: In omnibus his diebus fiebant sacrificia determinata in pecoribus de quibus Num. 29. c. Vide super Exod. tom. 1. c. 23. q. 24. vbi multa de hac festiuitate habentur.

Scenophegia. Plura alia de hac festiuitate vide super Num. cap. 29. post quæstionem nonam, & super Leuit. cap. 23.

Dixerunt autem ad eum fratres eius. Maria non habuit alios filios, qui essent fratres Christi nati ex ipsa, & Ioseph, vt perperam asserit Cherintus hæreticus. nam dicens Christum genitum esse ex Maria, & Ioseph, vnde poterat habere fratres ex patre, & matre, Matth. 1. dicitur, quod inuenta est Maria habens in vtero de spiritu Sancto. Et Angelus dixit, quod ex ea natum est, de spiritu Sancto, id est non de viro, & allegatur ibi dictum Isaiæ, scilicet. Ecce virgo concipiet, vt innuatur, quod Christus manente matris virginitate conceptus, & natus est. Item dicitur ibi. Ioseph accepit Mariam coniugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum, & vocauit nomen eius Iesum. ergo saltem necesse est dici vsque ad Christi natiuitatem Mariam semper mansisse virginem. Vide auct. super Matth. to. 4. c. 12. q. 102.

Dixerunt autem ad eum fratres eius. Neque potest stare id quod asserit Heluidius hæreticus, vt refert D. Hiero. lib. contra Heluidium, quod Maria ante Christi natiuitatem semper fuit virgo, sed eo nato cognita est à Ioseph, & habuit filios, qui vocantur fratres Christi; sed hæc insania est, nam virgo Christum peperit, & postea semper in virginitate mansit, vt est suppositio fidei. non ergo habuit Christus fratres aliquos, nec ex parte patris quoniam patrem non habuit in terris, nec etiam ex parte matris, quia illa semper in virginitate mansit. Vide loco citato. & tom. primo, cap. 1. quæst. 50. vbi adducuntur, & soluuntur rationes Heluidij hæretici pro hac positione.

Dixerunt autem ad eum fratres eius. De istis fratribus Christi dicunt aliqui, quod sicut ipse Christus non erat filius Ioseph, & tamen putabatur filius eius, Luc. 3. ita etiam isti non erant fratres Christi, & tamen putabantur esse fratres eius, vnde tenent, quod isti fuerint filij Ioseph ex alia vxore, vt refert Beda. Sed D. Hierony. improbat hanc positionem dicens. Quidam vero fratres Domini ex alia vxore Ioseph filios suspicantur, sequentes deliramenta apocriphorum quandam Iestam mulierem confingentes, & tamen hanc positionem tenet aliqualiter D. August. libro de quæstionibus Euangelij. Scilicet ex cognatione Ioseph dici potuerunt fratres eius ab ijs, qui illum fratrem Domini arbitrabantur. Sed tamen opinio magis communis, & magis vera est, quod isti erant fratres, idest cognati Christi ex parte matris, scilicet filij sororum Mariæ, & potissimè illius Mariæ, quæ vocatur Maria Iacobi, Mar. 16. & Luc. 24. idest mater Iacobi, siue Maria Cleophæ, idest vxor Cleophæ Ioan. decimonono, quæ tamen fuerat vxor Alphæi prius, cuius filij fuerunt isti, qui vocantur fratres Domini. sic dicit Hierony. Nos autem fratres Domini non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris sororis Mariæ matertera Domini filios intelligimus, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph. Fratres autem consobrinos dici, omnis scriptura demonstrat, Isti autem fratres erant Iacobus, & Ioseph, & Simon. & Iudas Matth. 12. & Mar. 6. Illi tamen sunt filij Mariæ Iacobi, quæ est soror virginis. Quatuor autem modis in scripturis fratres dicuntur. Scilicet natura, gente, cognatione, affectu. Natura, vt Esau & Iacob. Gente, vt omnes Iudæi fratres dicuntur. Deuteron. 15. & 17. scilicet non poteris constituere super te Regem, qui non sit frater tuus. Cognatione, vt qui sunt de eadem familia, vt Gen. 13. Dixit Abraham ad Loth. Nõ sit iurgiũ inter te & me, quoniam fratres sumus. Affectu dicuntur fratres dupliciter, scilicet in speciali, & generali. In speciali, vt omnes Christiani dicuntur fratres Matth. 23. omnes vos fratres estis. In generali, vt omnes homines ex vno patre primonati para germanitate coniunguntur. Dicit autem, quod non dicuntur fratres Domini natura, quia oportebat tunc exprimi patrem, vel matrem, & tamen scriptura non dicit eos filios Ioseph, nec Mariæ. Non etiam dicuntur fratres gente, quia absurdum est, quod pauci ex Iudæis vocentur fratres, cum omnes Iudæi fratres possent appellari. Nec etiam dicuntur fratres affectu speciali, quia tunc potius Apostoli fratres dicerentur, idem etiam affectu communi, quia sic omnes homines fratres erant ei, ideo stultum erat quosdam solum fratres nominare. Restat ergo, vt dicantur fratres cognatione, idest, quia erant de eadem familia, scilicet filij sororis matris suæ. Vide auct. super Matth. loco cit. q. 103.

Transi hinc, & vade in Iudæam, vt discipuli tui videant opera, quæ tu facis, nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse. si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Per hoc innuebant, quod Christus prædicando, & miracula faciendo in Galilææ, erat quasi ignotus, & prędicando in Iudæa, manifestabat se mundo. Vide auct. super Matth. tom. 1. cap. 4. q. 86. vbi affert hanc auctoritatem.

Transi hinc, & vade in Iudæam &c. Cognati Christi erant viri mundani, vnde videntes ipsum facere talia mirabilia in terra Galileæ inter pauperes, hortabantur eum, vt iret in Ierusalem, & ostenderet se ibi mundo, vt consequeretur honorem de operibus suis. Vide auct. loco cit. capit. tertio, quæst. vigesimaoctaua, post medium.

Vt discipuli tui videant, &c. Non est illicitum bona opera fieri in publico, & non differt fieri illa in publico, vel in secreto, Christus tamen dedit regulam de faciendo bona opera in publico, vel in occulto, non tanquam sit magis illicitum sic, quam sic, sed quia in hoc datur cautela hominibus, vt non perdant fructum laboris sui, quia quandocunque homo agit bonum aliquod ad gloriam sæculi nihil per illud meretur, sed totam mercedem suam recepit in gloria sæculi. sic patet Matth. sexto, cum dicitur de hipocritis, qui faciunt eleemosynam, vt honorificentur ad hominibus, in vicis, & sinagogis. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Illi autem, qui in occulto bona opera faciunt, sunt securi de mercede sua apud Deum quia constat eos non agere ad gloriam sæculi, quia vbi nullus est, nulla gloria sæculi est, & propter hanc securitatem, Deus iubebat per modum consilij, quod faceremus opera nostra in occulto. Si autem aliquid homo sit firmatus in virtute ita, quod nõ timeat sibi insurrecturam inanem gloriam, quãquã publicè benè agat,

tunc laudabile est agere in publico. Et hoc Christus suadet Matth. 5. Dicens, sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in Cœlis est. Sciendum autem, quod agere bona opera in publico, solum prodest ad vnum, scilicet ad hoc, quod videntes laudent Deum, qui incitauit illum ad benè operandum, & quod ipsi moueantur ad simile agendum. Agere autem in occulto, suadet ad multa. Primo quia constat hominem, non agere propter inanem gloriam, quæ in occulto agit, vt patet per auctoritatem Euangelij inductam, scilicet. Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse Et sic qui opus bonum in abscondito facit, non vult esse in palam per inanem gloriam. Secundo quia qui agit in occulto est securus de mercede quæ poterat tolli per inanem gloriam, nam interdum homines non mouentur ad bonum opus propter inanem gloiam, sed propter Deum, & tamen cum fecerint in publico, subrepit eis quidam motus gloriationis, & elationis, & iste diminuit de quantitate boni operis, qui autem in abscondito agit non solum non agit propter inanem gloriam, sed etiam securus est de illa quod non insurget, cum non sit aliquis qui opus occultum possit laudare, vel approbare, aut venerari auctorem. Tertio quia tollitur occasio detrahendi multis. Nam cum quis publice bonum opus facit, quia totus mundus positus est in maligno, iudicantur homines potius ad iudicandum malum, quam bonum, scilicet quia dicunt hominem agere ad inanem gloriam. ideo ad tollendum alijs locum murmurandi, & peccandi, bonum est in occulta bona opera facere. Dicendum igitur per modum consilij, quod quãdo aliquis vult agere bonum opus, aut est magnum, aut paruum, quod communiter ab omnibus, fit, si sit magnum, aut ille, qui agit est vir imperfectus, timens posse vinci ab inani gloria, sicut omnes homines communes, aut est vir exercitatus in virtute, qui confidit non sibi insurrecturam inanem gloriam. Si primo modo debet agere in occulto, nec exponat se periculo ad perdendam mercedem suam, scilicet insurgente inani gloria. Si secundo modo, vtile est quod agat in publico, ad hoc quod videntes laudent Deum. In hoc tamen relinquendum est arbitrium viro prudenti oblata opportunitate agendi, quia tunc si credit, quod viso bono opere plures laudabunt Deum, & incitabuntur ad simile agendum, debet publicè agere, si autem credit, quod incitabuntur ad murmurandum, & non ageret simile, quia aliud præcessit eos, non debet agere in publico, sicut sunt plurimi de hipocritis, & desiderantibus inanem gloriam, qui quando viderint alios egisse aliquod bonum, nolunt ipsi agere simile, quia alius incepit, ne ipsi videantur sequi exemplum aliorum, quamquam prius fortè desiderabant agere illud bonum, sed cessant à benè agendo, vel agunt alia bona minus vtilia. Si autem credit quosdam ad bonum mouendos, alias verò ad murmurandum; dicendum est, quod si plures credit mouẽdos in bonum, quam in malum, publicè agere debet, si autem credit plures murmuraturos, consultius est in abscondito agere, quam publicè. Quod autem dictum est, quod ille qui timet inanem gloria surrecturam, debet agere in secreto bonum opus, intelligendum est de illis operibus, quę possumus facere in publico, vel occulto, quædam tamen sunt, quæ solum in publico fieri possunt, & de illis dicendum est, quod nullus debet recusare facere in publico, sed committere se Deo, qui seruet eum ab incursu inanis gloriæ. Si autem sint parua bona, & communia ea, quæ facimus, non differt ea fieri in publico, vel secreto, quia ex illis non est verisimile, aliquem mouendum ad desiderium inanis gloriæ, si tamen aliquis mouendum se putet ab inani gloria, debet facere, iuxta distinctionem supra factam. Vide auct. super 3. Reg. c. 18. q. 13.

Vt Discipuli tui videant &c. An autem liceat alicui dicere bona, quæ fecit alteri. Vide loco citato.

Tempus meum nondum aduenit. Vocat tempus suum tempus Passionis, quia tunc impleturus erat omnia pro quibus carnem assumpserat. Vide Matth. 27 dixit in fine Passionis, Consummatum est. idest in hac die omnia finem acceperunt. Vide auct. super Gen. cap. 15. circa illud. Sic erit semen tuum. circa principium.

Non potest mundus odisse vos. Mundus accipitur multipliciter, primo pro vniuersitate rerum, Ioann. 1. Scilicet. Mundus per ipsum factus est. idest tota vniuersitas. Secundo accipitur mundus pro statu præsenti, quo inter homines viuitur. Ioan. primo, scilicet. In mundum venit. idest ad viuendum inter homines. Tertio accipitur pro omnibus hominibus, siue bonis, siue malis. Ioann. 14. Vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, idest cognoscant omnes homines. Quarto accipitur pro hominibus mundanis, quos vocamus mundanos, quia ea sola quæ in præsenti vident desiderant. sic Ioan. 17. Pro his rogo, & non pro mundo, idest non pro hominibus mundanis. Quinto accipitur mundus pro rebus, quæ in mundo sunt, & solum habentur hic, & concupiscuntur ab hominibus mundanis. Sic accipitur 1. Ioan. 2. Scilicet omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Idest in rebus mundanis, nihil est nisi hoc. Vide auct. super Matth. tom. 1. cap. 4. quæst. 74. Vide etiam auct. super Matth. tom. 5. c. 18. quæst. 35.

Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam ad diem festum istum. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè sed quasi in occulto. Propterea quod Christus prius dixerit se non ascensurum ad diem festum, & postea ascenderit, non est mentitus, quia intelligebat, quod ipse non erat ascensurus immediatè, & quando ipsi dixerunt, non negauit tamen quin postea ascendere vellet. Quod patet ex verbis suis scilicet. Vos ascendite ad diem festum quia tempus meum nondum impletum est, scilicet tempus quo ego ascendere debeo, & quia postea completum est tempus eius, ascendit. Vel intelligitur quod non ascenderet ad diem festum, eo modo quo illi volebant, quia illi volebant, quod ascenderet publicè, & faceret miracula magna ad ostensionem famæ suæ: ad hanc autem intentionem Christus ascendere volebat, sed valdè in occulto, ideo dixit quod non ascenderet, scilicet eo modo, quo illi volebant, & hoc patet in litera. Sic etiam fuit de Samuele, qui quamuis prius dixerit se non reuersurum cum Saule. & postea reuersus fuerit 1. Reg. 16. tamen non est mẽtitus, quia non dixit significando id, quod ipse facere intendebat, sed significans quid mereretur Saul sibi fieri, scilicet quod propter peccatum eius merebatur, quod non honoraretur, tanquam Rex, & hoc intendit littera scilicet, Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Deus, ne sis Rex super Israel, intendebat tamen Samuel reuerti propter aliquod bonum, quod inde secuturum erat, scilicet quod impleret iustitiam Domini, & sic factum est, quia quando rediit, petiuit exhiberi sibi Regem Amalec, & trucidauit eum ideo non mentiebatur, nec peccabat, quia non agebat contra id, quod mente gerebat. Vide de his omnibus auctorem super primum Reg. tom. 2. capit. 15. quæst. 31.

Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant vbi est ille? Qui alijs inuident vel irascuntur, non possunt eos nominibus suis appellare, sed quibusdam nominibus circumlocutis, sic Pharisæi, cum haberent Christum exosum, interdum non vocabant eum nomine suo. Sic etiam Saul indignatus vocauit Dauid filium Isai, & non Dauid. 1. Reg. 20. dicens. Cur non venit filius Isai nec heri, nec hodie ad vescendum? Vide auct. super primum Reg. tom. 2. capit. 20. q. 31. in fine.

FERIA QVARTA post Dominicam in Passione.

Euang. Ioan. X.

F*Acta sunt Encenia in Ierosolymis, & hiems erat.* Scilicet in mense Decembri. Dedicatio templi vocatur festum encæniorum, scilicet innouationis pro templo reędificato sub Zorobabel. Vide apud auct. super Leuit. ca. 23. q. 2. circa principium.

Facta sunt Encænia &c. Festum] Encæniorum non erat vnum de festis regulatibus Iudæorum, quę à principio à Domino instituta sunt, sed de his, quæ ab ipsis Iudeis postea fuerunt instituta ex aliqua magna, & rationabili causa. Vide auct. loco citato, & super primum. Reg. tom. 2. c. 20. q. 9. circa principium. & super Matth. tom. 5. c. 21. q. 55. circa principium.

Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Templum Salomonis erat quadrangulum, & in tribus lateribus suis, scilicet Meridiano, Occidentali, & Aquilonari, erat valatum domibus hęrentibus parietibus templi quæ vocabantur exedrę. In latere autem orientali, non erant aliquæ domus, eo quod ibi erat porta vnica templi. & ante portam ipsam in parte sua orientali relinquebatur spatium quoddam liberum, quod nec domibus occupabatur, nec atrio Sacerdotum, vel atrijs laicorum. Et istud spatium posticus appellatur quia ante portam erat, & istud spatium erat secundum longitudinem ab Aquilone in Meridie cubitorum viginti, secundum latitudinem templi. & super istud spatium dependebat tectum de sumitate parietis, eratq; longitudo tecti cubitorum viginti, & latitudo decem. Et ista erat magnitudo templi, & porticus. In isto porticu erant duę columnæ pulchrę. Scilicet Booz, & Ioachin, de quarum pulchritudine patet 3. Reg. 7. Et per istum porticum poterant deambulare tam laici, quam Sacerdotes, ante portam Templi colloquendo de rebus vtilibus, in qua porticu, sępe Christus cum Pharisæis locutus est, & eum modo lapidare voluerunt. Duplex autem fuit causa quare hæc porticus facta est, prima propter necessitatem, nam porta templi erat in parte Orientali eius 3. Reg. 6. & si pars illa occupata esset domibus exedrarum, vel alijs, sicut alia tria latera templi, nullibi esset porta, ideo necesse fuit, quod aliqua pars aliqua pars ante templum esset libera, in qua esset pars, & illa pars vocaretur porticus. Vocabatur autem porticus pars ista, propter tectum pendens super eam. nam si esset ante portam spatium liberum, & tamen non penderet tectum super illud, non vocaretur porticus, ideo magnitudo tecti vocabatur magnitudo porticus. Causa quare tectum illud erat, fuit ad duo. Primo ad defendendum pulchritudinem portę ab imbribus, nam erat porta templi operta laminis aureis, vt patet 3. Reg. 6. & si imbribus maderent ianuæ, periret aliquid pulchritudinis, ideo conueniens fuit tectum fieri. Secundum fuit propter deambulantes per illam porticum, nam confluebant Iudæi ad colloquendum in porticu, & si non esset operta tecto, propter importunitatem temporis non possent ibi diu manere, ideo conueniens fuit tectum poni. Secunda causa porticus fuit pulchritudo templi, nam si templũ ex omni parte occupatum esset domibus, vel atrijs, dato quod posset introiri in illud per angustum locum, non esset pulcher ingressus, nec repararetur conuenienter tanta pulchritudo portæ templi vndique clausa impedimentis. Fuit etiam valde conueniens porticus illa, vt Hebræi, qui interdum non possent esse in atrijs templi propter importunitatem temporis, confluere vt ad ad porticum. Erant namque atria omnia discooperta, solum habentia in circuitu murum, & cum plueret, difficile erat quod quis maneret in atrijs, & confluebant tunc ad porticum. Sic colligitur ex auctoritate inducta huius Euangelij. cum dicitur. Facta sunt Encęnia in Ierosolymis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis, scilicet, quia hyems erat, & adhoc ex importunitate temporis non poterant Iudæi esse in atrijs templi, & confluxerunt omnes, tam Christus, quam alij, ad porticum. Et si hoc modo non exponatur hæc litera, non proderit ad aliquid particula illa, & hyems erat, & tamen ponitur ibi, vt redditiuum causæ alicuius rei, vel dicti. Vide auctorem super 2. Paralip. c. 3. q. 12.

Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus dic vobis palam. Respondit eis Iesus. loquor vobis, & non creditis, opera quæ ego facio &c. Quanquam Christus intenderet manifestare Iudæis per ea quæ faciebat se esse Deum, nunquam tamen voluit dicere apertè Iudæis se esse Deum, scilicet ego sum Deus, sed solum implicitè, & per circumlocutionem. Hoc autem fecit propter multa. Primo propter scandalum intolerabile, erat enim in auribus Iudæorum istud tam absurdũ, si quis diceret se esse Deum, quod etiam si fecisset plura miracula quam cogitari possent, nemo ei crederet, nec audire vellent rationem aliquem, aut probationem, sed clauderent aures suas, tanquam ad blasphemiam, & insurgerent in eum ad mortem. nam minus erat, vel saltem videbatur, quod aliquis propheta post multa miracula, quæ fecisset, diceret eanrus, & colamus aliũ Deum quem ignoratis, quam quod diceret ego sum Deus, nam de re quæ non videtur, poterant cogitare quod haberet aliquam deitatem, quod tamen homo viuens inter eos; posset esse Deus, nullo modo poterãt concipere, & tamen si ille Propheta diceret colamus alium Deum, quem ignoratis, non erat audiendus, sed illico occidendus; Deuteron. 13. ergo à fortiori si quis hominum apertè diceret ego sum Deus, nemo hoc sustineret, quantacunque miracula fecisset. Voluit ergo ergo Christus vitare hoc grauissimum scandalum, quia si hoc diceret, nec ad miracula sua respiceretur, nec doctrinam eius quisquam audiret; sed vnanimiter tota gens insurrexisset in eum, ad occidendũ ipsum. Patet hoc ex alijs minoribus, in quibus suscitatum est graue scandalum vt Ioann. 8. Christus dixit, antequam Abraham fieret ego sum, nam sustulerunt lapides vt iacerant in eum, ita ut oporteret quod se absconderet & exiret de templo, illud tamen valdè minus erat, quia non dicebat apertè se esse Deum secundo patet, quia propterea quod dixit Christus, vt habetur in hoc Euangelio opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me, & ego do vitam æternam, sustulerunt Iudæi lapides, vt lapidarent eum, non tamẽ dixit ibi apertè quod erat Deus, sed per circumloquia, & Iudæi hoc intelligẽtes voluerunt eum lapidare, à fortiori ergo lapidarent, si apertè diceret ego sum Deus vester. Tertio patet Matth. 26. quando petiuit Caiphas à Christo, an esset filius Dei, & illo dicente ammodum videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & veniẽtem in nubibus Cæli: quo audito Caiphas rupit vestimenta sua dicens, blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? Et omnes dixerunt reus est mortis. Ibi tamen non dixit se apertè Deum. Simile etiam fuit in Stephano, qui dixit, Video Cælos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei Act. 7. Iudæi autem dicentes hoc esse blasphemiam lapidauerunt eum, ita ergo facerent de Christo & clauderent aures sues, nolentes amplius eum audire. nam sic fecerũt de Stephano eodem cap. scilicet, exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetũ fecerunt vnanimiter in eum, non ergo debuit Christus apertè dicere ego sum Deus, quia hæc vox nullo modo potuisset audiri. Sic patet in præsenti Euangelio cum Christus dixit. Ego do eis vitam æternam, & Iudæi vellent eum sublatis lapidibus lapidare, dixit multa bona opera ostendi vobis, propter quod eorum mè lapidatis & illi dixerunt. de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Istud ergo nunquam erat dicendum, quia erat scãdalosum valde, sed poterat persuaderi paulisper per

aliqua circumloquia, nam ad rem grauissimam non est subito tendendum, nihil autem grauius, maius, & incredibilius, de homine dici poterat, quam quod Deus esset, ideo licet verum esset, quod Christus esset Deus, & haberet ad hoc firmissima testimonia, nō debuit à principio dici Iudæis adhuc rudibus, & longe manentibus vt ad hoc perduci possent, sed prius debuerunt corda ipsorum emolliri, & placari videndo mirabilia, quæ Christus faceret, & sic paulisper de eo magna credere inciperēt, vt iam plenè dispositis annunciaretur, quod Deus erat. Ita factum est, quia Christo viuente nunquam annunciatum est de eo, quod esset Deus, sed post mortem, & resurrectionem, & cōfirmationem Apostolorum, incepit prædicari, quod Christus esset Deus, & tunc fuit facilius persuaderi propter dispositiones præteritas. Vide de his auctorē super Matth. to. 3. c. 9. q. 17.

Si tu es Christus dic nobis palàm. Christus non dixit apertè, quod Deus erat, quia dicebat aliud per aliquod æquiualens, vt si quis non diceret se esse hominem, diceret tamen se esse animal rationale, quia ista idem omnino sunt. Vide loco citato.

Dic nobis palàm. Christus non dixit palam Iudæis se esse Messiam vel Deum, ne se ostenderet omnino, quis esset, & hæc fuit magis præcipua ratio, quam vitare scādalum, etenim scandalum, etsi grauissimum haberetur dicente Christo, ego sum Deus vester, poterat tamē tolli vel cedendo turbationi populi ad tempus, vt factū est Ioan. 8. quando abscondit se, & exiuit de templo & post paucum rediit ad prædicandum, & miracula faciēdum. Ioan. 9. & 10. vel poterat tolli scandalum, placando animos eorum, vel permittendo eos in iracūdia sua & seipsum per potentiam defendendo, faciendo quod nihil possent ei nocere. Sed ideo noluit dicere Christus aperte quis esset, quia ipse volebat mori, vt nos redimeret, impediretur tamen mors eius si istud prædicaret, quod patet, quia si istud diceret, populus hoc nón permitteret, sed necesse erat, quod vel eum citò occiderēt, vel talia faceret, per quæ populus credēs eum esse Deū, desisteret, & patet, quia ista res erat tam grauis, quod nequaquam populus dimitteret longo tempore illum sub dissimulatione transire, sicut de aliis rebus faceret, quæ non erant tam scandala, vtrumque tamen erat inconueniens, quia si Christo à principio suæ prædicationis dicente se esse Deum populus insurgens subito occideret eum, manerent opera eius incompleta, & memoria eius videretur peritura, nisi miraculosè illam cōseruaret, quod erat inconueniens, quia sicut oportebat Christum pro nobis pati, ita etiam necesse erat, quod nobis legem daret, cum qua viuentes consequeremur fructum passionis eius, quod non fieret si subito occideretur. Secundum etiam inconueniens erat, quia si Christo dicēte se esse Deum, populus crederet per signa quæ ipse ostenderet, nunquam crucifixissent eum, quia Deū nemo occidere vellet, & etiam crederent quod nō præualerent 1. Cor. 2. scilicet si enim cognouissent, nunquā Dominum gloriæ crucifixissent, istud autem erat maximum conueniēs, quia nos non poteramus nisi per mortem Christi saluari, ergo debuit se occultare ne putaretur esse Deus antequam occideretur; istud autem apparet manifestè, quia Christus non solum volebat dicere apertè se esse Deum, sed neque volebat dicere palàm quod erat Messias, nam dixerunt ei Iudæi quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, idest Messias, dic vobis palàm, idest non dicas per circumlocutiones. Christus autem dicere noluit, sed dixit opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me. Etiam quando Petrus dixit Christo, quod erat filius Dei, Christus dixit quod hoc taceret, ne cui reuelaret, quia oportebat ipsū multa pati, & reprobari à Senioribus Matt. 17. & Marc. 9. & Luc. 9. scilicet quod si cognosceretur eum esse Messiam, nemo illum occideret, & sic impedirentur quæ ipse disposuerat, ista ergo duo non publicauit, scilicet se esse Messiam, & Deū, sed reuelabat in secreto aliquibus, sicut mulieri Samaritanę Ioan. 4. nam illa dicente Messias venit, Christus dixit, ego sum, & hoc quia Samaritani non conuersabantur cum Iudæis, eodem cap. ideo licet aliqui eorū hoc scirent, non impediretur mors Christi, secus autem si Iudæi scirent, hoc, ideo nullis Iudæorum hoc reuelabat, nisi discipulis suis, & illis dicebat ne alicui dicerent vsq; post resurrectionem suam. Matth. 16. & hoc verum est nisi in fine vitæ cum iam ipsa passio inciperet, & non posset perturbari, nam tunc confessus alt se esse Deum publicè Marc. 14. quando summus sacerdos dixit interrogans, tu es Christus filius Dei benedicti? & ille ait: ego sum: & tamen hoc dixit, quia sciebat quod iam Iudæi erant tam commoti contra ipsum, quod etiam si confiterentur se Messiam, vel Deum, non curarent, sed magis murmurarent, & sæuirent, vt patet Luc. 22. cum dixit summus sacerdos Christo. Si tu es Christus dic nobis, & ille ait, si nobis dixero, non credetis mihi, si autem interrogauero, non respondebitis mihi, nec dimittetis me. dum autē viueret, poterat passio impediri, ideo ante hoc nunquam publicè istud confessus est Iudæis viuens. Etiam Christus dixit hoc cæco nato, quem sanauit, scilicet, Credis in filium Dei? & ille dixit. Quis est vt credam in eum? & dixit ei Christus, vidisti eum, et ipse est, qui loquitur tecum. Io. 9. sed huic dixit, quia sciebat, quod ille nō scandalizaretur, nec murmuraret de hoc Vide auct. loco citato.

Dic nobis palàm. Sed si Christus volebat se occultare esse Deum, & Messiam, cur per circumloquia & æquiualentia dicebat se esse Deum, & Messiam, sicut hic, & aliis in locis? Respondetur, quod debuit Christus tenere viam mediam, nam nec omnino debuit tacere se Deum esse, & Messiam, nec palam dicere debuit aliquid horum, quia quidquid istorum faceret, impediebantur ea, quæ ipse facere disposuerat; si enim palam diceret, impediebatur passio eius, vt dictum est; etiam non debuit omnino tacere hoc propter duo. Primo quia si nec ipse esset Deus, nec Messias, nihil iniustum viderentur fecisse Iudæi ipsum occidendo, cum legem eorum aliqualiter mutaret. Secundo, & principaliter, quia si ipse non ostenderet, & diceret aliqualiter se esse Deum, & Messiam, nemo postea annunciaret illū esse Deum, quia videretur esse fictum, cum ipse de se talia non dixisset, & istud erat grauissimum inconueniēs, sic enim dixit Porphyrius, & aliqui Pontifices idolorū, quod Iesus erat vir bonus, & sapiens, & non dixit se esse Deum, sed Petrus & Paulus, & alii discipuli eius hoc cōfixerunt, vt refert Aug. lib. 1. de concor. euang. nunc autem tenendo istam viam mediam, nullum fuit inconueniens, quia mors Christi nō fuit impedita, & Iudæi non fuerunt excusabiles, quia cum Christus diceret eis, quod dabat vitam æternam, & quod ipse, & pater vnum erant: pater tamen Christi erat Deus Hebræorum, sicut ipse dixit Ioan. 8. scilicet & vos dicitis, quia Deus uester est, manifestè colligebatur, quod diceret se esse Deum, & ad hoc faciebat signa quæ hoc sufficienter probabāt. etiam Messiam se esse ostendebat. nā cum dicerēt ei Iudæi, si tu es Christus dic nobis palam, ille dixit, loquor vobis, & non creditis, opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, non ergo erant excusabiles, quasi Christus non annunciasset quis erat. etiam non poterant calumniari quod discipuli confixerant eum esse Deum, cum sæpè ipse per circumloquia hoc dixerit, & quasi palàm, fuit ergo ille modus conuenientissimus, vt pote à Dei sapientia institutus, talis quidem, per quem qui boni erant apertè intelligerent, & crederent Christum esse Deum, qui verò mali erant, haberent in quo errarent. Vide auct. loco citato.

Opera quæ ego facio, in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Opera, & miracula, quę Christus fecit, nō probant eum esse Deum, quia etiam aliqui Prophetæ veteris testamenti fecerunt miracula, sicut Elias, & Eliseus, nam Elias suscitauit mortuum, 3. Reg. 17. c. Eliseus autem duos mortuos suscitauit. 4. Reg. 4. & 13. c. & alia multa fecit. si dicas, quod licet fecerunt miracula, tamen non fecerunt tot, & tam magna, sicut Christus, ideo Christus erat Deus. & hoc etiam Christus videtur innuere Ioan. 15. dicens, si non venissem, & non fecissem opera in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Hoc non sufficit, quia Apostoli, & discipuli

puli Christi fecerunt maiora miracula, quam Christus, Ioan. 14. scilicet. Qui credit in me, opera quæ ego facio ipse faciet, & maiora horum faciet, tamen nemo Apostolorum erat Deus, sed sequitur, quod per quemlibet illorum operabatur Deus, & ita licet Christus faceret maiora, & plura miracula, quam Prophetæ veteris testamenti, non sequebatur ex hoc quod Deus erat, sed quod Deus operabatur per illum plura, quam per alios, Si dicatur quod Christus differebat in modo operandi à patribus veteris testamenti, & ab Apostolis, quia omnes isti sub inuocatione nominis alieni miracula faciebant, Christus autem non inuocabat quenquam, sed quasi ex virtute propria operabatur. Neq; etiam istud sufficit, nam licet communiter sic fieret, tamen interdũ Christus ad faciendum miracula petebat se exaudiri à patre, & plorabat, vt Ioan. 11. quando suscitauit Lazarum, & quando saturauit turbas, leuauit manus ad Cælum, Ioan. 6. & Apostoli, & discipuli, & patres veteris testamenti interdum siue oratione, & inuocatione aliqua miracula faciebant Patet de Apostolis, nam Iudæi ponebant ægros in plateis, vt transeunte Petro, vmbra eius obumbraret quenquam eorum, & sanaretur, & sanabantur omnes qui obumbrabantur. Actuum 5. ca. & tamen ibi Petrus nihil inuocabat, imo interdum eo nõ aduertente sanabatur aliquis. De patribus veteris testamenti etiam patet, quia quando mortuus eiectus est in sepulchrum Elisæi, surrexit homo, & stetit super pedes suos, mox vt cadauer mortui tetigit ossa Elisæi, 4. Reg. 13. ergo neque etiam ex modo faciendi miracula constabat hoc. Vide auct. super Matth. tom. 5. cap. 21. quæst. 212.

Opera quæ ego facio &c. Miracula Christi quamuis facerent quãdam probabilitatẽ, quod Iesus esset Messias nõ faciebant tamen certam ostensionem. nam sola reuelatio certificabat eum esse Messiam, & erat necessaria, quia siue ea alia non certificabant, ideo quibus reuelatum est Iesum esse Messiam agnouerunt illum, quibus vero non fuit reuelatum, non potuerunt agnoscere. Vide auct. super Matth. tom. 5. cap. 21. q. 210. Vide etiam tom. 1. c. 3. q. 23. & 24.

Opera quæ ego facio &c. Quamuis Christus fecerit opera tam excellentia, propter quæ erant opiniones de eo, quod esset Ioannes, vel Elias, vel Ieremias, nõ tamẽ creditum est communiter, vel saltem à multis, quod esset Messias; & tamen Ioannes Baptista qui fuit tempore Christi, licet nullum fecerit miraculum, Io. 10. scilicet, Ioannes quidem nullum signum fecit, credebatur communiter, quod esset Messias. Luc. 3. scilicet existimante populo, & cogitantibus hominibus in cordibus suis de Ioãne, ne forte ipse esset Christus, & ipse negauit illud eodem cap. & Act. 13. scilicet quem me putatis esse, non sum ego, & tamen Iudæi miserunt nuncios ad eum dicentes, an esset Christus, Ioan. 1. & ipse negauit. Iesus autem e contrario multa miracula faciebat, per quæ rationabiliter credi poterat eum esse Christum, & tamen nũquam populus credidit eo viuente, quod esset Messias, nec etiam à plurimis firmiter putatum est. Causa huius fuit primo aduersitas Pharisæorum, & scribarum contra Christum, erant enim Pharisæi, & scribæ doctores plebis, & sequebatur eos totus populus, in omnibus quę docebant, ipsi tamen valde aduersabantur Christo, dicẽtes eum non esse à Deo. Ioan. 9. scilicet. Non est hic homo à Deo, qui sabbathum nõ custodit. Et operari in potestate Dæmonũ Matth. 9. & 12. scilicet. In Beelzebub Dæmonia eijcit. ideo valde populus distrahebatur credere id, quod credẽdum erat de Iesu. De Ioanne autem non fuit sic saltem à principio, nam Pharisæi, & scribæ non aduersabantur ei, sed potius multi Pharisæorum, ibant, & audientes doctrinam eius, baptizabantur ab eo in Iordane. Matth. 3. ideo credebatur de Ioãne, quod esset Messias. secundo fuit & præcipuè, quia Deus non concurrebat cum Iudæis, mouens animas eorum ad credendum hoc, & ideo licet viderent signa multa, manebat cor eorum obtenebratum. & non credebant. Istud autem factum est, quia si Iudæi credidissent Iesum esse Messiam, ante mortem, nunquam illum occidissẽt, & tamen mors sua erat necessaria ad salutem nostram, quia ad hoc venerat, ideo nõ concurrit cum eis, vt hoc crederent. Et patet hoc, quia quando discipuli confessi sunt Iesum esse Christũ, dixit eis, quod nemini dicerẽt, quia oportebat eũ multa pati & reprobari à senioribus, Marc. 9. & Luc. 9. quasi diceret, quod si ista publicarentur, impediretur passio sua, quam ipse toleraturus erat consilio seniorum, ideo non erat hoc publicandum, & ob hoc licet Christus faceret omnia, per quæ constare posset eum esse Messiam, non credebant Iudæi, sed manebant semper sub dubio, vnde dicebant sub dubio. Nũquid hic est Christus Ioan. 7. & Nunquid hic esse filius Dauid Matth. 12. & etiam interdum ab ipso quærebãt, sicut modo, dicentes. Quousque tollis animas nostras? Si tu es Christus, dic nobis palàm. Et ille ait, loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei testimonium perhibent de me, & tamen cum hęc diceret, adhuc non credebant, sed magis scandalizabantur. quia filium Dei se faciebat. Et hoc erat quia obtenebratum erat cor illorum. ad Rom. 11. Cæcitas contigit in Israel, donec intraret plenitudo gentium. Hoc etiam interdum accidebat discipulis Christi. Vide auct. super Matth. tom. 3. c. 16. q. 53.

Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Mali non sunt de ouibus Christi. Vide auct. super Matt. tom. 3. c. 10. q. 132.

Sed vos non creditis &c. Quasi dicat, satis apertè loquor vobis, nec obscuritas locutionis meæ impedit, quin credatis, sed hoc solum vos impedit, scilicet quia nõ estis ex ouibus meis. Idest quia mali estis non vultis credere etiam si apertissimè vobis dicatur, nam magis credere deberetis operibus, idest miraculis, quæ necessariò conuincunt, quam verbis, sed illis non creditis, etiam si sint efficacissima, quomodo ergo credatis verbis nudis? Frustra ergo petitis quod loquar vobis palam. Vide auct. super Matth. tom. 3. ca. 9. q. 17. in fine.

Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est. Idest non possunt existimari maiora bona, quam illa, quæ filius accepit à patre. Et ad istum sensum exponitur illud quod habetur Psa. 109. & refertur Matth. 22. c. scilicet. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Hæc enim est figurata locutio, accepta ex eo, quod homines putant de respectu sedendi, nam dextram vocant partem meliorem, & qui sedet ad dextram honorabilis iudicatur, sinistram autem putant esse deteriorem, & ideo inhonorabiles constituunt ad sinistram; vt ergo innuatur, quod maxima bona, quæ pater habet sunt filij, & in potestate eius constituta sunt, dicitur quod sedet ad dexteram patris, quia non potest excogitari melior habitudo sedendi, & ita solet exponi communiter, quod sedet ad dexteram patris, idest in potioribus bonis eius. Ita dicit Remigius. scilicet. Quod autem dicitur sede à dextris meis, non est intelligendum quod Deus corporeus sit, vt dextram & sinistram habeat, sed à dextris Dei sedere est in honore, & æqualitate paternæ dignitatis manere. Vide auct. super Matth. tom. 6. c. 22. q. 347.

Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus, multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Animos Iudæorum volentium ipsum lapidare Christus placauit verbis, & hoc fuit. quia prius per potestatem corda eorum interius placauerat, cum sint corda hominum in manu Dei, Prouerb. 15. & 21. aliàs enim verba sola non sufficerent ad subito continendum animos tam concitatos. Vide auct. super Matth. tom. 3. c. 9. q. 17. in medio.

De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, et quia tu homo cum sis facis teipsum Deum. Non solum quando quis maledicebat Deo, vocabatur blasphemia, propter quam deberet lapidari, sed etiam quandocunque aliquis diceret aliquid, quod signaret aliquam imperfectionem Dei, sic enim dixit Christus. Nunc videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus Cęli, Matth. 26. & Luc. 22. & ista blasphemia iudicata est digna morte, ita vt diceret

sum-

summus sacerdos Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? & erat ista blasphemia reputata à Iudęis, quia Christus faciebat se æqualē Deo. Sic etiam modo dixerunt Hebræi. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. Sic etiā beatus Stephanus visus est Iudęis blasphemare, cum dixit, Ecce video Cęlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei, & tunc impetu facto lapidauerunt eum, Actuum 7. Sic etiam erat de omnibus alijs assertionibus, in quibus videretur aliqualiter lędi honor Dei. Vide auctorem super 3. Reg. cap. 21. quæst. 5.

Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi dij estis? Hoc nomen Deus alicui conuenit cum adiuncto, cui sine adiuncto nullo modo conueniret, sic enim vocantur quædam loca ex nomine Dei cum connotatione, vt patet Genes. 22. Vbi vocatur mons Moria, mons Dominus videt, vel Dominus videbit, & non vocatur simpliciter Deus, vel Dominus. Sic etiam habetur Ezech. vlt. cap. in fine, vbi dicitur, & nomen Ciuitatis illius ex tunc Dominus ibidem, vocatur enim Ciuitas illa Dominus, vel Deus ibidem. Ista autem sic nominantur à quibusdam effectibus. Sic etiam Exod. cap. 7. dicitur Deus fecisse Moysem Deum non simpliciter, sed cum adiectione, scilicet Deum Pharaonis. Si tamen vocaretur aliquis Deus simpliciter, diceretur de eo istud nomen secundum essentiam. Deitas autem intra se communicabilis est per generationem, & spirationem, ad extra tamen diuina natura non est communicabilis, sed curabilis, vel potius aliquid sibi vnire potens, ad suppositi identitatem. Aliquando tamen hoc nomen Deus accipitur largè, & significat Dominos temporales, vel iudices, vel sacerdotes, vel viros sanctos hic patet Psal. 81. Ego dixi Dij estis. & hoc confirmat Christus hoc in loco, vocans Deos illos, ad quos sermo Dei factus est. Vide auct. super Exod. c. 7. q. 1.

F E R I A Q V I N T A post Dominicam in Passione.

Euang. Ioan. VII.

Rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo.

E*T ingressus domum Pharisæi discubuit*. Discumbere est iacendo manducare secundum antiquum morem, nunc enim sedentes manducamus, tunc autem iacentes, ideo tunc in lectis, siue triclinijs erat locus ciborū, vt patet 1. Reg. 9. Vide auctorem super Matth. tom. 4. c. 14. q. 89.

Discubuit. Discumbere est ad mensam sedere, vel ad cibum sumendum, etiam si nulla mensa sit. & hoc prouenit ex modo sumendi cibos apud antiquos, nam ad comedendum iacebant extenti super lectum, & ita vocabantur triclinia loca, in quibus comedebant, quia se acclinabant, idest iacebant. Sic patet 1. Reg. 9. Assumens Samuel Saulem, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, vbi erant inuitati, & dedit ei locum in capite eorum. & ideo dicitur discumbere quasi in diuersa cubare, scilicet, quia multi cubant, idest inclinantur, & multi iacent ad comedendum, vbi est inuitatio, vel conuocatio. Vide auctorem super Matth. tom. 6. cap. 22. ante primam quæstionem circa illud: Discumbentium.

Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Erat quidem peccatrix Magdalena, in fornicatione, non tamen erat publice prostituta, sed solum fornicaria, quia aliquibus se commiscebat. Itaque non erat prostituta venaliter, vel omnium libidini satiandæ, sed aliquibus amatoribus se inhoneste tradebat. Non enim erat verisimile, vt mulier de tanto genere, & tam diues, exponeret se publicè venalem. Et sic quanquam infamia esset aliqua, nimis tamen differt ab ea, quam incurrit publicè prostituta. Vide auctorem super Iosue tom. 1. c. 2. q. 14. circa medium.

Peccatrix. Quamuis Magdalena non esset omnium libidini exposita, nec se venaliter cuicumque traderet indifferenter, poterat nihilominus appellari meretrix, quia quæcunque mulier fornicaria, ita appellari potest, quia sine lege matrimonij alicui viro copulatur, siue sit coniugata, siue monialis, siue cuiuscunque status. vide auctorem super Matth. tom. 3. c. 6 q. 37. paulo post principium.

Peccatrix. Lex infames personas reputat meretrices, licet eas tanquam necessarias permittat, non tamen in aliqua lege expressum mandatum est, quod meretrices sint in ciuitate. vide auct. super Genes. cap. 19. circa principiū, in improbatione alterius dicti.

Peccatrix. Lex humana meretrices tolerat, quia non est perfecta simpliciter, sed secundum conuenientiam humanæ politiæ, & quia homines sunt imperfecti omnes, vt communiter, ideo lex licet non approbet meretrices, eas tamen non punit, tanquam non potens omnia mala punire, sed ea futuro Dei examini punienda relinquens. Lex autem diuina hoc non permittit, sed vetat cum omnem mechiam, idest fornicationem quācunque, quæ sine matrimonij fędere perpetratur, condemnet, legislatores tamen quantum ad istam partem non sequuntur literam legis diuinæ vetando omnem fornicationem, quia lex diuina vult, quod licet ipsa vetet fornicationem, quod tamen non vetet eam lex humana. Quælibet enim lex iusta est secundum rectitudinem, quam habet ad suum finem, finis autem legis humanæ est bonus status Ciuitatis, qui cōsistit in quadam pace politica, quæ turbaretur, si fornicatio simplex tolleretur, cum omnes homines in ciuitate, vt cōmuniter sint imperfecti, & sequerentur multa adulteria, virginum deflorationes prolis, incertitudo, viri de vxore cōtinua suspicio, bella ciuilia, vitæ matrimonialis inquietudo, & quod omnium pessimum est, concubitus masculorum, alia infandissima, quæ supra ea, quæ nunc sunt humana cogetur inuenire malitia. Vnde iniustissima lex humana esse, quæ meretrices puniret, & fornicationem simplicem prohiberet, iuxta sententiam D. Augu. Meretrices tolle de ciuitate, & cætera libidinibus conturbabis. Finis autem legis diuinæ est ad vtilitatem omnium partium corporis Christi mistici, vt perueniāt ad illam beatitudinem, & quia secundum altissimum Dei iudicium ad illam fœlicitatem nemo admittitur, nisi cum puritate vitæ, quæ dicit carentiam omnis mali, ergo lex Diuina omne malum vitare debet. Et valde irrationale esset, quod lex humana vetaret omnia mala, quia fugere omnia mala, maximè ea, quæ pertinent ad legem summitis, vt fornicatio non potest fieri sine magna gratia, sed lex humana non dat aliquam gratiam, quia legislator est homo deficiens, ideo non potest dare gratiam præuenientem, ne cadamus, nec adiuuantem, vt resurgamus, lex autem diuina dat gratiam adiuuantem, & conseruantem, ergo ad eam pertinet propriè omnia mala vetare. Vide auctorem loco citato ad tertium argumentum, vbi multa dicit circa hoc.

Peccatrix. Deus vetuit meretricatum in populo Israel, quoniam erat aliquid reddens personas viles, ipse autē volebat populum illum esse honestum, & reuerendum, tamen, quia difficile erat in tam copiosa multitudine gentis, nullam pęnam imposuit, si aliquæ meretrices essent, vt secundum hoc erant aliquæ meretrices in Iudæis, sicut in alijs populis, & hoc Deus sic intelligebat, & satis expressit in lege sua, quod aliquæ meretrices futuræ erant inter Israelitas. Sic habetur Deuter. 23. vbi cum ponatur præceptum, ne sint aliquæ meretrices, scilicet, non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel, immediatè subiunxit, quod aliquæ futuræ erant, dans regulam de illis dicens. Non offeres mercedem prostibuli in domum Domini Dei tui, quicquid illud est, quod voueris, quia abominatio est vtrumque apud Dominum Deum tuum. In hoc enim dedit legē

de

de oblatione meretricum, in quo necessario præsupponebat, quod aliquæ futuræ erant, alioquin nullam de eis legem dedisset. Vide auct. super Leuit. cap. 21. quæst. 12. in fine.

Peccatrix. Deus vetuit meretrices esse inter Israelitas de progenie ipsorum, non quidem principaliter inquantum erat peccatum fornicationis, sed inquantum erat quædam indignitas, vel turpitudo populi. Vide auct. super Matth. tom. 2. capitul. 5. quæstio. 193. circa principium.

Peccatrix. Quamuis lex humana permittat meretrices contra legem Euangelicam non tamen est iniqua, & æquitas eius habetur per conformitatem ad legem diuinam, & non oportet quod ista conformitas semper sit in eo, quod lex mandat, sed in eo quod per illud mandatum inducere intendit. Lex enim, quæ fornicationé duplicem non prohibet, licet in eo, quod mandat repugnet legi Diuinę, tamen intendit per hoc abstrahere homines à peccando, cum cognoscat certissimè quod si meretrices tollantur, tota ciuitas libidinibus, conturbabitur. Positis ergo meretricibus magis Deo seruitur, quam se motis, stante miseria communi códitionis humanæ, ideo si aliqua lex vetaret oés meretrices à loco, iniqua esset, quia maioris mali fométa pberet. Hinc sequitur qđ lex diuina debeat meretrices cõsentire, vt maiora mala vitarẽtur, quia lex Dei, q̃ immaculata est sancta est, nullum malum debet consentire, sed bene placet ei quod lex humana consentiat, & hic est rectissimus ordo, quia si lex diuina fornicationem simplicem permisisset, omnes in illam effrenarẽtur in tantũ, quod conditio humana bestialior redderetur, & debilior per frequentes coitus sed nunc lege diuina prohibente, qui spiritum Dei in se habent propter Deum fugiunt eam, aliqui autem timore gehennæ, alij autem, qui à forti passione vincuntur videntes omne genus concubitus, præter simplicem, à legibus esse prohibitum, hanc tanquam securiorem amplectuntur. Vide auct. super. Deut. cap. 24. quæst. 6.

Peccatrix. Cognoscere meretricem fornicatio est, omnis autem fornicatio peccatum mortale est, vnde scriptura sępè vetat hoc. Sic dicitur Deut. 23. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel, nó tamen prohiberetur ibi, nisi esset peccatum mortale, cum etiam aliqua, quę alias essent peccata mortalia per mittantur in leges, vt dare ad vsuram, & vindictam expetere hoc etiã detestatur lex noui testamenti. 1. Cor. 6. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi. Tollens ergo membra Christi, facies membra meretricis. Absit. Nõ tamen diceret absit, nisi esset aliquid detestabile, ergo meretricem tangere peccatum est. Vide auct. super Matth. tom. 2. capitul. 5. quæstio. 193. in princip.

Peccatrix. Inquit D. Aug. in quæstionibus Deut. & habetur 32. q. 4. C. meretrices. Meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet Dominus, & ibidem dicit quod omnis illicitus concubitus, & membrorum illorum nó legitimus vsus prohibitus debet intelligi, ideo accedere ad meretricem non solum est peccatum, sed est magnum vt dicit Hieron. & habetur 32. quæst. 4. c. In eo fornicator, §. Fornicator est maioris criminis, quia tollit membra Christi, & facit membra meretricis. est ergo meretricium peccatum, sicut & cæteri modi simplicis fornicationis. Vide loco citato. Omnis cõcubitus præter matrimonialem, erat peccatum, etiam in veteri testamento, nam ibi erat præceptum, non mœchaberis Exod. 20. per quod dicit Aug. prohibitum esse omnem vsum illegitimum membrorum genitalium, & omnem concubitum illicitum, in libro de quæstionibus Deut. & tamen illa præcepta decalogi erant data Iudęis, ergo tenebantur Iudæi abstinere ab omni fornicatione. Vide auct. loco citato.

Peccatrix. Coitus meretricius excludit à regno Dei, quia coire cum ea est fornicari, & tamen fornicatores, & adulteri iudicantur à Deo, idest códemnantur. ad Heb. 6. & ad Gala. 5. dicitur. Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, & immunditia, &c. & postea dicitur, Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. De meretricibus autem Christus dixit, quod præcedebat Pharisæos in regnum Dei non quidem manentes in meretricio, sed quia pęnitentiam egerunt, & sic habent regnum Dei patet Matth. 21. scilicet. Venit ad vos Ioannes in via Iustitiæ, & non credidistis ei. Publicani autẽ, & meretrices crediderunt ei, vos autẽ videntes nec pænitentiam habuistis, vt crederetis ei, ideo dicit ibi. Amẽ dico vobis, publicani, & meretrices præcedent vos, in regnum Dei idest prius ibunt, quam vos, imo vos non ibitis, nisi pęnitentiam agatis, & credatis. Vide auct. loco citato in fine ad tertium argumentum plura alia de fornicatione vide in communi tabula, verbo fornicatio.

Vt cognouit quod Iesus accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguẽti, & stãs retro secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Vnctio nõ erat illicita iter Iudęos, nã ad multa proficiebat, vno modo ad teneritudinẽ corporis, s. qđ eis erãt partes corporis tenerę & benè se habẽtes, alio modo ad refrigerationẽ, nã oleũ refrigerat. est aũt terra Chanaã valde calida. in qua habitabant Iudęi, ideo propter colores æstiuos erat cõueniens fieri vnctionẽ, & erat vsus apud omnes Israelitas, quantumcunque essent viri honesti, & religiosi, quod vngerẽt capita, & pedes, & alias partes corporis, & erat vnctio in terra Israel tanquam aliquod opus necessitatis, sicut comedere, & bibere. Sic patet 4. Reg. 4. de vidua paupercula, quę timebat creditores, quod venirent, & tollerent filium eius, in seruitutem, & dixit Eliseo, quod prouideret ei, & dixit ei Eliseus. Quid habes? illa autem respondit, quod nihil habebat, nisi parum olei, in lecytho, quo vngeretur, & sic adhuc mulier constituta ferè in vltima necessitate, habebat oleum, quo vngeretur, erat tamen mulier vidua, & pauper, ergo vngi corpus oleo reputabatur, tãquam aliquid necessitatis. Itẽ istud erat opus honestatis, quia aliàs non auderet vidua ista dicere Eliseo Prophetę, qui erat vir sanctissimus, & honestissimus, quod haberet oleum ad vngendum se. Item patet quia Christus videbat, vel concedebat viris perfectis, quod vngerent capita sua oleo, quando faciebãt opera sanctitatis, vnde loquens contra hypocritas, qui exterminabunt facies suas dixit, quod qui ieiunarent, abluerent faciem suam, & vngerent caput suum oleo, vt non viderentur hominibus ieiunantes Matth. 6. Item ipsemet Christus, qui fuit totius virtutis exemplar permisit vngi caput suũ, & pedes, nam quandu erat in Bethania in domo Simonis leprosi, paulo ante passionem suá, venit mulier, & fudit super caput eius vas alabastri plenum vnguento. Matth. 26. & iterum modo in conuersione sua venit ad eũ Magdalena, & fudit super pedes eius vnguentum. erat ergo licitum corpus vngi, & cõsuetũ viris religiosis. Vide auct. super Ruth. cap. 3. quæst. 11.

Et vnguento vngebat. Christi corpus pati poterat à qualitatibus extrinsecis, videlicet calore, frigore, humore, siccitate, & huiusmodi, & sic interdum factum est, vt his agentibus qualitatibus, corpus illud benedictum in dispositiones varias mutaretur. Propter has autem pęnalitates naturæ in corpore Iesu, Maria Magdalena effudit vnguentum super pedes eius; Pedes namque eius ardore magno regionis illius, tum itineris labore, atque nuditate, (nudis quippe pedibus incedebat) desiccati, atque ardentes, & contracti in rugas erant. Effudit igitur Maria Magdalena alabastrum vnguenti, vt ardor pedum, vnguenti temperaretur frigiditate, siccitas quoque, illius mitigaretur humore. Vide auct. in 3. Parad. cap. 37.

Videns autem Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens. Hic si esset Propheta sciret vtique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. Apparet ex his verbis, quod præsupponebat iste Pharisęus, quod Prophetæ deberent scire omnia, alioquin non benè argueret, potissimè, quia nõ solum præsupponebat, quod Propheta debet scire omnia, quę interiora sunt, sed etiã ea quæ sunt in corde hominis, scilicet peccata, quia di-

xit, sciret quæ, & qualis esset mulier quæ tangit eum. Sed tamen falsum est quod Prophetæ omnia sciant, nam solum illa sciunt, quæ eis declarantur à Deo, & illa nesciunt omni tempore, sed eo tempore solum, quo illustrantur, & ideo contingit alio tempore, quod Prophetæ sint sicut viri simplices, & nesciant respondere ad ea, quæ interrogantur, sicut Moyses bis interrogatus fuit, & nesciuit respondere; quousque retulit quæstionem Deo, scilicet semel à filiabus Salphaad. Num. 27. & iterum à filijs Manasse Num. 36. Sic etiam Ieremias quærebat a Domino, an Israelitæ deberent descendere in Aegyptum, & nesciuit respondere vsque post decem dies Ierem. 42. & Daniel interdum dubitabat super aliquo, & per tres hebdomadas orabat, & ieiunabat, vt reuelaretur ei, & tunc reuelabatur. Dan. 10. Ad id autem quod dicitur nempe quod Pharisæus iste præsupponebat Prophetam omnia scire responderi potest vno modo, quod istè Pharisæus non benè cognoscebat conditiones Prophetarum, nam Prophetæ non sciunt omnia. Simile patet de Elisæo, qui habuit duplicatum spiritum Eliæ, 4. Reg. 2. & sic fuit famosissimus Prophetarum tempore suo, & tamen quando venit ad eum mulier Sonamitis, & procubuit ad pedes eius, nesciebat quid illa quæreret. 4. Reg. 4. Nam dixit ad puerum suum. Dimitte illam, quia anima eius in amaritudine est, & Dñs celauit à me, nec indicauit mihi. Secũdo modo potest dici, quod iste Pharisæus sciebat, quod Prophetæ nesciebant omnia, & tamen quia ipse, & alij Pharisæi inuidebant Christo, & eum exosum habebant, quia reuelabat malitiam eorum, offuscabatur intellectus eorum, in iudicando circa Christum eo quod Impedit ira animum, ne possit cernere verum. Vt ait Cato sic etiam est de libidine, quia passio illa facit errare incontinentes in iudicando in particulari vt ait Aristoteles 7. Ethic. sic etiam est de inuidia, & de omnibus alijs Passionibus, & ista fuit vna de causis, quare Pharisæi non cognouerunt Christum faciliter, sicut cognosci poterat ex operibus suis. tertio potest, dici quod iste Pharisæus benè locutus est, eo quod ipse non intelligebat de quocunque Propheta, sed de excellentissimo Prophetarum, scilicet Messia. Nam erat in populo quæstio, an Christus esset Messias, vt colligitur Ioan. 7. scilicet. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant. Christus cum venerit nunquid plura signa faciet, quam hic facit? Alij autem dubitabant, cum dicitur ibidem. Nunquid verè cognouerunt Principes quia hic est Christus? sed hunc scimus vnde sit Christus autem cum venerit, nemo sciet vnde sit. Et magis patet Ioan. 10. cum dixerunt Iudæi ad Christum. Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic vobis palàm. De Messia tamen præsupponebatur, quod sciret secreta cordium, & ideo non iudicaret homines per ea, quæ exterius audiuntur, & videntur, sed per ea quæ in corde haberent vt patet Isa. 11. scilicet. Non secundum visionem oculorum iudicabit, nec secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes. Qui tamen iustè iudicat, & non iudicat per ea quæ videntur, neque per ea quæ audiuntur, necesse est quod iudicet per ea quæ in corde sunt, quia nullus alius modus est ad iudicandum iustè, & sic præsupponebatur quod Messias sciret secreta cordis, & ille est vnus locus efficacissimus ad probandum contra Hebræos, quod Messias futurus erat verus Deus. Benè ergo arguebat iste Pharisæus, quod si Christus non cognoscebat quæ, & qualis erat Magdalena, non erat Messias. Et ab hac ipse respondit ad cogitationes eius, ostẽdendo per hoc se esse Messiam, quia non solum sciebat quæ, & qualis erat illa mulier, sed etiam sciebat, quid cogitabat Pharisæus in corde suo. Prophetæ autem alij non erant tales sicut Messias. ideo multa ignorabant. Vide auct. super primum Paralipom. cap. 21. quæst. 25. & super Matth. tom. 3. cap. 9. quæst. 20.

Et respondens Iesus, dixit ad illum. Cognoscere secretas cogitationes statim vt esse incipiunt, solius Dei est, nam nec Dæmones, neque Angeli boni hoc sciunt cum non illabantur animæ. sed solus Deus animæ illabitur, & ipse solus hoc nouit, ideo Christus cognoscendo cogitationes huius Pharisæi, ostendit se Deum esse. Vide auct. super Matth. tom. 4. Cap. 14. quæst. 48.

Et respondens Iesus, &c. Nemo nouit cogitationes hominis, nisi Deus, & ipsemet homo; Ad Heb. 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, & nulla creatura est inuisibilis apud illum, & Psalm. 7. Scrutans corda, & renes Deus. cæteri autem siue Dæmones, siue Angeli, nesciunt cogitationes hominis. 1. Corinth. 2. Quis enim scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Christus autem cognoscebat cogitationes, & mox vt homo inciperet cogitare, sciebat quid cogitaret. Marc. 2. Scilicet. Quo statim cognito Iesus spiritu suo quod sic cogitarent intra se. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 9. quæst. 15. Vide etiam. tom. 4. cap. 12. quæst. 57. & quæst. 58.

Simon habeo tibi aliquid dicere, duo debitores erant cuidam fœneratori, &c. Poterat Christus apertis verbis Pharisæum confundere de mala sua cogitatione maluit tamen adhibita parabola id præstare; primo quia si sine parabola fecisset, ipse solus condemnasset eum, & ipse nihil loqueretur, & ita videretur valde minor condemnatio, nihil enim maius est, quam cum seipsum quis proprio ore condemnat. proposita autem parabola, debebat ipse ad eam respondere, vt ita seipsum condemnaret, ideo fuit sic conuenientius. secundo, vt ille audire vellet verba Christi, nam si Christus inciperet apertè increpare illum, ipse fortassis non expectasset, & ita non esset increpatio completa, non verò cum ipse in parabola contra se sententiam protulerit, consequens erat, vt Christus illa verba increpationis contra illum diceret. tertio dictũ fuit, quia vt est, Christus volebat, quod ille Pharisæus seipsum proprio verbo cõdẽnaret, vt esset maior condemnatio, si autem aperto sermone ei aliquid proponeret, nihil ipse vellet contra se confiteri, ideo vt nesciens primo intuitu contra se esse, confiteretur illud, & postea videret, quomodo contra eum militabat, debuit in parabola proponere. Quarto fuit ad loquendum consuetudinem scripturæ tam nouæ, quam veteris. Christus enim quando vult, quod aliquis contra seipsum sententiam ferat, proponit ei parabolam, ex qua ille iudicans, vt rationi consequens videtur, seipsum accusat. Sic 2. Reg. 12. quando peccauit Dauid, fornicatus cum Bethsabee, & occidens Vriam virum eius, misit Deus ad eum Nathan Prophetã, qui ait ei. Redde mihi iudiciũ &c. Quinto fuit, quia Deus volt, quod homo redeat ad pœnitentiam quanto possibile est via rationabili eum reducere, erat autẽ conueniens modus ad reducendum Pharisæum, vt postquã ipse se proprio ore videret condemnatum, erubesceret, & rediret ad cor, fieretq. melior, ideo fuit conueniens proponi hoc ipsi in parabola. Vide auct. super Matth. tom. 5. cap. 21 quæst. 169.

Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autẽ lacrymis rigauit pedes meos, oleo caput meũ non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Terra Chanaan, erat nimis calida, & ob hoc consueuerunt tam viri, quam fœminæ frequenter lauari; Vnde communiter solebant lauare pedes, ad refrigerationem, & hospitibus ingredientibus in domum primum obsequium, quod fiebat erat, quod lauarentur pedes eorum. sic enim Christus petijt hoc tanquam debitum à Pharisæo dicens. Intraui in domum tuam, & aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lacrymis rigauit pedes meos. Si tamen non esset generaliter assuetum, quod pedes hospitum lauarentur, Christus non allegasset hęc. Item consueuerunt homines in terra illa propter magnum calorem vngere caput oleo, Vide auct. super 2. Reg. cap. 11. quæst. 5. circa principium, & quæstio. 13. in principio, & super Iudic. cap. 19. quæstio. 13. & super Ruth. capitul. 3. quæstio. 11. in fine.

Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Homines tenentur

nentur ad diligendum Deum, & colendum ipsum, quia Deus est, siue nobis côtulerit bona aliqua, siue nulla, magis tamen tenemur, cû nobis aliquid contulerit, quâ si nihil, & quanto plura contulerit, tanto plus diligere tenebimur. Vide auct. super Iosue cap. 23. quæst. 2. in fine.

Remittuntur tibi peccata tua. Maria Magdalena non petijt à Christo veniam de peccati verbo, sed solum ostendit signa petendi lachrymis rigans pedes eius, & ipse dicit, remittuntur tibi peccata tua, tanquam intelligeret, quod non petebat nisi veniam de peccatis. nam superuacuum erat velle aliquid Christo confiteri, quia iste melius nouit quid sit in homine quam homo ipse, ita vt non sit opus ei aliquid dicere, vnde dicitur Ioan. 2. Ipse nouerat omnes, & nô erat opus, & quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homines. Sacerdotes autem nesciunt peccata nostra nisi inquantum eis verbo notificamus, quia nemo scit, quæ sunt hominis. nisi spiritus hominis, qui est in eo. 1. Cor. 2. & ideo oportet eis confiteri, & manifestare peccata. Si autem interdum contingat quod sacerdotes sciant aliqua peccata nostra, vt quia sunt notoria, vel quia viderunt nos peccare, adhuc oportet ista peccata eis confiteri, propter duo. primo quia sic constitutum est, vt oia peccata confiteamur, nihil omittendo, secûdo quia sacerdos non debet absoluere quêquâ nisi videat quod displicet ei de peccatis, potest tamen quis dolere de vno peccato, volendo adhuc manere in aliquo alio peccato, quod commisit, non potest tamen tunc absolui de aliquo, quia de necessitate pænitentiæ est quod sit integra, non potest tamen constare confessori, de quibus peccatis dolet peccator. & de quibus nô dolet, nisi ex confessione sua. ergo oportet quod confiteatur omnia. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 9. quæst. 10. Vide etiam auct. in prima parte defensorij. cap. 6.

F E R I A S E X T A
Post Dominicam in Passione.

Euang. Ioan. XI.

Collegerunt Pontifices, & Pharisæi Concilium, & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Quo modo paulatim ex miraculis, & operibus quæ multiplicabat quotidie Christus, commoti Pharisæi, peruenerint hucusque, vt de morte ipsi inferenda tractarent. Vide apud auct. super Matth. tom. 5. cap. 21. quæst. 57. Vide etiam tom. 3. cap. 9. quæst. 52. vbi multa dicit de Pharisæorum odio contra Christum, & persecutionibus.

Collegerunt &c. Iudæi volebant occidere Christum, ne omnes crederent in eum, & transferret eos ad alterum modum viuendi, & ita periret principibus fois principatus, vel propter Christum aliæ gentes inuaderent principatum eorum. Vide auctor. super Matthæum. tomo quinto, capitulum 21. quæstio. 204. in medio. Vide etiam q. 206. vbi plura dicit quæ faciunt ad hoc.

Collegerunt &c. Erat consuetudo Pharisæorum, quando aliquid contra Christum facere volebant, quod consilium præcedebat omnium congregatorum; nam videbant se superatos sæpè ab illo, & cum ratione contra eum contendere vellent, oportebat magni ingenij esse id, qood côtra eum poneretur, & ad hoc non sufficeret vnus, ideo ingenia omnium necessaria erant, Vide apud auctor. super Matthæum. tomo sexto, capitul. 22. quæst. 255.

Collegerunt, &c. Ideo Iudæi consiliabantur de morte Christi, & ipsum perdere volebant, ne eo viuente venirent Romani, & tollerent vrbem, ideo vt conueniret pęna peccato, Deus fecit vt veniret eis qood timebant, idest quia Christum occideront, venerunt Romani, & abstulerût locum illum, & gentem, & in hoc fuit conuenientissimus modus diuinæ retributionis, scilicet. Peccatum occisionis Christi factum fuit in Ierusalem in die prima azymorum, præsentibus Iudæis, de tota terra Iudæorum, & factum est, ne Christo viuente, venirent Romani, & tollerent vrbem, & destruerent gentem, & cessaret tota vtilitas, quam sacerdotes percipiebant ex sacerdotio, ita vindicta data est, s. vt deleretur Ciuitas Ierusalem. & fieret hoc per Romanos, quos illi timuerunt, ne venirent Christo viuente, & deleuerunt locum, & abstulerût gentem, quia occiderunt plurimos. Cæteros autem vendiderunt, & dispersetunt in gentes, & non reliqoerunt aliquos in Ierusalem neque mansit locus in quo manerent, & sicut tota gente Iudęorum præsente in die azymorum occisus est Christus, ita in festo azymorum præsente tota gente Iudæorum insurrexit bellum, & obsessa est Ciuitas à Romanis, & perijt gladio, fame, & peste maxima pars gentis ibi. Vide auct. super Matth. tom. 6. cap. 24. quæst. 274.

Vnus autem ex ipsis Cayphas nomine, cum esset Pontifex anni illius. Ex hoc innuitur, quod anno præcedenti non fuerat Pontifex, nec etiam anno sequenti futurus erat: alias non diceretur Pontifex anni illius, sed diceretur absolutè quod erat Pontifex. Fiebant enim in veteri testamento istæ mutationes, quod interdum sacerdotes summi priuabantur, & instituebantur alij, & cępit hoc fieri tempore Machabæorum, quando quidam Iudæi propter ambitionem emebant summum sacerdotium à Regibus Siriæ, & illi propter auaritiam priuabant quosdam summo sacerdotio, & dabant illud alijs, qui maiora prætia dabant, vt patet de Menelao, & Iasone, & Andronico, & Onnia, quorum suscitata sunt magna scandala in populo Iudæorum, propter mutationem, & venalitatem sacerdotij, vt patet 2. Machab. 4. Etiam tempore Christi, & ante ipsum sacerdotia vendebantur propter auaritiam Romanorum, & erat iam eorum auaritia maior, quam Regum Asiæ, & ob hoc sacerdotia summa annalia esse constituerunt. vt quolibet anno reciperent pensionem ab illo, qui instituendus esset in sacerdotem summum. Vide auct. super primum Paralip. cap. 24. quæst. 15. in fine, & cap. 6. in fine capitis.

Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Intantum expediebat Christum mori pro hominibus, quod vt dicit Chrysostomus omnis salus hominum in Christi morte posita est, nec est aliquid propter quod magis Deo gratias agere debeamus, quam propter mortem ipsius. ideo duodecim Apostolis in secreto mortis suæ annuntiauit mysterium, quia semper prætiosior thesaurus in melioribus vasis includitur. Vide auct. super Matth. tomo 5. cap. 20. quæst. 40. in fine.

Expedit, vt vnus moriatur homo pro populo. Intantum expedit, quod regnum Cælorum per solam Christi mortem datur, & per illum appropinquat, primum patet, quia non potest quis ire ad vitam æternam, nisi remissis debitis suis ex gratia Dei, nam remissio non potest fieri ex operibus nostris, nec etiam ex contritione, quantacunque illa sit, ita quod per eam esset nobis debitum regnum Cælorum, quasi per quandam æquiualentiam, & iustitiam, sed solum est remissio ex gratia, quia solus Deus liberè vult remittere, licet ipse non remitteret, nisi eis, qui dolent de peccatis; gratia autem ista remissionis non est nisi propter Christi mortem, quia si Christus non fuisset pro nobis mortuus, ad placandum nobis Deum, nunquam ille fuisset placatus, nec voluisset nobis reconciliari; & quia Christus mortuus est, Deus placatus est nobis, & abundanter gratiam confert eis, qui conuertuntur ad eum. Et sic remissio tota peccatorum, pendet immediatè ex gratia,

ipsa

ipsa autem gratia est propter Christi mortem. nam per solam mortem Christi, dicitur facta remissio peccatorum quia nihil fuit, quod mereretur Deum reconciliari nobis, nisi Christi mors. Et sic quandocunque remittuntur peccata homini, fit illa remissio per mortem Christi, cum remissio illa fiat per hoc, quod Deus homini donat gratiam, reconciliando eum sibi qui erat prius inimicus. Et hoc Deus non faceret, etiam si homo semper plangeret, & se affligeret pro peccatis, nisi Christus pro nobis mortuus esset, quia actiones nostrę non sufficiunt ad placandum Deum; Ideo quandocunque fuit remissio peccatorum, & quorumcunque peccatorum, per Christi mortem fuit illa remissio, & sicut est hoc quantum ad illos qui sunt post mortem Christi, ita etiam mors Christi profuit illis, qui fuerunt à principio sæculi, quia Deus disposuerat à sæculis Christum pro nobis moriturum, ideo licet nondum mortuus esset, quia tamen aliquando moriturus erat, acceptabat eos Deus ad gratiam suam propter illam mortem, per quam sibi ad integrum satisfieret, & sic regnũ Cælorum nunquam datum est, nisi per Christi mortem. etiam appropinquauit regnum Cęlorum per mortem Christi, quia antequam Christus mortuus esset, licet acceptaret Deus homines ad gratiam suam. & reconciliationem, tamen eis morientibus non dabat regnum Cælorum, quousque Christus realiter moueretur. Hunc autem Christo mortuo confestim morientibus patere potest regnum Cælorum, ideo quanto fuerunt homines magis propinqui principio sæculi, tanto fuerant magis elongati à regno Cælorum. Vide auct. super Matth. tom. 1. cap. 4. quæst. 92.

Expedit vnus moriatur homo pro populo. Non enim fuit ad aliud mors Christi, nisi vt nos per mortem suam à mortis debito solueremur. & in virtute eius omnia nobis crimina tollerentur. Vide auct. in prima parte def. cap. 1. ante medium.

Expedit vt vnus moriatur homo pro populo. Immo non solum expediebat, sed necessarium erat ad salutem hominum quod Christus mortem subiret. Vide auct. super Matthæum, tomo 6. cap. 23. q. 241. circa finem.

Expedit vt vnus moriatur homo pro populo. Nam quamuis Christus cum esset verus Deus cui facultas erat remittendi peccata nostra, etiam nullo præmisso, ita vt pro eis nihil pateretur, licuisset ei peccata nostra delere, aut imperando aliquid leuissimum facere, vtpote quod aliquem lapidem osculemur, aut modicum panis degustemus, atque pro his cuique agenti plena fieret peccatorum abstersio, debitorumq. relaxatio pœnarum; Quia tamen Deus iustus erat, iustitia sua exegit, vt ne sic fieret remissio, peccatorum, sed destinauit, vt nullius peccati plena posset fieri remissio, donec ipse humana carne uelatus in eorum ablutionem, atque solutionem moreretur. Vide auctor. in quinto Parados. capit. 151.

Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo. Caiphas fuit primus, qui definiuit quod debebat Christus mori. Vide auct. super Matthæum. tomo quinto. capit. 19. quæst. 204.

Expedit vt vnus moriatur homo pro populo. Expediebat quidem Christũ mortẽ subire ad satisfaciendum Deo pro hominibus, hoc enim purus homo præstare non erat sufficiens, eo quia satisfactio non fit, nisi sit tanta pęna, quanta fuit iniuria, quia alias esset aliquid agere, sed non satisfacere, quod importat plenitudinem, vel æquiualentiam, & iniuria quæ Deo fit, est infinita, cum ipse sit infiniti status, & iniuria aggrauatur ex parte personæ, cui irrogatur, vt patet 5. Ethic. ergo non poterat quis satisfacere Deo pro iniuria, nisi potest mereri in infinitum, quod non est possibile in aliqua creatura, quia nulla infinitas est iure verè finita. Nobis quoque istud constat, quod si per purum hominem potuissent homines redimi, Deus non fecisset quod vnigenitus filius eius pro nobis pateretur, sed vnus purus homo pro oibus, vel quilibet pro peccato suo, etiã si per plurimos annos debeat manere in inferno. Vide auct. super Matthæum tomo primo. capit. 3. q. 23. circa medium.

Hoc autem à semetipso non dixit. Multoties mouet Deus aliquos ad loquendum aliquas veritates, quas ipsi dicere non intendunt, & sic Caiphas dixit à spiritu sancto motus, prout testatur Euangelista quod expediebat Christum mori, sed tamen hæc non erat eius intentio, intendebat enim ipse dicere, quod magis volebat Christum mori, quia si Iudæi dimisissent Christum, credebant, quod totus mundus eum sequeretur, & tunc Romani putantes velle Iudæos rebellare eis, venirent super Ciuitatem Ierosolymam, & destruerent eam cum toto populo, sed ista euitarentur, si homo Christus moreretur. Voluit ergo Deus quod Caiphas pessimam intentionem suam talibus proferet verbis, quæ mortem Christi toto humano generi signarẽt profuturam. Hoc etiam modo quædam glosa Hebraica super illud Gen. 18. Apparuit autem ei Dominus in Conuale mambre sedẽti in ostio, dicit. quod apparente Domino voluit Abraham ex tenerenria surgere, sed Deus dixit ei quod staret, subdens. Tu es signum filijs suis, futurum est enim, vt filij tui sedeant, tanquam Iudices, vt ego. Item coram eis. Quæ quidem glosa licet seipsam non intelligat, tamen multum consonat Catholicæ fidei, impletum fuit enim hoc, quando Dominus noster Iesus stetit coram Anna, & Caipha, principibus sacerdotum sedentibus ad iudicandum eum, & isti erant filij Abrahæ, quia erant de tribu Leui, & verba istius glosæ præter intentionem dicentis taliter dicta sunt. Vide auct. super Gen. c. 18. In princip. circa illud sedenti in ostio.

Hoc autem à semetipso non dixit. Sic etiam Pharao dixit fratribus Ioseph, Gen. 44. Omnes opes Aegypti vestræ erunt, quod secundum aliquos Hebræos prophetice dixit, licet non intellexerit, significans illam sublationem opum, quam facturi erant Hebræi de terra Aegypti, vt patet Exod. 12. cap. Similiter Caiphas non intellexit, quod Christus moriturus esset pro humani generis redemptione, licet ad istam intentionem Spiritus Sanctus in eo formaret verba, sed solum quod bonum esset Christum mori pro tota gente, idest ne tota gens Iudæorum moreretur, aduenientibus Romanis contra eos propter Christi miracula, vel magis, quia se Regem Iudæorum dicebat, quod Romani abhorrebant, cùm Iudæi essent eis subiecti. Vide auctor. super Gen. capitul. 45. in fine circa illud: quia omnes opes Aegypti vestræ erunt. Vide etiam super Iudicum. cap. 7. quæst. 18.

Hoc autem à semetipso non dixit. Sed spiritu dictante, qui potest loqui in aliquo tripliciter, vno modo, quia ille alias non potest loqui, & spiritus ibi loquitur. Secundo modo, quando aliàs potest loqui, & spiritus loquitur in eo volente. Tertio modo, quando aliàs loqui potest, sed nescit loqui talia, spiritus in eo loquitur. De primo patet, vt in serpente, qui loqui non potest, & tamen per illum Diabolus locutus est Euæ, Gen. 3. & per Asinam Angelus locutus est. Num. 22. De secundo patet, vt in arreptitijs, quorũ linguas Dęmon mouet eis volentibus. De tertio patet in eis, qui prophetice aliquid dicunt, sicut Caiphas, quia ipsi loqui sciunt, sed quando Deus per eos loquitur, talia dicunt, quæ aliàs dicere nescirent. Vide auctor. super Matthæum, tomo quinto, capitulum decimum, quæst. 104. in principio.

Hoc autem à semetipso non dixit. Quamuis Caiphas non dixerit à semetipso, nec ex se locutus fuerit, sed spiritu Dei instigante, atque impellente, verè tamen dici potest, quod ipse Caiphas potius, quam Deus locutus fuerit, etenim quando Deus loquitur per aliquem, melius dicitur ipse loqui, quam Deus. Ratio est, quia ille dicitur loqui, qui locutionem format, & quia locutio est ad exprimendum verbum mentale per vocale, ille qui mentaliter concipit, & mouet organa ad expressionem illius conceptus, dicitur loqui. Vide auct. loco citato.

Sed cum esset Pontifex anni illius Prophetauit. Licet mens Caiphæ moueretur à Spiritu Sancto, ad concipiendum

piendum prædicta verba, & lingua eius ad proferendum, non tamen poterat dici Propheta, quia non intelligebat, quid Deus intendebat per illa significare, & tamen intelligentia opus est in Propheta, vt patet Daniel 10. Sicut nec Asina Balaam Propheta vocari poterat, quia lingua eius ad loquendum à Deo mouebatur, quia nihil intelligebat, nec poterat vocari rationalis, quia verba rationalia proferebat. Vide auct. super Gen. cap. 45. in fine, circa illud: Quia omnes opes Aegypti vestræ erunt. & super 1. Reg. cap. 9. quæst. 12. circa medium.

Prophetauit. Quamuis Caiphas pessimus esset, cum dederit consilium de morte Christi ante cæteros, hoc tamen non obstat, quominus aliquid prophetice dicere posset, quod certitudinem, & firmitatem haberet; nam interdum etiam Prophetæ erant viri peccatores, & pessimi. Sic fuit de Balaam Propheta, cuius verba erant certissima, ita vt verba sua, tanquam verba Dei haberentur, scilicet quod cui ipse malediceret, esset maledictus, & cui ipse benediceret esset benedictus, Nu. 22. & prophetiæ eius certissimæ fuerunt, & prænunciauit aliqua de Christo, & de statu futuro Iudæorum, & fuerunt illæ magnæ auctoritatis, ita vt Moyses, qui fuit maximus Prophetarum, inter Hebræos, Deut. 34. cap. Scriberet dicta Balaam Num. 24. cap. Constat tamen quod iste Balaam erat pessimus, & resistens Deo volés maledicere Israelitis cótra Dei voluntatem, Num. 22. & 23. & dans consilium contra eos ad dolendum eos, Num. 24. & 31. capit. & quem Deus propter hoc fecit interfici. Num. 31. Et sic fecit de Caipha, qui quamuis pessimus esset, prophetauit nihilominus, & prophetia eius est magnæ certitudinis, vt Euangelista confirmat. Vide auct. super Matth. tom. 6. cap. 22. quæst. 335. in principio. vbi multa habentur, quæ faciunt ad hoc, & super Iosue. cap. 13. quæst. 14. in fine.

Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Vide pro hac auct. super Matthæum. tom. 4. c. 16. quæst. 94. in fine.

S A B B A T O
Post Dominicam in Passione.

Euang. Ioan. XII.

C*Ogitauerunt autem Principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibãt ex Iudæis, & credebant in Iesum.* Vide auctor. super Matthæum. tomo quinto, capitulum 21. quæstio. 57. in medio.

In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant Hosanna benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel. Vide auct. super Matth. tom. 5. cap. 21. quæst. 40. & sequenti Dominica.

Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quã do Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Quamuis turbæ pro omnibus miraculis laudarent Christum, laudabant tamen eum specialiter pro suscitatione Lazari, quę erat miraculum magnum, & recens. Vide auct. super Matth. tom. 5. cap. 21. quæst. 35. & quæst. 45. in medio.

Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abijt. Totum hoc procedebat ex Pharisæorum inuidia, contra Christum, propter opera, & miracula quæ faciebat, vnde dicit Hilarius. Inuidia facti Pharisæos cómouet, quia contuentes hominem in corpore, Deum in operibus non intelligebant, vnde ita erat cor eorum grauatum præ inuidia, &c. Vide auct. super Matthæum. tomo 4. cap. 12. quæstio. 41. & tom. 5. cap. 21. quæstio. 57. in medio.

Erant autem quidam gentiles ex his, qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Quamuis aliqui ex gentilibus non conuerterentur ad ritum Iudæorum, non efficerentur de populo, honorabant tamen Deum Israel. Quidam enim veniebant in Ierusalem de terra sua, & adorabant Deum in templo, & petebant ab eo quod volebant, & reuertebantur in terram suam; Sic patet 3. Reg. 8. cap. vbi petiuit Salomon exaudiri orationes gentilium, qui orarent in loco illo, scilicet. Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longingua propter nomen tuum, audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique. Cum venerit ergo, & orauerit in loco hoc, tu exaudiens in Cælo in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena, & discant vniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent, quod nomen tuum inuocatum sit super domum hanc, & hunc modum tenebant multi gentiles tempore Christi, nam veniebant ad adorãdum Deum in templum Ierusalem. Vide auct. super Matth. tom. 6. cap. 23. quæst. 88.

Erant autem quidam gentiles ex his, qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Sicut veniebant Iudæi in templum ad diem festum, ita & multi de gentilibus veniebant. Reges etiam ipsorum volebant, quod oraretur pro eis in templo Salomonis: sicut erat de Rege Artaxerse, qui iussit, vt oraretur pro eo, & filijs suis in templo, & quod darentur omnia necessaria in templo Domini pro arca eius, ne Deus irasceretur contra regnum eius, & filiorum suorum. 1. Esdræ 7. Etenim gentiles errabãt circa inuentionem veræ Deitatis. omnes enim putabant Deum aliquem esse, & tamen errabant, quia putabant multos Deos esse, & nesciebant, quis illorum esset verus Deus, & ob hoc quælibet gens colebat varios Deos, secundum quod diuersæ prouinciæ, diuersa opinabantur. Et quia omnes homines concipiunt Dei esse id, quo nihil melius est, oportebat quod quando viderent, quod vnus qui putabatur Deus operabatur fortiora, quam alius æstimatus Deus, crederent istum magis accedere ad naturam veræ Deitatis. Et quia Deus Hebræorum cum esset verus Deus faciebat mirabilia, quę nullus de dijs gentium faciebat, credebant eum esse potentiorem. Sic ergo crederent eum solum esse Deum, sicut aliqui vigentes nimis ratione, qui probabant naturaliter vnicum esse Deum, sicut Aristoteles 12. Metaph. siue saltem crederent eum potentiorem omnibus dijs, ascendebant ad eum, vt orarent. Et hoc satis apparet, quia gentiles timebant valdé Deum Israel, sicut erat de Philisthinis, quando venit arca Dei in castra, pugnantibus Philisthinis contra Israelitas, doluerunt nimis Philisthini timentes, & dixerunt. Væ nobis non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius. Væ nobis, quid nos seruabit de manu Deorum sublimium istorum? Hi sunt Dij, qui percusserunt Aegyptum omni plaga. 1. Reg. 4. Et ob hoc oés gẽtiles audiẽtes magnalia Dei Israel, timebant eũ, Vnde Nabuchdonosor dedit legem, ne quis malediceret Deo Israel, sub pęna mortis. Dan. 3. scilicet, quia vidit, quomodo liberasset tres pueros de camino ignis, & combussit ministros ignis, quod nullus de Dijs gentium poterat facere. Aliqui quoque de regibus gentilium honorabant Deum Israel, & templum eius, sicut fuit de Rege Cyro, qui iussit, vel permisit volentibus venire de captiuitate Babylonica venire, & ædificare templum Domino, & tradidit eis omnia vasa aurea, & argentea, quæ erant in Babylone, & ablata fuerunt de templo Salomonis. 1. Esdræ. 1. cap. Et ibi dixit, quod Deus dederat. sibi omnia regna terræ, ideo volebat mittere ad ædificandum templum eius in Ierusalem, in quo innuebat, quod Deus Hebræorum erat ille verus Deus, qui dederat ei omnia regna terræ. Ob hac multi de gentilibus veniebant ad templum Domini, vt orarent ibi. Vide auct. super 2. Paralipom. cap. 6. quæst. 19.

Erant autem quidam gentiles ex his qui ascenderant vt ado rarent in die festo. Quamuis gentiles non colerent Deum sed idola, non propterea dicendum, est quod quando ascendebant ad orandum in templum, Deus non exaudiret eos, exaudiebantur enim, quia Salomon petiuit quod exaudirentur, & tamen Deus dixit quod exauditæ erant petitiones eius, 2. Paralipomen. cap. 7. & 3. Reg. 8. Item patet, quia gentiles frequentabant venire in templum Domini, & orare, & tamen si non exaudirentur petitiones eorum nec sentirent aliquam vtilitatem in aduentu isto, non venirent, potissime, de longissimis regionibus, & tamen veniebant, ergo dicendum est, quod exaudiebantur. Exaudiebantur quidem quia apud Deum non erat distinctio Iudæi, & gentilis, cum non sit Deus acceptor personarum, sed in omni gente qui facit iustitiam, acceptus est illi, ideo quicunque faciens iustitiam, exaudietur. Nec obstat, quod nunc non exaudiantur orationes Iudæorum, & Saracenorum, & qui sunt sicut erant gentiles tunc. Item non obstat, quod orationes peccatorum non exaudiat Dominus, sed eorum qui colunt ipsum. Ioannis nono, & tamen gentiles peccatores erant colentes idola ergo non merebantur exaudiri. Nam Iudæi, & Saraceni, & quicunque pagani orantes non exaudiuntur modo, quia necesse est illos esse in peccato mortali, cum lex Euangelica obliget omnem hominem ad sui obseruantiam Matth. vigesimooctauo, & Marc. decimosexto. Ite per vniuersum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui autem non crediderit condemnabitur. Cum ergo sint in peccato mortali, non possunt exaudiri. De gentilibus autem non erat sic, quia non obligabantur gentiles ad obseruantiam legis Moysi, sed soli Iudæi, de genere, vel iam conuersi ad Iudaismum, ideo dato quod non seruarent legem Moysi, non erant in peccato mortali. Et patet hoc, quia quando Deus dedit legem Israelitis, accepit eos in populum peculiarem, & dixit, quod essent sibi in peculium, & in populum sacerdotalem. Aliis autem gentibus non dabatur lex. De lege autem noua, secus est, quia ab omnibus hominibus sub necessitate seruanda est, Marc. vltimo ideo non obseruantes sunt in peccato mortali, & non exaudiuntur à Deo, sicut nunc Iudæi, & Saraceni, & quicunque pagani. Vnde in ueteri testamento cum non obligarentur gentiles seruare legem poterant esse sine peccato mortali, & accepti Deo, dato quod non seruarent legem, & sic exaudirentur orationes eorum sicut orationes Iudæorum. Erat autem differentia, quod Iudæi specialiori modo erant Deo accepti. Gentiles autem generaliter, & benefaciebat Deus Israelitis specialiter, aliis autem gentibus beneficiis communibus, vt patet Exod. decimonono, scilicet. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium, mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens sancta. Exaudiebat ergo Deus gentiles rectè, & deuote orantes, quia tamen Israelitæ magis colebant Deum quam gentiles, scilicet per plures cæremonias legis, conferebat Deus plura beneficia Iudæis quam gentilibus. Cum autem obiicitur quod gentiles erant peccatores, & non exaudirentur, dicendum quod istud fuit semper generale tum apud Iudæos, quam apud nos, quod existens in peccato mortali non exaudiatur, sed tamen non erant tunc omnes gentiles peccatores, vel non erant necessario in peccato ex conditione status, nam ex hoc quod non obseruabant legem Moysi non peccabant vt dictum est, sed peccatum suum erat, si colerent idola vel facerent alia quæ erant contra iura naturale, & sine aliqua lege data erant mala, vt patet ad Rom. secundo scilicet, Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, sed inter gentiles multi erant, qui non colebant idola, licet non seruarent cæremonias legis Mosaycæ, ideo poterant isti exaudiri. Qui autem colebant idola, non veniebant ad orandum, & adorandum in templu Salamonis, & si venirent, & orarent, non exaudiebantur, quia claudicabant in duas partes. Vide auct. loco citato. quæstione vigesima. Vide etiam quæstionem, vigesimam primam.

Erant autem quidam gentiles. Gentiles dicuntur, quia tales sunt, quales geniti sunt, scilicet sub peccato manent, sicut in peccato geniti sunt. Vel dicuntur gentiles, siue gentes, quia nihil habent nisi quod sunt gentes, idest homines. Nam Iudæi tempore suo, & Christiani nunc habent aliquid vltra quod est esse gentes, scilicet quia à Deo legem habent, secundum quam eum colunt, gentiles autem nihil habent nisi id quod gentes, idest homines inuenerunt, quia à Deo nihil specialiter acceperunt. Vide auct. super Matth. tom. secundo ca. quinto post quæstionem 342. circa illud: Nonne ethnici hoc faciunt?

Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Vide auct. super Matth. tom. tertio, cap. decimo, quæstione. octaua, & tom. quarto, cap. decimotertio, quæstione nona.

Qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Non accipitur hic anima pro anima rationali, quia nullus hanc odisse debet, sed diligere, sed accipitur pro vita, & sensus est, quod vitam nostram hic affligamus, quatenus in futuro delectemur. Dicitur autem aliquis affligere vitam suam, cum in magnis laboribus eam agit, ita vt rationabiliter eam odisse possit. Sic habetur Exod. cap. primo, cum dicitur. Oderantque filios Israel Ægyptii, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum, operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur. Vide auct. super Leuit. cap. vigesimotertio quæstione vigesimaprima, circa illud: Affligetisque animas vestras in eo. & cap. vigesimoseptimo quæst. 1. in fine.

Qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Idest qui amat vitam suam conseruare in hoc sæculo, perdet eam in futuro. Vide auct. super Deut. cap. 19. qu. 2. circa illud: Et percutiat animam eius.

Qui amat animam suam perdet eam. Sensus est, quod vita nostra nobis debet esse perdita, vel odiosa, scilicet sub angustiis, & laborib. posita, vt in æternum gaudia cõsequamur incognita & vita nobis ibi delectabilis conseruetur. Vide auct. super Iosue. cap. nono, quæst. 39.

Qui amat animam suam perdet eam. Amare se secundum rationem, scilicet vt sibi velit homo bona propria humana quæ sunt bona secundum perfectionem rationis est laudabile valde, & necessarium; amare autem seipsum secundum naturam sensibilem, & corporalem, est valde vituperabile, tales enim homines appetitui qui secundũ sensum est obediunt, & hoc non est vere amare seipsum quia non amat se homo secundum id, quod est vere bonum ei, & taliter se odisse laudabile est, & sic intelligitur hic. Vide auct. super. Matth. tom. 6. cap. 22. qu. 292. circa finem.

Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si anima hic accipitur pro vita, vt dictum est, quomodo stare potest quod animam suam quis odisse debeat, vel possit? sequeretur enim quod liceret homini seipsum occidere. Dicendum est, quod nemo potest vitam odisse, nisi seipsum oderit, quia vita non est aliquid separatum à nobis, sed est esse nostrum quia viuere viuentibus est esse secundo de Anima, nemini tamen licet seipsum odisse, immo nec potest odisse se proprie loquendo, nam carnem suam nemo unquam odio habuit, Ad Ephesios quinto. ergo à fortiori seipsum odio habere non poterit, sed dicitur quis vitam suam odisse vel seipsum, quia opera odientis facit, qui enim odit, nocet ei, quem odit, & quia illi qui seipsos affligunt, & vitam istam pro Christi nomine exponunt, sibi ipsis quantum ad hanc vitam odientium opera faciunt, quia hoc sibimet inferunt, quod hostes eorum sibi inferrent, dicuntur odisse seipsos, vel vitam suam. Vide auct. su-

moriturum

moriturum pro peccatis populi, nec etiam hac intelligebant tempore Christi, quin potius admirabantur, quia aliqui eorum existimabant Christum esse Messiam, & quando dicebat se esse occidendum admirabantur. Vide auct. super Leuit. cap. 22. quæstio. 23. circa principium, & super Matth. tom. 4. cap. 14. quæstio. 164. in fine, & c. 16. quæstio. 97.

Adhuc modicum lumen in vobis est. Vide auct. super Matt. tom. 5. cap. 18. q. 12.

DOMINICA IN RAMIS Palmarum.

Euang. Matth. XXI.

CVm appropinquasset Iesus Hierosolimis & venisset Bethphage, ad montem Oliueti Bethphage est nomen loci qui est paruus locus, vel viculus, & est iuxta montē oliueti, & ideo dicitur in litera. cum venisset Bethphage ad montem oliueti. De Bethphage dicit Remigius, & Beda, Bethphage viculus fuit sacerdotum, situs in latere montis oliueti distans vno milliario à Ierusalem. Sacerdotes enim qui per certos dies in templo deseruiebant, completo officio vicis suæ illuc diuertebant ad manendum, similiter & illi qui accipiebant officium illuc diuertebant, quia præceptum fuit in lege, vt nullus diebus sabathorum plusquā mille passus incederet. Vide auct. super Matth. tom. quinto, cap. 21. quæstione quarta in principio.

Ad montem oliueti. Mons iste erat iuxta Ierusalem, & distabat à Ierusalem per dimidiam leucam, vel per mille passus quod idem est. Et erat iste mons contra orientem respectu Ierusalem, & in illo fecerat Salomon templa idolis vxorum suarum quę permanserunt vsque ad tempora Iosię Regis & de illo monte ascendit Christus in Cœlum, & in isto monte dicitur Deus aliquando appariturus, Zacha. 14. & stabunt pedes eius in die illa super montem oliuarum, qui est contra Ierusalem ad orientem, & scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad Orientem & ad Occidentem, prærupto grandi, & separabitur medium montis eius ad Aquilonem, & mediū ad meridiem. Vocatur autem iste mons oliueti, vel oliuarum, quia abundat oliuis, cum sint ibi prædia oliuis plena, & ideo aliquando vocatur mons oliuarum & aliquando oliueti, quod idem est. & etiam vocatur interdū filius olei vt dicitur Isa. 5. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. & vocatur filius olei, quia sub oleo est, quia oliuæ super illud crescunt, & se extollunt. Vide loco cit. in fine quæstionis.

Tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis Asinam alligatam, & pullū cū ea, soluite, & adducite mihi. Christus non misit discipulos pro Asina, labore itineris fatigatus, vt illum releuaret sicut asserunt aliqui, sed solum ad implendum Prophetiam oportebat enim quod Messias intraret in Ierusalem equitans super Asinam, & hoc patet ex ipsa litera Vide loco citato

Tunc misit duos discipulos &c. Ad implendum dictum Prophetæ sufficiebat Christum venire semel super Asinam, quia Propheta non dixit quod sæpè veniret equitans super Asinam, sed quod veniret equitans super Asinam, & ideo siue nunc, siue ante hoc veniret equitans, sufficeret ad implendum vaticinium, sed nunc fuit conueniens venire sic, potius quam alio tempore, & quod istud fiebat ad ostendendum se Regem. Nam dicitur. Ecce Rex tuus venit tibi, sedens super Asinam. In eo ergo quod super Asinam veniebat, ostendebat se illum esse de quo Prophetæ loquebantur, & tamen Christus non voluit ante hoc se ostēdere regem, sed nunc in fine vitæ, ideo non debuit ante hoc sic intrare, & sic ita multa alia Christus tacebat dum viueret, quæ propinquus morti declarauit. Vide loco citat. quæst. 6.

Tunc misit duos discipulos. Duos discipulos misit Christus, primo quia honestius erat duos mittere, quam vnum, quantum ad personas ipsorum missorum. Nam quando duo sunt, vnus testimonium alteri perhibet an benè vel malè egerit. etiam vnus est alteri causa honestatis, scilicet ne ad malum occasio ei sit, solus enim neminem erubescit, duo autem si fuerint vnus alterum erubescet, & erit ei quædam necessitas probitatis, nisi ambo mali sint, & in malo participes. Christus autem habebat discipulos ad quos pertinebat custodia honestatis, ideo conuenientius erat eos ire binos, quam solos, & singulares mitti. secundo ex causa mittentis, honestius enim repræsentatur mittens per duos, quam per vnum, potissime, quia nunc Christus omnia agebat cum quadam claritate ante mortem vt dicit Chrisostom. ideo duos mittere debuit, sic enim & ad parandum Pascha duos discipulos misit. Marc. decimoquarto, cap. tertio, fuit forte excusatione actus vt melius exercerent, iusserat enim Christus deferri Asinam, & pullum, quod aptius facerent duo, quam vnus, ideo conueniens fuit duos mittere. Vide loco citato. quæst. 7.

Tunc misit duos discipulos. Non apparet qui essent isti duo discipuli, quia nemo trium Euangelistarum qui hanc rem scripserunt, scripsit hoc, sed tamen verisimile est quod fuerint Petrus, & Ioannes. Vide loco cit. q. 8.

Ite in castellum quod contra vos est. Castellum accipitur hic pro Ierusalem, & valde large vsus est nomine per Tapinosim figuram, quæ est humiliatio rei magnæ, vt si dicatur mare gurges. Ita Ierusalem quę erat magna Ciuitas vocatur hic Castellum, quod ad locum parum pertinet. Vide loco citato, quæstionem decimam.

Et statim inuenietis Asinam. Voluit dicere Christus quod statim vt discipuli intrarent portam vrbis, inuenirent in calle ante portam cuiusdam domus pullum & asinam ligatos, & ad hoc dixit statim inuenietis, idest, statim vt ingressi fueritis in vrbem, & per hoc notificabatur eis locus & tempus, scilicet, quod non oportebat vagari per vrbem, ad quærendum, sed in introitu vrbis inuenirent, & etiam quod non oportebat ibi diu expectare, sed statim vt ingrederentur inuenirent. Tale etiam signum dedit Christus duobus discipulis quando misit eos ad parandum Pascha in domum incertam & illis ignotam scilicet. Ite in Ciuitatem, & occurret vobis homo, lagenam aquæ baiulans, sequimini eum, &c. Vide loco citato quæst. 12.

Inuenietis Asinam alligatam, & pullum cum ea. Quomodo stat hoc, quia Marc. vndecimo, dicitur, quod inuenirent pullum, innuens, quod non esset ibi Asina nam dixit. Inuenietis pullum ligatum, soluite, & adducite mihi? Respondetur, quod vere erant ligati simul Asina, & pullus, qui erat filius eius, vt dicitur in littera. Ad dictum Marc. dicendum quod ille de Asina subticuit, dicens de solo pullo, sicut & multa alia tacet vnus Euangelista, quæ exprimit alius, & multa sunt, quæ omnes Euangelistæ tacent, quæ si scriberentur mundus non caperet, Ioannes vigesimoprimo, & locus ab auctoritate non tenet negatiue. Nec obstat quod non sit verisimile hoc subticuisse Marcum si fuisset, quia si semel de hac re loqueretur, & taceret de Asina, esset probabile, sed tamen sæpe de hoc loquitur, & nunquam dixit nisi de pullo, scilicet. Inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit, soluite illum, & adducite mihi, & iterum, si quis dixerit vobis quid facitis? dicite, quia Domino necessarius est, & continuo illum dimittet. Et iterum. Abeuntes inuenerunt pullum alligatum, & ita sæpe de pullo dicitur, & non de Asina. Hoc inquam non obstat, nam

non recipitur argumentum tacentis contra loquentem in scriptura. Matthæus enim expressit, quod essent Asina & pullus ligati, ideo etiam si omnes alii Euangelistæ taceant, manifestum est quod istud erat. Nam qui tacent, non negant, cum multa sint, quæ non scripserunt. Si autem aliquid asseratur, & dicamus non fuisse sic facimus [illegible] tam scripturam falsam, quo nihil deterius, & absurdi[illegible]. Maximè quia non solum Matthæus expressit Asinam, & pullum, sed etiam Lucas. Causa autem quare Marcus tacuit de Asina, erat quia non faciebat ad propositum eius. Vide loco citato. quæstionem decimatertia.

Inuenietis Asinam alligatam, & pullum cum ea. Asina ista, & pullus non erant communes, scilicet de bonis publicis, vt asserit Nicolaus, sed erant alicuius priuati. Vide loco citato. q. 11.

Soluite, & adducite mihi. Christus iussit ambos ad se ferri, scilicet Asinam & pullum & non solum pullum, vt volunt aliqui. Vide loco citato. quæstionem decimaquarta.

Soluite, & adducite mihi. Quamuis sufficeret sola Asina, aut solus pullus ad equitandum, potissimo quia Christus pauco itinere equitaturus erat, scilicet, quasi per milliarium, de Bethphage vsque Ierusalem, tamen fuerunt ambo necessarii, & non quidem ad necessitatem tolerandi laborem equitationis, quia ad hoc Asina sufficiebat, sed primo ad significationem, non enim Christus equitabat modo, quasi itinere fatigatus, sed ad aliquid ostendendum, & quia aliquid significaretur per pullū, & Asinam, quod non significaretur per solam Asinam, fuit necessarium, vtrumque duci, Asina enim quæ oneribus assueta, & attrita erat, populum Iudaicum significat, qui oneribus legis semper fuerat subditus, pullus verò super quem nemo adhuc hominum sederat Mar. 11. & Luc. 19. signat populum gentilem, quem nemo ad obseruationem Iustitiæ instituerat, sed indomitus erat; super vtrumque autem Christus sedit, vel vtrumque necessarium habuit, quia vtrumque populum ad se vocauit, subiiciens legi, faciens pacem his qui propè, & his qui longe, secundo & præcipue fuit ad complendā prophetiam, nam vt dixit Matthæus, hoc totum factū est vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, scilicet Zachariam, & tamen Zach. nono, cap. dicitur, sedens super Asinam, & super pullum filium Asinæ, ideo tam Asinam, quam pullum habere debuit, & vtrumque duci iussit. Vide loco citato, quæstionem decimaquinta.

Soluite, & adducite mihi. An Christus super ambo equitauerit, non apparet, constat enim quod super pullum equitauerit, de Asina autem non constat, ideo pro vtraque parte possunt adduci rationes. Vide loco citat. quæstionem 17.

Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet & confestim dimittet eos. Discipulis volentibus accipere pullum, & Asinam, fuerunt qui prohiberent, & non permisissent, nisi dixissent, Dominus his opus habet, sicut ipse Christus dici iusserat, Et patet, quia Marc. 11. dicitur. & abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & soluunt eum, & quidam de illic astantibus dicebant illis, quid facitis soluentes pullum? & dixerunt eis, sicut præceperat Iesus, & dimiserunt eis, scilicet pullum & etiam Luc. 19. dicitur, soluentibus autem illis pullum dixerunt Domini eius ad illos. Quid soluitis pullum? at illi dixerunt, quia Dominus eum necessarium habet. Imo dicendum, quod erat conueniens quod esset aliqua resistentia, vt magis appareret virtus Christi, vnde refellitur opinio quorundam oppositum asserentium. Vide loco cit. quæst. 19.

Et si quis vobis aliquid dixerit. Hoc dixit Christus primo ad ostendendum Diuinam sapientiam suam, nam per hoc innuebat, quod eis aliquis diceret verba prohibitionis, sicut enim Christus ostenderat sapientiam per hoc quod designauerat eis locum & tempus inueniendi Asinam, quæ erant contingentia futura, & hoc ad sapientiam Diuinam pertinebat, ita & prædicendo eis quod aliquis resisteret non permittendo ducere Asinam, & pullum, ostendebat Diuinam sapientiam, quia ista futura erant, & contingentia, scilicet quod aliquis eos prohiberet. Secundo vt instrueret discipulos, & non irent inaniter nam si Christus diceret eis quod irent pro Asina, & pullo præmonstrando locum, si nihil aliud vltra diceret, putarent discipuli, quod nemo eos impediret, ideo quando inuenirent impedientes, recederent, non ferendo Asinam, & pullum, vt ergo ducerent quod Christus iubebat instruit eos circa ea quæ uentura erant. tertio fuit vt aduerteret responsionem eorum ad dominos Asinæ, & pulli, nam si discipuli soluerent Asinam, & pullum non permitterent domini illos ducere, nisi dicerentur verba Christi, quæ virtutis cuiusdam esse videbantur, scilicet Dominus his opus habet, quibus dictis, confestim dimitterent domini discipulos soluere, & portare Asinam, & pullum, & ita factum est, vt patet Marc. 11. & Luc. 19. & tamen illud non diceret Christus discipulis nisi prius dixerit eis, si quis aliquid dixerit vobis ergo debuit hoc dicere. Vide loco cit. q. 20.

Et si quis vobis aliquid dixerit. Sciebat Christus quod aliquis prohiberet discipulos, & tamen noluit ponere determinate, sed sub conditione, vt non videatur sub necessitate ponere actum eorum qui Apostolos prohiberent, cum ista sint libera. Vel potest dici, quod licet ponatur conditionaliter, resoluitur in simplicem temporalem, scilicet, si quis vobis aliquid dixerit, idest quando vobis aliquid dictum fuerit, respondebitis. Vide super Matt. tom. quinto cap. vigesimo primo, quæst. 21.

Dicite quia Dominus his opus habet. Christus voluit ostendere quis erat qui petebat ista animalia, erat enim ipse apud omnes cognitus, & pro amore, & reuerentia nemo esset qui talia ei negaret, voluit autem se manifestare ex nomine quo cognitus erat, nam vulgariter omnes eum Dominum vocabant, aut magistrum. Et cum ista duo nomina essent, quibus vocarent eum populares, & quibus apud eos notus erat, quando ipse volebat se notificare, vocabat se altero eorum, & ita nunc cum illos duos mitteret dixit eis, quod dicerent quod Dominus opus habebat illis animalibus, quasi sub hoc numine scirent quis hoc peteret. Vide loco cit. quæst. 22.

Dicite quia Dominus his opus habet. Quamuis hoc nomen Dominus, sit nomen magnæ excellentiæ, & Christus communiter soleat vocare se filium hominis, quod pertinet ad humilitatem, tamen conueniens fuit quod vocaret se Dominum modo, & non filium hominis. primo quia istud dicebat ad notificationem personæ suæ, vt scirent domini pulli, & Asinæ quis esset qui peteret pullum, & Asinam, si autem diceret, dicite quia filius hominis his opus habet, non intelligerent illi quis iste esset, quia omnis homo est filius hominis, etiam non erat aliquod nomen tale vulgatum apud populum de Christo, scilicet quod ipsi vocarent eum filium hominis, sicut vocabant eum Dominum, vel magistrum, ipse enim Christus vocabat se filium hominis, & tamen populares non vocabant eum filium hominis, sed Dominum, vel magistrum, ideo si seipsum vocaret filium hominis, non intelligerent quis esset qui peteret, ideo non debuit se vocare sic. Christus enim quando de seipso loquebatur ad aliquos præsentes ei, poterat conuenienter dicere se filium hominis, & ita sæpe dicebat, quia tunc erat persona loquens manifesta, ideo solum restabat ostendere conditionem, vel humilitate vti, aut sicut ipse vellet quando tamen de seipso loquebatur ipse ad absentes, tanquam de alio, non conueniebat istud nomen, quia tunc non erat cognita persona loquentis, ideo debebat vti nomine per quod notificaretur persona loquentis, & tamen dicendo de seipso, filius hominis his opus habet, nō intelligeretur quis erat,

rie, pro

ille pro quo petebantur ista, ideo debuit se vocare Magistrum, vel Dominum, quia sub his nominibus cognoscebant eum populares, & non sub nomine filii hominis. Vel potest dici quod non repugnabat humilitati quod Christus se vocaret Dominum, quia ipse non vocabat se Dominum quasi asserendo se esse Dominum, sed Dominum, idest quem vulgus Dominum appellat, & hoc humillimus hominum de se dicere potest. Item, non repugnabat humilitati, nam omnia quæ Christus loquebatur nobis proficiebant. Quando enim loquebatur de se parua proficiebat ad dandum nobis humilitatis exemplum, quando verò magna loquebatur, ad fidem prodeerat, vt nos doceret ea quæ de ipso credenda erant quæ magna erant, & ideo Christo vtraque dicere conueniebat. Vide loco cit. quæst. 23.

Dicite quia Dominus his opus habet. Hæc verba habebant quandam efficaciam ad flectendum Dominos Asinæ, & pulli, ad dandum eos Apostolis primo patet, quia Christus posuit hæc verba in remedium contra prohibentes ducere pullum, & Asinam, non tamen esset conueniens remedium, nisi haberent aliquam efficaciam ad hoc quod Domini pulli, & Asinæ cessarent à prohibitione, ergo vim aliquam habebant. secundo quia Christus dixit. & confestim dimittet eos, idest permittet vos portare Asinam, & pullum, postquam ista verba dixeritis. Poterat autem hoc esse tripliciter uno modo quod per ista verba non induceretur aliqua efficacia ad mouendū animos dominorum Asinæ, & pulli, sed solum quod per ea notificabatur persona petentis, siue pro quo petebatur, quod Iudæi saltem populares talem animum habebant ad Christum, quod quidquid ab illis peteret, vel pro eo peteretur ab aliis, concederent libenter, & ideo si uc per ista verba, siue per quæcunque alia notificaretur, darent quidquid peteretur, nulla virtute existente verborum. secundo modo poterat fieri quod Deus daret quandam gratiam discipulis petentibus, scilicet, quod inuenirent gratiam in conspectu eorum à quibus peterent, scilicet quod nihil esset quod peterent, quod statim ipsi nō concederent. tertio modo poterat fieri quod Deus dictis verbis istis ab Apostolis, incuteret timorem quendam dominis Asinæ, & pulli, vt non auderent negare petita, aut moueret animum eorum penitus flectendo ad dandum quod petebatur. Vide loco cit. quæst. 25.

Et confestim dimittet eos. Hoc potest intelligi dupliciter, vno modo referendo ad Dominum iumentorum, alio modo referendo ad Christum accipiendo primo modo, est sensus, quod Christus ostenderet quod nulla contradictio esset contra Apostolos petentes Asinam & pullū, sed quod ipse moueret cor Domini iumentorum, ita, qd statim vt dicerent Apostoli verba Christi, non resisteret illis, & sic duo ostendit hic Christus, scilicet, diuinam sapientiam, & potestatem, sapientiam quidem, in quantum prædixit futurum esse quod domini iumentorum resisterent à principio; Potestatem verò, inquantum dixit eis verba quibus dictis statim cederet qui resistebat, & quia quanto aliqua virtus in minori tempore operatur æqualia, tanto est fortior, & nulla operatio sit velocior, quam facta in instanti, quæ non habet successionem aliquā, signauit Diuinam virtutem hic operari cum dixit, statim dimittet eos. idest ille qui vobis aliquid dixerit impediendo ne tollatis pullum, & asinam, statim vt audierit verba quæ ego dico vobis, dimittet eos, idest permittet vobis, quod liberè ducatis Asinam, & pullum. secundo referendo ad Christum, est sensus, quod ista essent verba ad placandum dominum iumentorum, faciendo eum certum de reditu iumentorum, quando enim discipuli soluerent pullum, & Asinam, fortè domini illius nescientes an redituri erant aliquando ad eos, & quando, fierent difficiliores ad concedēdū. Ob hoc ergo ipsi certificant dominos quod statim reducerent Asinam & pullum, idest parum detinerent, quia non facturus erat Christus aliud, nisi quod equitaret vsque Ierusalem, & illico remitteret animalia ad dominum, & tunc tota litera refertur ad Christum, scilicet si quis vobis aliquid dixerit, scilicet volens retinere pullum, & Asinam, dicite quia Dominus his opus habet, idest indiget illis, & statim dimittet eos, idest non tenebit eos diu ad operam suam, licet nunc illis indigeat, sed statim illos remittet ad vos. Sed horum sensuum primus magis applicatur literæ & ille tenetur communiter. Vide loco citato. quæst. 26.

Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem, dicite filiæ Syon, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super Asinam, & pullum, filium subiugalis. Solus Matthæus allegauit hic auctoritatem Zachariæ, non autem Marcus, & Lucas qui idem factum enarrant, & ratio huius est, quia Matthæus scripsit Euangelium Hebræis, ipsi autem Messiam expectabant, solum inquantum erat eis promissum à Deo vt apparet ex scripturis, & ideo nihil plus de eo considerabant quam de illo scripturæ attestarentur, & consequenter illum in Messiam reciperent, cui constaret concordare sacras scripturas quibus magnam fidem Christi dabant, & ideo Christus aliquando contra eos allegabat scripturas in testimonium suum, & remittebat eos ad considerationem scripturarum, vt viderent si concordabant factis eius. Fuit ergo magna cura Matthæo, omnes auctoritates veteris testamenti allegare, quandocunque essent ad propositum gestorum Christi vt ex his magis Iudæi ad credendum suaderentur, & ideo non solum auctoritates illas quas Christus allegabat, sed etiam quascunque alias, quæ ad propositum facere poterant, vbicunque studet inducere. Alii autem Euangelistæ non scripserunt Iudæis, sed aliis gentibus ad Christum conuersis, ideo non fuit studium eorum probare facta Christi testimoniis Sacræ scripturæ, & ob hoc solas illas auctoritates quas Christus allegabat contra Iudæos, inducunt ipsi, vt rem gestam referant. Vide loco cit. quæst. 27.

Hoc autem totum factum est vt adimpleretur &c. Conueniens fuit allegare auctoritatem illam Zachariæ, primo ad excusationem, aliquis enim pauca sentiens, fortassis irrideret quod Christus super pullum indomitum equitando introisset in Ierusalem, quasi ex aliqua leuitate factum esset; tollitur autem hic irrisionis, & murmurationis occasio, cum ostendatur factum esse propter dictum Prophetæ, & ita non fiebat ea leuitate. secundo, quia dato quod aliquis putaret omnia gesta Christi; rectè, & prudenter, & grauiter facta esse, tamen quare equitans super Asinam, & pullum nunc ascendisset in Ierusalem, quod nunquam sibi fuerat in consuetudinem, admiraretur. Nam non fuit factum ad alleuiandum laborem itineris, cum per totam Galilæam progrediens, nunquam hoc fecisset, Redditur ergo causa. scilicet, hoc totum factum est; vt impleretur quod dictum est per Prophetā. tertio fuit ad condemnandum Pharisæos, & doctores legis qui Christum cognoscere poterant si vellent nam ipsi sciebant signum eius aduenientis, scilicet quod super Asinam, & pullum veniret, cum autem sic eum venire viderunt, aut contempserūt eum recipere vt regem agnitū, aut malitia excæcauit eos, vt non agnoscerent quem clare poterant cognoscere. quarto fuit vt ostendatur qd de eis quæ scripta erant de Messia, nihil Christus omiserit, nam necesse erat, quod Messias impleret omnia quæ de ipso scripta erant, & tamen de eo scriptum erat, quod veniret ascendens super pullum, & Asinam, ideo venit. quinto fuit ad condemnationem Iudæorum. sexto, & principaliter fuit, quia intentio Matthæi erat ostendere Iesum esse Messiam, & ad hoc volebat singula quæ de Messia dicta erant applicare ad ipsum. Vide loco citato quæst. 28.

Dicite filiæ Syon, Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus &c. Quare Christus equitans super pullum, & Asinam potius venit in Ierusalem, quam in alium locum terræ Iudæorum. Vide loco cit. quæst. 29.

Dicite filiæ Syon, &c. Quare Matthæus allegando auctoritatem Zachariæ non recitauit eam ad literam, sed mutauit verba, & quomodo sit intelligenda, quo ad singulas eius partes. Vide quæst. 30.

Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus & adduxerunt Asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua. Discipuli iuerunt pro pullo, & A-

sina, & adduxerunt eos, sicut Christus iusserat. In quo est notandum, quod non erubuerunt hoc paruum ministerium sed executi sunt illud, ad mandatum Christi. Sic dicit Titus. Discipuli autem missi ducere pullum non refutauerunt hoc officium, vt paruum, sed abierunt vt adducerent eum: in quo nos instruimur, quæcunque parua pro Christo non erubescere subire, quia nihil tam paruum pro illo fieri potest, quod non efficiat nos dignos regno Cœlorum, sic dicit Basilius. Sic quoque docet nos intima opera plurimo cum effectu & studio aggredi, scientes quod quidquid intuitu Dei fit, non est paruum, sed dignum regno Cœlorum Adducto pullo, tam illi duo discipuli, quam alii, posuerunt vestes suas super pullum, cuius prima causa est quia pullus ille fortassis non habebat stramenta, super quæ Christus sederet, & hoc verisimile est, certum est enim, quod super pullum nemo vnquam hominum sederat, Marc. 11. & Luc. 19. & consequenter non haberet stramenta, quæ non ponuntur nisi Asinis domitis, & super quos quis sedet, vel onus eis imponitur. secunda causa fuit ad ornatum, & decētiam Christi, nam dato quod pullus haberet stramenta, vel possent stramēta Asinæ imponi pullo, adhuc vt decēter sederet Christus super pullum, ideo Apostoli posuerunt vestimenta sua super pullum, vt decentius Christus sederet, & procederet. Vide loco cit. quæst. 31.

Et eum desuper sedere fecerunt. Christus sedere voluit super pullum non super Asinam, quamuis multa obstare viderentur, quia hæc Christi equitatio ad aliquid significandum fiebat, & ideo debebat ascendere super illud animal, qđ magis ad significationem conueniebat, istud autem erat pullus, nam Asina significat populum Iudaicum qui diuinis mandatis, & legibus semper subditus fuerat, & tolerādo attritus; pullus autem qui indomitus erat, super quem nemo adhuc sederat, significat populum gentilem, quia nullum doctorē ad salutem animæ habuerat. Et quia super Synagogam iam Christus sederat, & sedebat, cum adhuc Iudæi legem à Deo datam tempore Christi seruarent, nō oportuit tunc actualiter, & de nouo ascendere. super pullum autem nemo ascenderat, ideo Christus super eum nunc ascendere debuit, vt ostenderet quod populus gentilium qui indomitus erat, sibi subiiciendus esset. Vide loco cit. q. 32.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Multi erant illi qui hoc faciebant, & ideo turba vocabātur. Ista autem turba ex multis congregata erat, & est sensus quod omnes qui nunc fuerunt in via venientes cum Christo, vel occurrentes ei, exhibuerūt ei hunc honorem. Tota enim multitudo plebis Iudæorum hoc circa Christum faciebat quod eum honoraret, licet aliqui eum specialiter persequerentur, scilicet Pharisæi, & scribæ, & Sacerdotes, ideo cæteri hunc honorem exhiberent. Vide loco cit. quæst. 34.

Plurima autem turba &c. Antequam Christus ascenderet super pullum, non fiebat ei aliqua istarum solemnitatum, & tamen an statim vt ascenderet cœperunt ista fieri, vel interiecto aliquanto tempore, non apparet, sed videtur quod non statim cœperint, sed aliquantum post, quia ante descensum montis oliueti ascendit Christus super Asellum, & tamen cum essent in descensu, cœperunt turbæ hoc facere, sic patet ex ordine literæ Luc. 19. scilicet, & cum appropinquarent iam ad descensum montis oliueti, cœperunt omnes turbæ laudare Deum; sed veritas est quod ista duo Christo exhibita sunt, scilicet laus vocalis & stratio vestimentorum, & ramorū in via, & non fuerunt simul inchoata, sed prius fuerunt uestes stratæ, postea verò cœperūt laudare, vestes autem & ramos illico sternere cœperunt vt Christus ascendit super Asellum, laudes verò aliquātulum postea, & hoc colligitur Luc. 19. Nam dicitur. Duxerunt pullum ad Iesum, & iacientes vestimēta sua supra pullum imposuerunt Iesum, euunte aūt illo substernebant vestimenta sua in via, & sequitur, & cum appropinquarent ad descensum montis oliueti, cœperunt omnes turbę laudare Deum. & ita dicitur, quod eunte Christo, idest incipiēte progredi, postquam ascenderat Asellum. si autem simul vtrumque incœptum fuisset, non ponerentur diuersæ determinationes, ita quod vnū diceretur factum eunte Iesu, aliud verò cum appropinquaret ad descensum montis oliueti. Etiam quia ordo literæ significat ibi prius fuisse vestium strationes, quam laudes vocales. Vide loco cit. quæstionem trigesimamquartam.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua &c. Hoc fuit primo ex quodam gaudio spirituali quod conceperant de mirabilibus quæ viderant eum facere, ideo tāquam debitum honorem impendebant ei hunc. secundo quia Christus indidit mentibus turbarum quod eum sic laudarent, & honorarent. Nam ante hoc multas virtutes fecerat, & nunquam eum sic laudauerant, aut honorauerant, nunc verò nullum miraculum fecit, quod ergo nunc ipsum honorarent, fuit, quia Deus mouit mentes eorum, vt specialiter eum nunc honorarent. Vide loco cit. q. 35.

Plurima autem turba &c. Voluit Deus quod iste honor nunc exhiberetur Christo, primo ad implendam Prophetiam, quia sicut prædixerat Zacharias Christum venturum super Asinam, & pullum, & ideo impletum est, vt inducit Matthæus, ita prædixerat quod filia Syon exultaret, & iubilaret tunc, ideo etiam hoc debuit impleri, & istud fuit per honorem nunc impensum, & ita fuit conueniens quod nunc honoraretur Christus à turba, secundo fuit ad monendum Iudęos vt Christum susciperent, vel si nollent non haberent excusationem. exhibitus enim fuit hic honor, Christo, quem prædixerat Zacharias, quem cum viderent impleri Iudęi, poterant iudicare hunc esse Messiam, quod si nollēt, inexcusabiles essent. tertio fuit, quia cū Christus esset morti iā propinquus, volebat de se omnia manifestari, quæ occulta manserant, ante hoc enim neque ipse se Deum, aut Messiam apertè, & publicè dicebat, neque per Apostolos prædicari volebat, morti autem propinquus se Messiam publicari voluit. quarto fuit ad maiorem confusionem Iudæorum. Vide loco citato. q. 36.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua &c. Hunc honorem potius quam alium impenderunt turbę nunc Christo, quia hoc tēpore nō videbantur ei posse alium honorem deferre, nam recipiebat Christus in Ierusalem, & honorandus erat in introitu suo, in hoc autem non poterat nisi verbo, & opere honorari, vtroque autem modo honoratus est opere quidem, quia vestes in via sternebant, & ramos de arboribus iaciebant, Verbo autem quia acclamabant Christo Hosanna. Quantum ad opus non poterant tribuere alium congruentiorem honorem, nam Christus veniebat, & ideo viam ei parauerunt vestibus eam operiendo, & ramis, & vtrūque ad gaudium, & solemnitatem pertinet, sed maior erat solemnitas quod vestes sternerentur in via, quā quod rami, & tamen quia quidam non erant apti ad vestes sternendas, quia forte simplices vestes habebant & manerent nudi, vel quia vestes eorum erant rusticanæ, & nullum honorem præstarent, iaciebant ramos, sic quilibet secundum suam dispositionem, & facultatem faciebat. Laus etiam vocalis fuit multum conueniens, neque poterat alia esse magis conueniens, quia totus iste honor exhibebatur Christo, vt Messiæ, & erat ad ostendendum eum esse Messiam, cum vocaretur filius Dauid, & diceretur nunc venite regnum Dauid. Marc. 11. ideo iste honor fuit multum conuenienter nunc Christo exhibitus. Vide loco cit. quæstionem 37.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Ad honorem hoc factum est, non autem vt Asellus non offenderet ad lapides, & foueas, & spinas, vt dicunt aliqui. Et hoc primo quia tantum honorem nunc voluerunt Christo dare, quod etiam id quod hominibus non datur, asello Christi dederunt, scilicet quod super vestes hominum graderetur. secundo quia non potest aliquis magis alium honorare, quam quod eā quæ sibi chara sunt ei impendat, homines autem diligunt vestes quia in eis honorantur, & secundum eas, quod ergo illas quas mundas, &

nitidas

nitidas seruare quis cupit ad honorem suum subiiciat pedibus alterius sternendo per terram, vbi est maxima contaminatio, magnus honor est, ideo conueniente isti Christum sic honorabant, hoc autem deductum est in exemplum, vt quando nouiter recipimus aliquos multum venerabiles viros, aut dominos sternamus viam pretiosis stramentis, quod etiam ad sacras cæremonias transfertur, scilicet quando Eucharistiam, aut crucem, aut aliquid alind multum sacrum volumus venerari. Vide loco cit. quæst. 38.

Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Rami isti fuerunt palmarum, & oliuarum, sicut Ecclesia cantat, De palmis patet, quia Ioann. 12. dicitur, multa turba quæ conuenerat ad diem festum, cum audisset quia venit Iesus Hyerosolymam acceperunt ramos palmarum, & exierunt obuiam ei. De ramis oliuarum patet, quia supra in litera, & Marc. 11. dicitur quod plurima turba strauerunt in via vestimenta sua, alii cædebant ramos de arboribus, arbor autem secundum consuetudinem Sacræ scripturę significat arbores fructiferas, arbores verò non fructiferas ligna vocamus, vt colligitur Gen. 1 & Deuteron. 20. c. & ideo arbores istę de quibus rami cędebantur erant fructiferę, & tamen cędebantur in monte olineti, vt patet in litera. quia in descensu mōtis olineti cœpit fieri ista, solemnitas canentium, vt patet Luc. 19. cap. sternere autem vestes, & ramos fuit etiam ante descensum montis cum venisset Christus ad ipsum montem vt innuitur in litera, sed in monte olineti nihil erat principaliter, nisi oliuę, & ob hoc vocabatur mons olineti ideo apparet quod de oliuis erant illi rami. Isti autem rami erant duplices, quidam fuerunt qui manibus portabantur, alii vero qui sternebantur, in via, in manibus portabantur rami palmarum, in via autem sternebantur rami oliuarum ratio autem fuit, quia, quādo Christus introiuit in Hierusalem, quędam turbę veniębant cum eo, & aliç exierunt ei obuiam de vrbe, illę quæ veniebant cum eo, & sequebantur ex Iericho, non ferebant ramos in manibus, sed vestes sternebant in via, & ramos, vt per viam sic stratam transiret Christus equitans super Asellum, & isti cędebant ramos de arboribus quas in via inueniebant, & tamen quando ipsi cęperunt hunc honorem Christo exhibere erāt in monte olineti, & ibi non erant nisi oliuę, ideo rami de oliuis. erant qui cędebantur, & sternebantur in via illis verò, qui de vrbe Christo obuiam exierunt, occurrerunt rami palmarum, nam iuxta vrbem erant palmę & de illis tollebant ramos, quos in manibus ferebant. Vide loco cit. quęst. 39.

Turba autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant. Clamantes in via non solum erant discipuli Christi, sed & omnes alii qui cum eo veniebāt, & patet quia dicitur, turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, & tamen discipuli Christi pauci erant, ita qđ non possent vocari turbæ. Vide loco cit. quæst. 41.

Dicentes Hosanna. Hosanna est vna dictio simplex, & significat, salua vel saluifica, & ita Iudæi petebant se saluari per Iesum Christum Vide loco cit. q. 42.

Hosanna filio Dauid Benedictus qui venit in nomine Domini. Tria per hæc significauerunt turbæ primum est, quod cum Messiam, & regem Israel ostenderunt, secundo quod eū laudauerunt bona imprecantes, tertio, quia sibi ipsis bona ab alio fieri petunt. primum patet cum dicitur Hosanna filio Dauid, nam vocando cum filium Dauid, vocant Messiam, quia filius Dauid et Messias quia de semine eius futurus prænuntiatur, & promitti tur secundum est quod eum laudauerunt bona imprecantes, nam dixerunt, benedictus qui venit, idest, bene dictus sit, & laudetur ab omnibus nomen eius. Secundum est, quod sibi ipsis bona fieri petunt, dicentes, Hosanna in excelsis, idest da nobis salutem quæ est vita æterna. Vide loco cit. quæst. 43.

Hosanna filio Dauid &c. Non apparet plenè, an isti intelligerent quod dicebant, nam isti cōfitebantur Iesum esse Messiam, & Deum, cum ab eo salutem in Cœlis petant, scilicet Hosanna in excelsis, saluare autem in terra posset fortassis homo, sed salutem quæ in Cœlis est, nemo nisi Deus dare potest, quia Cœlum Cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum. sic dicit Hilasius. laudationis enim verba redemptionis in eo exprimunt potestatem, filium autem Dauid nuncupant, in quo agnoscerent æterni regni hæreditatem. Etiam asseruerunt per aduentum Christi pacem in Cœlo, & gloriam in excelsis futuram Luc. 19. sed talia nemo præstat nisi qui de Cœlo est, & super omnes est, ista autem omnia non est verisimile, qđ tota illa multitudo clamans intelligeret, quia omnes turbæ quæ præcedebāt, & quę sequebantur clamabant, sed hoc intelligere magnorum erat, ideo potius videtur quod non intelligentes illa dicerent, introeunte in eos spiritu Domini, qui eos ad hęc impelleret dicenda. Vide loco cit. q. 44.

Hosanna &c. Quomodo nunc Christus libenter hunc honorem regium acceptauerit quem prius spreuit, Vide loco cit. quæst. 45.

FERIA QVINTA in cœna Domini.

Euang. Ioan. XIII.

Ante diem festum Pascha sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Solent patres in fine vitæ suæ, loqui cum filiis suis, instruentes eos in moribus. sic fecit Iacob vt patet Gen. 49. sic etiam fecit Moyses, Deut. 31. sic etiā fecit Tobias putans mortē sibi iminere monita filio suo tradidit, vt patet Tobiæ 3. cap. sic etiam fecit Samuel toti Israeli, quem vt filium fouebat, ad finem vitæ redarguens, & ad bonam spem eleuans, vt patet 1. Reg. 12. cap. sic etiam Christus ad finem vitæ suæ mortalis inter homines, discipulos suos valde instruxit in operibus Charitatis & in omnibus aliis necessariis magnum sermonem faciens, vt patet à principio huius capitis vsque ad 18. Vide sup. Gene. cap. 49. in principio, circa illud: Vocauit Iacob filios suos.

Vt transeat ex hoc mundo ad partem. idest de hoc statu vitæ mortalis. Vide auct. super Matth. tom. 1. cap. 4. qu. 74. circa principium.

Et cœna facta, cum Diabolus iam misisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariothes. Vide super Matth. tom. 5. cap. 20. quæst. 46. circa medium.

Frater Simonis Iscariothes vocatur Scariothes a quodam vico Galilææ nomine Scharioth de quo ortus est. Vide super Matth. tom. 3. cap. 10. quæst. 41.

Cum Diabolus iam misisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariothes. Dæmon, & operatio eius fuit aliquando magis notus quam à principio, & ideo aliquid de tentatione eius potuit dici in processu Sacræ scripturæ hominibus tanquam magis expertis, & aptioribus ad recipiendum, quam in principio, vnde non debuit dici in principio de tentatione Sathanæ, propterea Gene. c. 13. cū dicitur de tentatione facta per serpentem, non dicitur fuisse factam per Dæmonem, nam cum à principio non essent notæ aliquæ substantiæ spirituales, & multo minus operationes earum, non debuit dicere scriptura, quod Eua tentata esset per Dæmonem, postea vero in processu temporis, fuerunt homines magis exercitati ad ista intelligenda; vnde scriptura narrauit ea, & quia in nouo testamento fuerunt omnia maxime reuelata, ibi potissime dicitur de Dæmonibus, & tentationibus eorum; in veteri autem testamento, non erant ista tam nota, ideo ibi minus de Dæmonibus dicitur, & eorum tentationibus. Vide auct. super Genesi. cap. decimotertio quæstione 440.

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Christo tradita sunt omnia in quantum est Deus, & etiam in quātum est homo. In quantum est Deus tradita sunt sibi omnia,

 non qui-

non quidem creaturæ, quia istæ non traduntur ei, quia per ipsum factæ sunt, sed omnia idest omnes perfectiones patris, quia cum sit eadem substantia numero patris, & filii, & idem esse, est eadem potestas, & bonitas, & sapientia, & æternitas, & cætera attributa, quia impossibile est differre eos ab aliquo absoluto quia sint duo Dij, & tamen sunt vnus Deus, ideo nulla est perfectio patris, quin ipsa eadem numero sit filij; si autem accipiatur Christus inquantum est homo, etiam verum est quod tradita sunt ei omnia, & tunc intelliguntur omnia idest creaturæ quæ sunt extra Deum, & non ipsa substantia patris, quia ista maior est quam Christus inquātum homo, & hic accipitur hic, dum dicitur quod omnia dedit ei pater in manus, idest sub potestate sua, quæ enim traduntur in manu alicuius, sunt ea, quæ ipse facere potest, cum manus sit organum operatiuum, & tamen nihil sit nisi creatura, & sic solæ creaturæ intelliguntur per hoc ei traditæ. & tunc omnia tradita sunt Christo tripliciter, scilicet quantum ad auctoritatem, & quantum ad potestatem, & quantum ad effectum. Quantum ad auctoritatem fuerunt ei omnia tradita ab instantia conceptionis suæ, quia eo ipso quod natura humana fuit vnita verbo, fuit etiam Christus inquantum homo maior omnibus creaturis, quia per hoc quod vnita est humanitas verbo, habet ipsa maiorem perfectionem quam omnes creaturæ simul. Quantum ad potestatem autem fuerunt sibi omnia tradita in resurrectione. Quantum ad effectum autem, tradentur omnia Christo in die Iudicij, quia tunc subiecta erunt omnia pedibus eius, & voluntas sua implebitur in omnibus rebus. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 11. quæst. 59.

Surgit a cœna, & ponit vestimenta sua. Vestimenta saluatoris quibus dum in carne adhuc mortali viuens opertus est, pauci extitere valoris, Christus siquidem nō vt honoraretur, aut inter cæteros mortales vestium insignitate polleret in orbem venerat, sed vt humilitatis, atque paupertatis nos efficeret amatores, quod in se primo edocuit. Vnde ipse testimonium perhibens de Ioanne Baptista, de se quoque perhibuit, quod præciosis vestibus non vteretur, sic habetur, Matth. 11. Qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. si tamen ipse vestibus mollibus, & præciosis vteretur, non protulisset quod mollibus vestiti in domibus regum sunt, ipse quippe in nullius regis domo erat. Apparet ergo, Saluatorem pauperi fuisse habitu contectum. Vide auct. in 5. Parad. cap. 29. & cap. 31.

Domine tu mihi lauas pedes? &c. Idest nunquam ego debeo permittere quod tu laues mihi pedes in æternum, idest nunquam permittam quod laues mihi pedes, & fuit conueniens Petrum tali modo procedere, non enim dicebat hoc per modum negantis, & prohibentis, sed per modum deprecantis, ne Christus tantam humilitatem subiret, lauando pedes discipulorum. Sic etiam fuit de Ioanne Baptista, quando ab eo petiit Christus baptizari. Vide auct. super Matth. tom. 1. cap. 3. quæst. 79.

Non lauabis mihi pedes in æternum. In æternum, idest nunquam, quia illud in æternum non fit; quod nunquam fit. Vide auct. super Deuter. cap. 23. quæstio. 1. in fine.

Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Interior munditia in duobus est, & ideo, condecet in parte exteriori in duobus esse munditiam nam munditia exterior, attestatur munditiam interiorem, quia proportionaliter se habent. Actus autem nostri, & nos ipsi tunc perfecte mundi sumus, cum in nobis affectiones, & operationes mundæ sunt, ista autem signantur per manus & pedes, manus namque sunt maximè operatiuæ, inter omnia alia organa, ideo Aristoteles in tertio de Anima, vocat eas organum organorum. Per nostras igitur operationes manus lotæ significantur, quare in Sacerdotibus in quibus actionum puritas super omnes alios lucere debet, manus lotas esse necessarium est. Pedes affectiones notant, quia sicut in aliquid pedibus tendimus, ita affectionibus ad bona vel mala properamus. Tunc ergo pedes nostri mundi sunt, cum affectiones nostras sine omni fece terrenæ sordis incoinquinatas conseruamus. Et iste est vltimus, & maximus gradus munditiæ, cum non solum actiones, sed affectiones emundamus. Et sic dicebat Christus, Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet sed est mundus totus. quasi dicat, munditia est in operationibus, sed isti qui ad hanc operationum peruenerunt puritatem, adhuc aliquas affectiones immundas habent terrenæ labis puluere inquinatas, ideo indigent vt pedes lauent, istam abstergendo labem. Vide auct. super Exod. cap. 40. quæstione nona circa principium.

Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet. Homo dum viuit nunquam plene mundus est, quia etiam ipsi qui mundi vocantur non sunt totaliter mundi, sed indigent vt pedes lauent. Vide auct. super Num. cap. 28. quæstio. 15.

Et vos mundi estis, sed non omnes. sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit non estis mundi omnes. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. decimo, quæstio. 42. circa medium.

Et vos mundi estis, sed non omnes. Apostoli vocantur iusti per excellentiam, quia Christus iustificauit, & mundauit eos. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. decimo quæst. 141.

Et vos mundi estis, sed non omnes. Idest nō de omnibus dico, ego enim scio quos elegerim, quasi dicat. illi quos ego elegi mundi sunt, qui verò non fuerunt electi, non sunt mundi; Vide auct. super Matth. tom. 6. cap. 22. q. 115. post medium.

Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister & Domine, & benedicitis sum etenim, si ergo ego laui vestros pedes Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes, exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Vide auct. super Exod. cap. 12. quæstio. 28. in fine.

Exemplum enim dedi vobis, quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Tota actio Christi est instructio nostra & debemus eum sequi in omnibus quæ non excedunt facultatem nostram. Vide auct. super Matth. tom. 3. c. 9. quæst. 75. in fine.

Exemplum enim dedi vobis &c. si magister humiliat se ad aliquid agendum dignum est quod discipulus se ad illud humiliet. Vide super Matth. tom. 3. cap. 10. quæst. 113. circa principium.

Quemadmodum ego feci ita & vos faciatis. Ex operibus Christi tradenda est consequentia ad opera nostra, quia ipse præbuit se nobis imitabilem in operationibus, nisi quatenus processit vt Deus, sicut in operatione miraculorum, vel in ieiunio quadraginta dierum, quia his non possumus eum imitari. Vide super Matth. tom. 5. cap. 18. quæstio. 97. in responsione ad quartum argumentum.

Exemplum enim dedi vobis &c. Christus non solum præbuit se nobis imitabilem in dictis, sed etiam in factis, & sunt facta sua nobis quædam regulæ. Vide sup. Matth. tom. 5. cap. 19. quæst. 20.

Exemplum enim dedi vobis &c. Christus præbuit se generaliter quantum ad totius vitæ puritatem imitabilem discipulis, vt ita ipsi facerent. Vide super Matth. tom. 5. cap. 19. quæstio. 189.

Vos vocatis me Magister & Domine & benedicitis. Hæc duo nomina quibus solebant discipuli appellare Christum, scilicet Dominus, & Magister, erant magis vsitata; Vide super Matth. tom. 3. cap. decimo, quæst. 113. in principio.

Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis. Vide super Matth. tom. 5. cap. decimonono quæstio. 113. & tom. sexto. cap. vigesimotertio, quæst. quinquagesima tertia, & tom. septimo. cap. vigesimoquinto, quæstione. 358.

PASSIO DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI secundum 4. Euang.

Joan. 18. & 19. Luc. 22. & 23. Marc. 14. & 15. Matth. 26. & 27.

DIXIT *Iesus discipulis suis, scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur.* Dixit hoc discipulis Christus, quia res ista erat ardua, & talia non sunt publicanda, sed solis fidelissimis, & propter alias rationes. Pro quo vide auct. super Matth. tom. 5. cap. 20. quæst. 40.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi, & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. De istis principibus, & senioribus populi, quinam essent quot & quomodo instituti fuerint, & quod esset eorum officium. Vide apud auct. super primum Paralip. c. 26. quæst. 26.

[D]icebant autem, non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Dies festus vocatur hic dies primus Azymorum, in quo cõueniebant omnes viri de terra Israel in locum sanctuarij ad comedendum de agno paschali die præcedenti, quia Deus iusserat quod ter in anno conuenirent omnes viri Israelitæ in locum sanctuarij, & primum festum istorũ erat dies prima Azymorũ, Exod. 23. & 24. Deut. 16. & quia populus habebat Christum vt Prophetam, timuerunt Pontifices, quod si illa die congregato toto populo conarẽtur occidere eum, fieret tumultus magnus in populo. Vide auct. in 2. parte defensorij cap. 5. circa finem.

Non in die festo. Non erat hoc festum tantę reuerentię sicut sabbathum; & licebat illo die fieri publica punitio iudicialis & alia quæ sabbatho fieri nullo modo licebat, & patet, quia dicentes Non in die festo, illud significauerunt, scilicet non occidatur in hoc die celeberrimo propter scandalum, si tamẽ nullo modo licuisset illa die aliquem occidi, non dixissent non in die festo, quia tunc superfluum esset, consiliari super eo, quod lex nullo modo permittebat, at hoc esset impossibile legis, nam illud posse dicimus, quod de iure possumus, super impossibile autem consilium non est, vt patet 3. Ethic. Consiliabantur tamen Pontifices, & Pharisæi, an Christum in die festo occiderent, vel non, ergo licitum erat illa die quoscunque publicè occidi, Vide auct. in 2. parte defens. cap. 8. paulo post medium.

Non in die festo, ne fortè &c. Iudęi voluissent Christum occidere etiam in die festo, nisi timuissent scandalum. Vide loco citato.

Non in die festo, ne fortè &c. Quamuis Iudęi cõsiliati fuerint non occidere Christum in die festo, nihilominus postea occiderunt eum in die festo; Ratio huius esse potuit, quod Iudæi intendebant euitare tumultum populi contra se quãtum possent, ideo nollent occidere Christum die festo, sed post pascha, & tamen Deus mutauit consilium eorum propter gloriam suam volens quod Christus occideretur potius in die festo, quam in alio die, quia in eis quę fiebant circa mortem Christi, non mouebantur omnino Iudęi à seipsis, sed in multis mouebantur à Deo, eo quod mors Christi erat maximum misterium quod Deus intendebat procurare in mundo & sic cum primo apud eos fuisset consilium humanum quod Christus non occideretur in die festo ne fieret tumultus in populo, incidit postea eis consilium diuinum quod mutauit consilium eorum, & occiderunt Christum in die festo, quia sic expediebat. Alio modo potest dici, quod fecerunt hoc consilio humano scilicet quod licet primo diffiniuissent non occidere Christum in die festo, propter scandalum, tamen rursus propter uitandum maius scandalum occiderunt eum in die festo, nã si Principes sacerdotum, & Pharisęi compręhendissent Christum ante primum diem Azymorum, & vellẽt tenere eum vinctum vsquequo transirent festum, & postea eum occiderent, videbatur sequi maius scandalum, scilicet, quod totus populus sciret quod Christus teneretur, & quia sciebant quod propter inuidiam tradebatur, conarentur in illis septem diebus eripere eum de manibus Pharisęorum, & si nollent eum dare fieret tumultus magnus in populo. Voluerunt ergo occidere eũ illico vt tenuerunt, vt sic populus non posset eripere eũ de manibus suis, & sic oportuit eum in die festo occidi. Vide auctor. in secunda parte defensorij. capit. 8. circa finem.

Non in die festo. Immo conueniens erat Christum mori in die festo. Pro quo vide auct. loco citato, vbi multa ad hoc inuenies.

Et assumpto Petro, & duobus filijs Zebedai. Vide super Matth. tom. 5. cap. 20. quæst. 57.

Cœpit contristari, pauere, & mæstus esse. Christus sustinebat in hoc veras cordis amaritudines, atque intolerandas angustias, expectans dolores verissimos sibi affuturos. Vide auct. in secundo parad. cap. 20. & in 4. Parad. cap. 49. circa finem.

Et tunc ait illis. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Timore naturali cadente in constantem virum, non timore carnali, aut mundano timuit aliquo modo Christus; licet sit differentia inter purum hominem, & Christũ, quia in puris hominibus quantumcunque perfecti essent, ponimus veras passiones, in Christo autem non dicimus fuisse passiones, sed propassiones quę ad alterum modum pertinent de quibus magister tertio. Sent. d. 9. Vide auct. super Exod. tom. 1. cap. 17. qu. 2. circa illud: Adhuc pusillum, & lapidabit me.

Tristis est anima mea vsque ad mortem. Idest tristis est vita mea, aut anima mea, donec moriar. Quasi dicat, ante mortem mihi tristitia auferenda nequaquam est. Vide in 2. Parad. cap. 77.

Tristis est anima mea vsque ad mortem. Vide in 2. Parad. capit. 80.

Tristis est anima mea vsque ad mortem. Multi sunt timores, scilicet naturalis, humanus, seruilis, initialis, castus, filialis, amicalis. Naturalis est, secundum quem naturaliter formidamus ea quę nociua sunt corpori, et fugimus illa, & iste timor, non dicit aliquod vitium, sed solam naturę affectionem, secũdum quam euitamus id, quod nociuum est corpori, non distinguendo an ex iusta causa, vel ex iniusta, nec ita vt propter eum faciamus aliquod malum, vel non, & talis timor est in omnibus viris etiam virtuosis, cum in eis maneat conditio naturæ, & iste fuit in Christo, per quem mori timebat, cum dixit. Tristis est anima mea &c. Vide auct. super primum Paralipom. capit. 13. quæstion. 34. in principio. & in 2. Paradox. capit. 75. in principio. & in 4. Parad. capit. 49. circa finem.

Tristis est anima mea vsque ad mortem. Idest tantum tristor, ac si morerer, vel occiderer. Vide auct. in 4. Parad. ca. 72. circa finem.

Et positis genibus orabat &c. Non est vtendum multis verbis in oratione quando petimus, si autem sit oratio per modum diuinę laudis, sicut est in quibusdam psalmis, in quibus nihil petitur, sed solum enarrantur diuinę laudes, non est periculum multa dicere, quia ibi non oramus, sed laudamus; Cum ergo quis orat, volens propriè orare, scilicet petendo, debet orationem in verbis breuẽ proferre, vt sic pauca petat, & tamen diu morari potest circa orationem illam, non diu loquendo, sed diu desiderando, & ita Christus tradidit nobis formam, nam orauit prolixè, & nihil perijt nisi vnicum, scilicet, si fieri potest, transeat à me calix iste. Luc. 22. scilicet, & positis genibus orabat dicens, pater si uis &c. & postea dicitur, & factus in agonia prolixius orabat, & tamen totũ quod orabat erat iste sermo, scilicet pater &c. quod patet Matth. 26. scilicet. & iterum abiens orauit eundem sermonẽ, idest in prima vice orauit, Pater si fieri potest &c. & in secunda vice idem orauit, & tamen prolixius orabat, scilicet, quia longo affectu tenebatur circa hoc, quod petebat, licet pauca verba diceret. sic habet D. August. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 6. quæ. 97. prope finem.

Pater si fieri potest transeat à me calix iste. &c. Per istum calicem intelligitur passio Christi. Vide auctor. super

Matth.

Matth.tom.5 capit.20.quæstion.73.

Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Nunquid non voluntariam mortem subijt Christus, quia calicem pęnalitatis à se auferri precatur? Nequaquam, sed vltroneus mortem subijt, quod euidenter insinuat Isaias 53. Cap. oblatus est quia ipse voluit, si ergo noluisset, nequaquam fuisset oblatus. Item si mortem voluntariè non subijsset, nihil moriens meruisset; Idem patet per loca Euangeliorum, in quibus de morte Christi processus est. Cum autem aliquid inuenitur, mortem Christi inuoluntariam fuisse insinuans, non sic intelligendum est, vt ipse mori noluerit, sed quod Christus spontaneè aliquam tristitię passionem assompserit, quia sicut solent cęteri hominum verè affligitur. Vide auct. in 2. Parad. capit.78.

Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos inuenit eos dormientes præ tristitia, & ait illis, Quid dormitis? & ait Petro. Simō dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum. Vide auct. super Deut. capit.9. quæst. 5. in fine.

Et rursus venit, & iterum inuenit eos dormientes, erāt enim oculi eorum grauati. Vide super Gen. capit.41. ante medium, circa illud: euigilans rursum sopore depressus.

Et relictis illis iterum abijt, & orauit tertio eundem sermonem dicens. Vide super Gen. cap.9. q.5. post medium.

Apparuit autem ei Angelus de cœlo, confortans eum. Vide auct. in 2. Parad. cap.20.

Apparuit autem ei Angelus de cœlo, &c. Scilicet à sanctissima Trinitate missus. Vide in 2. Parad cap.77.

Apparuit autem ei Angelus de cœlo confortans eum. Cum Christus esset Deus, & caput, & Dominus omnium electorum inquantum homo, Angeli colloquebantur ei; & hoc verum est nisi aliquando placeret Deitati hominem Christum relinquere sibi ipsi, idest vt affligeretur sicut affligi poterat vnus homo ex infirmitate humana. Et tunc Christus licet absoluiè esset maior omnibus Angelis, tamen quantum ad humanitatem assumptam consideratur sine vnione, minor erat Angelis, quia species humana non est ęqualis perfectionis cum Angelis, licet ex gratia aliquando sit homo maior, vel ęqualis Angelo. sic quantum ad id in quo Christus erat minor Angelis affligebatur, & placebat Deitati quod non redundaret aliquod gaudium in partem inferiorem Christi ex gaudio animę vnitę. Poterat tamen Christus affligi valdè, & indigere consolatione Angelorum; sic factum est modo, & nunquam legitur quod Angeli consolati fuerint Christum nisi hac vice, quia nunc fuit maxima afflictio sua secundum carnem. Vide auct. sup. Matth. tom. 1. cap.4. q.15. circa principium.

Apparuit autem ei Angelus de cœlo confortans eum. Cum Christus esset verus homo, & assumpsisset pœnalitates nostras, verè tristabatur sicut & nos, & maximè ista fuit vera, & intensa tristitia, Angelus autem præstitit ei consolationem veram, non quod illa Christus egeret ab extra, quia deitas sua poterat eum abundantius consolari, sed stante decreto Deitatis quod Christus pateretur secundum conditionem humanę naturę, poterat recipere consolationem ab Angelo. Vide auct. super Matth. tom. 5. cap.18. quæst.61. in fine.

Apparuit autem ei Angelus de cœlo confortans eum. Hoc non fuit per hoc quod Angelus imprimeret aliquod in Christo dando ei robur aliquod ad tolerandum angustias futuras, sed consolatus est per modum ministerij, astando ei eo modo, quo naturaliter homines consolationem capiunt ad pręsentiam amicorum, etiam si nihil aliud eis conferant Vide auct. loco citato.

Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Vide in secundo. parad. cap.20. & cap.80.

Sciebat autem Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Iesus venerat illuc, cum discipulis suis. Non audebant Iudęi publicè capere Christum, propter metum populi, vnde oportuit, quod per noctem eum caperent, Christus autem per noctem non dormiebat in vrbe, sed foris in campo, nemo autem poterat ita benè scire loca in quibus ipse manebat, sicut ipsi qui cum eo erant, fuit ergo conueniens quod ab aliquo de suis traderetur. Vide auct. super Matth. tom.3. cap.10. quæst.43. in medio.

Iudas qui tradebat eum. Christus tradidit semet ipsum, & pater eum tradidit, & Iudas tradidit, & Iudęi eum tradiderunt gentibus. Pater enim, idest tota Trinitas tradidit illum, quia deffiniuit quod pro nobis homo Christus Iesus moreretur Deus homo existens, & quia Deo non tradente, non poterat quisquam nocere illi, dicitur pater eum tradidisse. Dicitur ipse se tradidisse, quia patri tradenti non repugnauit, sed obediuit, etiam quia tradentibus non repugnauit, neque nòcuit, aut maledixit saltem verbo, & quantum ad hoc se tradebat, Iudas autem tradidit eum, quia ipse fuit instrumentum Diaboli ad procurandum traditionem realem Christi, & ista traditio vulgatior est in sacra scriptura, & ita Iudas vocatur traditor Domini. Iudęi autem tradiderūt Christum quia postquam traditus est eis à Iuda, tradiderūt ipsi eum Pilato Pręsidi. & ita dixit Pilatus. Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi, Vide super Matth. tom.4. cap.17, quæst.177.

Iudas qui tradebat eum. Christus tribuit Iudę administrationem pecuniæ quam ad victum suum, & discipulorum habebat, & in hoc quędam familiaritas erat Christi ad Iudam, cum committeret ei pecuniam expendendam, & hoc aliquid erat ad ostendendum Iudę ingratitudinem, quia cum Christus, istud signum familiaritatis etiam vltra magna beneficia ostendisset, magis videbatur ingratus, & vituperabilia tradendo ipsum. Vide super Matth. tom.3. cap.10. quæ.41.

Iudas qui tradebat eum. Iudas auaritia ductus tradidit Dominum suum. Vide super Matth. tom.3. c.10. quæ.42.

Iudas qui tradebat eum. Ita prænuntiatum erat de Christo quod vnus ex suis eum traditurus esset. Psalm.40. scilicet. Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Vide loco citato.

Iudas qui tradebat eum. Licet aliquando in congregatione bonorum aliquis malus inueniatur, non ideo putandum est, talem congregationem non esse à Deo, quia verè à Deo est quælibet congregatio vbi boni aliqui sunt, etiam si mali multi sint, cum bonum non possit esse nisi à Deo, & hoc patet, quia ista congregatio paucorum Apostolorum quæ à Christo specialiter facta fuerat, adhuc vnum pessimum virum habebat, qui meritò Diabolus dictus est. Vide loco citato.

Iudas qui tradebat eum. Falsum est quod dicunt aliqui, scilicet, Iudam fuisse bonum è principio, & accidisse postea, quod Sathanas tentaret eum, & sic tradidit Dominum. nam Iudas semper fuit malus, nam cum Christus instituisset eum dispensatorem pecuniæ, furabatur per se ea quæ dabantur Christo, & sic antequam Sathanas tentaret eum, erat sibi in consuetudinem furandi pecunias homini. Immo Sathanas ex hac parte habuit occasionem tentandi eum, scilicet, quia fur erat, & auarus, etiam multo ante Iudas malus erat, & non credebat ea, quæ Christus prædicabat, & sic fuit Iudas semper malus. Vide super Matth. tom.3. cap.10. q.43.

Iudas qui tradebat eum. Quamuis præsciret Christus Iudam eum traditurum esse, voluit nihilominus eligere eum in Apostolum, vt implerentur scripturæ primo. secundo quia iste erat modus conueniens, tertio ad ostendendum quod Christus istam mortem voluntariè subijt, & præsciuerat illam, poteratque euitare, sed noluit, cum sæpè ipse diceret discipulis, vnus ex vobis me traditurus est; cum ergo totum instrumentum mortis Christi fuerit discipulus eius, & ita præsciuisset, hoc etiam si purus homo esset, poterat rogare discipulum illum, vel taliter agere cum eo, ne ab ipso traderetur, & tamen noluit, ergo apparet, quod spontaneus mortem istam subijt, si autem traderetur per aliquem alium extraneum, non appareret quod tam voluntariè mortem istam subiret, cum non esset tam facile ei, si purus homo esset, sicut si à discipulo suo tradendus esset. Quarto ad ostendendum immensam mansuetudinem, & viscera misericordiæ Christi fuit quippe ineffabilis, scilicet quotidie comedere, & bibere cum illo, & beneficia magna præstare ei, de quo sciebat, quod ipsum

posset

posset, & ob hoc Ecclesia uetuit conuenticula occulta in quibus de fide docetur. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 9. q. 156. & tom. 4. cap. 13. q. 80.

Et rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei. Tu es Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi, tu dixisti; ego sum. Christus ante tempus passionis suæ nulli ex Iudęis voluit reuelare se esse messiam, præterquam discipulis suis, ne passio sua impediretur in fine autem vitę suę, cum iam ipsa passio inciperet, & non posset perturbari, confessus est se esse Deum publicè, quia sciebat, quod iam Iudæi erant iam cōmoti contra ipsum, quod etiam si cōfiteretur se messiam, vel Deum non curarent, sed magis murmurarent, & sęuirent. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 9. q. 17. post medium.

Adiuro te per Deum viuum, vt dicas mihi, si tu es Christus filius Dei. Iudęi non fuissent moti ad quærendum hęc à Christo, nisi vidissent aliqua circa Christum, propter quę putari posset, ipsum esse Christum, & filium Dei, & ista deducerent eos in dubium, & quantum ad hoc dicebantur agnouisse eum, quia verè ista notitia fuisset inter eos firmata, & plena nisi inuidia, & odium superuenientia impedirent. Vide auct. super Matth. tom. 5. c. 21. quæ. 205. in fine.

Nunc videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei & venientem in nubibus Cœli Tunc princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens blasphemauit. Vide auct. super 3. Reg cap. 21. quæst. 5.

Blasphemauit quid adhuc egemus testibus? Vide auct. super Leuit. cap. 24. quæst. 10. circa illud: Et qui blasphemauerit &c.

Blasphemauit &c. Non solum non credebant Iudęi Christum esse Deum, sed etiam putabant quod esse non poterat, quasi essent incompossibilia hæc, esse hominem, & esse Deum simul, Vide auct. super Matth. tom. 5. ca. 21. q. 204. in medio.

Quod cum audisset summus sacerdos, scidit vestimenta sua dicens, blasphemauit. Modus erat Iudæis, & antiquis, cū aliquis vellet exprimere magnum dolorem, scindere, vestes; sic etiā in pœnitentiam alicuius delicti, ad significandam magnam contritionem, consuetum erat Iudæis vestes scindere, sic quoque ipsis consuetum erat, cum audirent aliquam blasphemiam magnam Dei propter q̃ dolendum erat, scindere vestes. Vide auct. super Leuit. cap. 10. post quæst. 11. circa illud: Et vestimenta nolite scindere. & cap. 13. q. 10. circa principium.

At illi omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Non est sensus quod condemnauerint eum ad mortem idest iusserint eum occidi, quia hoc solus Pilatus fecit, & Iudæis non licebat condemnare quenquam ad mortem, quia Romani hoc vetuerant, sed intelligitur quod condemnauerunt eum mori, idest diffinierunt inter se eum esse reum mortis, & tanquam talem duxerunt ad Platum vt eum occideret, Vide auct. super Matth. tom. 5, cap. 20. post quæstio. 57. circa illud, & condemnabunt eum morte.

At illi omnes condemnauerunt eum esse reum mortis, & respondentes dixerunt, reus est mortis. Vide super Deut. c. 17. quæ. 4. circa principium.

Cum factus esset dies seniores plebis conuenerunt, & principes Sacerdotum, & scribæ, & duxerunt Christum in Concilium suum dicentes; si tu es Christus dic nobis. Vide auctor. super Matth. tom. 4. cap. 16. quæstion. 90. circa illud: & multa pati.

Et ait illis, & si dixero vobis, non credetis mihi; si autem interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Vide auctor. super Matth. tom. 3. cap. 9. quæstion. 17. in fine. & cap. 11. quæst. 11.

Adducunt ergo Iesum ad Caypham in prætorium, erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. In veteri testamento non contrahebatur immunditia absque contactu; Quomodo ergo noluerunt isti intrare in prętorium ne contaminarentur, ibi enim non erat contactus alicuius rei immundæ, & tamen si intrauissent, fuissent contaminati, ergo sine contactu contrahitur immunditia in veteri testamento. Vide de hoc auct. super Leuit. cap. 11. quæst. 18.

Quam accusationem affertis aduersus hominem istum? Responderunt, & dixerunt.

Si non esset hic male factor non tibi tradidissemus eum. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 10. qu. 102.

Accipite eum vos, & secūdum legem vestram iudicate eum, Dixerunt ergo ei Iudęi.

Nobis non licet interficere quanquam. Vide auct. in secunda parte def. cap. 8. circa finem.

Accipite eum vos &c. Iudæi non habebant potestatem occidendi quenquam, erant enim sub potestate Romanorum tempore Christi, & pręsides, et Iudices erant à Romanis constituti inter Iudæos, licebat tamen Iudæis homines verberare citra mutilationem, & mortem, vnde flagellabant eos prius, & postea adducebant ad Reges, & Pręsides, sic fecerunt circa Christum, nam prius ipsi eum inter se illuserunt, deinde duxerunt ad Pilatum prǽsidem Romanorum. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 10. quæ. 99.

Nobis non licet interficere quenquam. Quandiu aliquis est purè priuata persona, non licet ei occidere quenquam; vnde licet Iudæi assererent Christum malefactorem, & legem haberent, secundum quam dicebant eum morte dignum, tamen dixerunt non licere sibi illum occidere, ob defectum iurisdictionis. Vide auct. super Matth. tom. 2. cap. 5. q. 106. ante medium.

Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi. Isti Pontifices, erant principes familiarum sacerdotalium, qui vocantur ab Euangelistis aliquando principes sacerdotū, aliquando pontifices, & aliquando summi sacerdotes, magis tamen proprie vocantur principes sacerdotum, quam summi sacerdotes, & Pontifices. Vide auct. super Matth. tom. 1. cap. 2. q. 26. propè finem. & tom. 4. cap. 16. post quæ. 90. circa illud: & principibus sacerdotum.

Regnum meum non est de hoc mundo. Christus habuit virgam regni idest sceptrum regale, iuxta vaticiniū quod habetur Num. cap. 24. Scilicet. & consurget virga de Israel, sed non de hoc mundo, immo illud valdè fugiebat, quia semel cum pauisset in deserto multos viros ex paucis panibus, voluerunt eum rapere, vt facerent regē, ipse autem sciens cogitationes eorum, fugit ab eis, priusquam ipsi eum raperent, vt patet Ioan. 6. Prophetæ tamen vocant eum regem, quia erat de semine regali, scilicet de linea Dauid secundum carnem, erat tamen regnaturus spiritualiter, sic patet Ierem. cap. 23. Ecce dies veniūt dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustū, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra, & hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus iustus noster. Habuit autem virgam regni ad dirigendum in iustitia; sic patet Psalm. 2. Reges eos in virga ferrea, &c. Vide auct. super Num. cap. 24. q. 8. circa illud: & consurget virga de Israel.

Regnum meum non est de hoc mundo. Christus fuit rex, licet non modo temporali, vnde sacra scriptura vocat eū regem, nam Ierem. 23. dicitur, quod accipiet regnum, Patris sui Dauid, & regnabit sapienter, & regnum eius durat in ęternum, vt patet Daniel. 2. in visione illa quã vidit Daniel lapidem confringentem statuam, qui factus est in montem magnum, & dicit quod in diebus regnorum illorum suscitabit Deus Cœli regnum quod in æternum non dissipabitur, & populo alteri non tradetur, & istud fuit regnum Christi. Vide auctor. super primum. Paralip. cap. 17. q. 27. circa finem.

Regnum meum non est de hoc mundo. Christus non regnauit sicut mortales, sed spiritualiter in salutem animarum nostrarum, vt faceret nos Deo nostro regnum, & sacerdotes per sanguinem suum. Apocal. 5. Vide auct. super Matth. tom. 1. cap. 2. q. 12. circa finem.

Regnum meum non est de hoc mundo. Licet Christus regnet modo, quia Ecclesia est regnum eius, tamen ostensio regni eius non est in hoc mundo, sed in futuro; & sic ipse dixit. regnum meum non est de hoc mundo, idest, licet nunc manens hic, rex sim, et regnum habeam tamen manens hic non ostendam hominibus statum, vel habitum regalem, sed ista ostensio erit in futuro, vbi in æternum regnabitur. Et istud regnum Christi cœpit

mune-

I N D E X.

anno eiusdem 17. cum Dominus Iesus Christus voluntariè se tradidit passioni, sed impiè à Iudæis apprehensus, & patibulo affixus est, maximo terræ motu per orbem facto saxa in montibus scissa maximarumque vrbium partes plus solita concussione ceciderunt. Vide auct. super Matth. tom. 6. cap. 24. q. 65.

Et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, &c. Ex istis qui surrexerunt possent esse tres Patriarchę Abraham, Isaac, & Iacob, cum essent principales in veteri testamento. Vide auct. super Gen. cap. 49. post q. 6. circa illud: In spelunca duplici.

Et multa corpora sanctorum qui dormierunt surrexerunt &c. An isti qui cum Christo surrexerunt, surrexerunt ad vitam immortalem, vel postea obierint, & alia ad hoc pertinentia, vide super Matth. tom. 6. c. 22. qu. 230. post medium. ad 3. argumentum.

Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, glorificauit Deum &c. Magnum inauditumque miraculum fuit Christum vita defecisse ex clamando voce magna nullus enim virorum fortiter clamans spirat, cum tunc omnes vires vocum formatiuæ deficiant, potissimum in ijs, qui vulneribus illatis exangues concidunt, sicut fuit in corpore Christi; Vide auct. in 2. Parad. cap. 62. & in 3. Parad. cap. 51. & super Matth. tom. 3. cap. 9. quæ. 127.

Et omnis turba eorum qui simul aderant, ad spectaculum istud, & videbant signa quæ fiebant, percutiebant pectora sua, & reuertebantur. Vide super Matth. rom. 5. cap. 21. q. 99. circa finem. Alia de passione Domini, require in communi tabula, verbo passio, & verbo mors.

IN DIE SANCTO PASCHÆ.

Euang. Marc. XVI.

MAria Magdalena, & Maria Iacobi, & Saloma emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Accipitur aliquando aroma pro simplicibus succis, aut speciebus, & isto modo secundum aliquos accipitur hic, dicunt enim, quod istę mulieres emerunt aromata, quæ erant simplices species, & ex eis vnguenta confecerunt. Vide auct. super Exod. cap. 37. in fine capitis, circa illud: De aromatibus mundissimis.

Emerunt aromata vt venientes vngerent Iesum. Erat consuetudo apud Iudęos, quod sepelirentur in linteis, & vngerentur corpora eorum aromatibus, & sic erat istud licitum, & fiebat etiam viris sanctis. Vide auct. super 2. Paralip. cap. 16. q. 41. vbi multa ad hoc habentur.

Et valde mane vna sabbathorum veniunt ad monumentum, orto iam sole. Vide super Matth. tom. 4. cap. 14. qu. 64. in medio.

Et valde mane vna sabbathorum veniunt ad monumentum orto iam sole. Videtur esse contrarietas in hoc inter Euangelistas, nam beatus Ioannes dicit hoc fuisse factum per noctem, vt patet Ioan. 20. cum dicitur. Vna autem sabbathi Maria Magdalenę venit cum adhuc tenebrę essent ad monumentum. Et beatus Lucas idem vult, cum dicat Vna autem sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum, vt patet Luc. 24. soluitur autem contrarietas ista apparens, quia venire potest significare terminum à quo, respectu cuius est venire, vel terminum ad quem, respectu cuius est peruenire, si autem accipiatur respectu termini à quo dicendum est quod mulieres, ferentes aromata surrexerunt per noctem, cum adhuc essent tenebrę, & tamē dum se parauerunt, & peruenerunt ad monumentum, quod satis tunc ab vrbe distabat, facta est dies, & ortus est sol, & sic dictum Beati Ioannis, & Lucę intelligitur de surgēdo, & parando, dictum vero Beati Marci intelligitur, de tempore quo ad monumentum peruenerunt. & soluitur hęc contrarietas in eadem littera Marc. 16. cum dicitur & valde mane vna sabbathorum venerunt ad monumentum orto iam sole. ecce dixit fuisse valdè mane, & tamen esse ortum solem. nam, si ad idem referentur impossibilia sunt, aut saltem incōpossibilia, nam quando sol ortus est, quanquam mane dici posset, tamen non est valdè mane. sed necessariò referenda sunt ista ad diuersa scilicet ad terminum a quo, & ad terminum ad quem, & tunc verum est, quod valde mane vna sabbathorum venerunt, idest venire inceperunt, aut ad veniendum se parauerunt, & tamen orto iam sole ad monumentum venerunt, quia ortus erat, quando illuc peruenerunt. Vide auct. super Iosue, cap. 3. q. 1. in prin. circa illud: Igitur Iosue de mane cōsurgens.

Et dicebant ad inuicem; Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? erat quippe magnus valde. Sepulchrū Christi fuit ad modum domus magnę, cum dicatur quod Petrus & Ioannes introierunt in monumentum, & etiā duo Angeli erant ibi, & Maria Magdalenę introiuit illuc, vt patet Ioannis 20. & habebat ostium quod claudebatur lapidibus. Vide auct. super 4. Reg. cap. 13. qu. 19.

Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida. Quando nobis apparent Angeli, veniūt quasi vestiti, & vestitus eorum est communiter albus, sic etiam duo Angeli, de quibus habetur Ioan. 20. qui fuerunt in monumento Christi dicuntur fuisse in albis sedentes. Idem fuit in ascensione Christi ad Cœlos, nam dicitur Act. 1. quod duo viri astiterunt iuxta discipulos in vestibus albis, illi autem erant Angeli. Talis autem est conditio omnium beatorum spirituum apparentium, quod vestes candidas videant habere. Vide auct. sup. Matth. tom. 4. c. 17. q. 44.

Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit non est hic. De resurrectione Christi, vide in communi tabula, verbo resurrectio.

FERIA SECVNDA PASCHÆ.

Euang. Lucę. XXIIII.

Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum &c.

ET, factum est, dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis, oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Discipuli non cognoscebant Christum, non quia mutatio aliqua fuerit facta in Christo, sed quia fuit facta mutatio in oculis discipulorum, quia videbatur eis, quod homo, quem videbant, erat peregrinus, & extraneus, quem nunquam vidissent, nihil tamen amplius erat in Christo quam sem per esse consueuerat, ita quod si ipsi per visum rectè iudicarent, sicut consueuerunt, non dubitassent quin ille esset Christus, sed Deus nō permittebat eis rectè cognoscere, istud autem fiebat à Deo, qui oculos eorum tenebat, non permittendo, quod rectè iudicarent per visum sicut alias rectè iudicare consueuerant, & hoc erat propter demerita eorum, scilicet, quia erant aliquo modo increduli, vel tardi ad credendum, & hoc quia non crediderant illis, qui testabantur se vidisse Dominum resurgentem, potissimè cum ipse ante mortem prædixisset se tertia die resurrecturum. Vide auct. super Matth. tom. 4. cap. 17. q. 25. circa medium.

Oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Quasi dicat; Poterant discipuli cognoscere Christum ex figura corporis, quę eis nota erat, & tamen non agnouerunt quia tenebantur oculi eorum, idest Deus tenebat grauatos oculos eorum, ne ex figura corporis eum agnoscerent; Vide auct. super Matth. tom. 4. cap. 14. quæst. 164. circa medium.

Et dixerunt de Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta potens in opere, & sermone. Quamuis discipuli isti vocent Christum Prophetam, ipse tamen re uera Propheta non fuit

nec poterat esse, cum ipse esset Deus, quia Deus, & Propheta Dei distinguuntur, cum Propheta accipiat à Deo reuelationem. Etiam si de beato Ioanne Baptista dixit Christus, quod non erat Propheta, sed plusquam Propheta, Matth. 11. à fortiori ipse Christus non esset Propheta; discipuli autem vocabant eum Prophetam, quia non cognoscebant Christum quis esset in veritate. Vide auct. super Num. cap. 11. q. 64. circa principium. & super Matth. tom. 5. cap. 21. q. 54.

Nos autem sperabamus quia ipse redempturus esset Israel. Toto tempore quo Apostoli cum Christo fuerunt, adhuc rudes nimis erant, nec solum ante passionem Christi hoc fuit, sed etiam eo ascendente ad Cęlos adhuc Apostoli rudes nimis erant, sic enim patet ex verbis horum discipulorum, Nos autem sperabamus quia ipse redempturus esset Israel, quod intelligebant quantum ad statum temporalem, scilicet quod reduceret in gloriam illam, quam habuerat tempore Dauid, & Salomonis, liberando Israel, à subiectione gentium, & hoc patet, quia si intelligerent de redemptione animarum, à peccato, non dicerent, nos autem sperabamus, quasi dicant, iam non speramus, quia quanquam Christus esset mortuus, non tollebatur quin redimeret Israel, immo redimere non poterat, nisi moreretur, pręsupposito æterno decreto, quia tamen intelligebant de temporali redemptione, scilicet de liberatione à subiectione. & tũ Christus mortuus erat non sperabant quod redimeret, quia illa redemptio in vita fieri debebat, pugnando contra gentes, vel alias. Vide auct. super Num. cap. 28. qu. 21. circa principium, & paulo inferius.

Nos autem sperabamus, quia ipse redempturus esset Israel. Ostendunt in hoc isti discipuli incredulitatem, quæ quidem fuit absque dubio peccatum mortale. Vide auctor. super Matth. tom. 3 cap. octauo. quæstion. 83. circa medium.

Nos autem sperabamus quia ipse redempturus esset Israel. Vide auctor. super Matth. tom. 4. cap. 16. quæstion. 59. in fine. & q. 92. & q. 97. & cap. 17. quæstion. 17. & tom. 5. cap. 20. quæst. 61. & quæstion. 67. in principio. & cap. 21. quæst. 122.

Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ierunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes se visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Vide auct. in præfatione super Euang. Matth. q. 14. ante medium.

Et ipse dixit ad eos, ò stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ, Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? & incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Vide auctor. super prima Præfatione D. Hieron. in librum Paralipom. qu. 3. circa principium.

Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Vide super Matth. tom. 3. cap. 6. quæstio. 157. in fine.

Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Nunquid non sponte passus est Christus, quia dicitur oportuit, quod necessitatem quandam designat? Neque enim accipitur ly oportuit, pro expedit, vel expediuit, vel decuit, sicut aliqui dicunt, sed accipitur vt importat necessitatem, vnde quandocunque de passione sua Christus loquitur, ponit oportet; sic dicitur in hoc cap. Hęc sunt verba quę locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & psalmis de me, & subditur, aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit, quoniam sic scriptum est, sic oportebat Christum pati, & resurgere, accipitur ergo oportet, idest necesse est. Item Matth. 16. dicitur, quod oportebat Christum multa pati, & occidi, Respondetur, quod passio Christi fuit voluntaria, & non necessaria, tam ex parte Christi patientis, quam ex parte Iudæorum occidentium eum, De ipso patet Isa. 53. oblatus est quia ipse uoluit, ergo non coactus, Etiam eodem Cap: dicitur. si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longęuum, & sic ponitur conditionalis, ad ostendendum quod poterat nõ ponere. & Io. 10. ego pono animam meam, & iterum sumo eam, nemo tollit eam à me, sed ego pono à me ipso eam. sic etiam ad Philip. 2. Christus factus est pro nobis obediẽs patri vsque ad mortem, quod tamen ex obedientia fit, liberum est, ideo mors Christi quantum ad ipsum fuit prorsus libera. ex parte etiam Iudæorum libera fuit, nam ipsi consiliati sunt de morte, & diffinierunt de ea, Io. 11. & poterant non diffinire, sed credere Christo si voluissent, sed sola inuidia stimulabat eos, & honoris desiderium, videntes se contemni, Christo faciente tot miracula, sed inuidia, & odium, & ambitio & similia, voluntaria sunt cum sint vitia, ergo non fuit necessaria illatio mortis. sed adhuc dicendum est, quod passio Christi potest vocari voluntaria, & etiam necessaria, voluntaria quidem modo iam dicto, necessaria autem, inquantum Deus volebat illam, & statuebat sic fieri, fuerat enim pręnuntiatum per Prophetas, & in lege quod Christus pateretur, & tamen sacra scriptura non potest esse falsa, ideo oportebat quod sic fieret sicut in scriptura erat prænunciatum, & tamen Christus qui passus est, non passus est ex necessitate, sed ex volũtate, quia ipse qui passus est, fecit prædici à Prophetis quod ipse passurus erat, neque ideo patiebatur ipse, quia sic pręnunciatum erat sed potius è contrario, ideo sic prænuntiatum erat, quia sic ipse voluerat prænunciari qui statuerat ab ęterno sic mori, quia tamen scriptum erat, & non poterat esse verum, nisi sic fieret, oportebat sic fieri, adhoc quod verum esset, & ista erat necessitas inuariabilitatis, sed non necessitas coactionis, & ita omnia Diuina sunt necessaria; quia apud Deum nulla est variatio, neque vertibilitas, & tamen apud Deum est maxima libertas. Vide auct. super Matth. tom. 4. cap. 16. quæst. 98.

Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Christus per labores peruenit ad gloriam suam, non quidem ad gloriam animæ, quia illam semper habuit ab instanti conceptionis suæ, sed ad gloriam corporis, quam ex merito habuit. Vide super Matth. tom. 4. cap. 17. quæst. 22. circa principium. & qu. 58.

Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Christus per pasionem suam meruit gloriam humanitatis suę quam nunc habet, & honorem quem habebit in iudicio, & exaltationem super omnem creaturam. Vide super Matth. tom. 7. cap. 26. quęst. 3.

Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Ex hoc videtur quod Moyses aliquid Prophetauit de Christo, in omnibus autem quinque libris Moysi non reperitur aliquid quod posit applicari ad Christum, nisi in lib. Deut. cap. 18. scilicet Prophetam suscitabo vobis de medio fratrum vestrorum. Vide auctor. ibi, quæstion. 6. in principio, circa illud: & ait Dominus ad me, benè omnia sunt locuti. & super Matth. tom. 3. cap. 11. quęstion. 39. & tom. quarto. cap. 17. quęstion. octogesimasecunda circa principium.

Et appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse finxit se longius ire. Nullum mendacium vel fictio in hoc propriè erat, quia talis erat apparitio exterior, qualis erat habitus interior eorum quibus apparebat. Vide auct. super Gen. cap. trigesimosecundo post quęstio. 5. circa illud: Et ecce vir.

Et ipse finxit se longius ire. Christus tamen nihil finxit, sed visus est discipulis fingere quod iret longius. sic ait Greg. super hunc locum. scilicet. Nihil simplex veritas per duplicitatem egit, sed talis in oculis eorum apparuit, qualis in mẽtibus eorum erat. Vide auct. super primum Reg. tom. 2. cap. 15. q. 31, circa principium.

Et coegerunt illum dicentes, mane nobiscum. Non est sic intelligendum, quasi coegerint Christum simpliciter isti discipuli sed fuit coactio, siue compulsio per preces, scilicet quod tantum orauerunt, & iniecerunt manus in eum modo supplicantis, quod induxerunt eum vt maneret. Vide auctor. super primum. Reg. tom. 2. cap. 28. quęst. 42.

Aduesperascit, & inclinata est iam dies. Aduesperascere, siue vesper, accipitur hic pro parte diei quę est inter meri

diem

diem, & solis occasum, et magis propè meridiem, q̄ propè solis occasum, quod patet, quia isti discipuli loquebantur cum Christo de hora comedendi, quia ipsi manserunt in Emaus ad manducandum, & Iesus quasi peregrinus finxit se longius ire, quasi volens ibi manere ad manducandum, & illi volentes eum cogere dixerunt, mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies, idest est post meridiem aliquantulum; Nam non potest accipi pro hora tarda circa solis occasum, quia eodem cap. dicitur quod isti duo discipuli mox vt cognouerunt Christum in fractione panis, surrexerunt & venerunt ipsa die in Ierusalem, & tamen Ierusalē distabat 60. stadijs à loco in quo nunc erant, quæ faciunt quatuor leucas, ergo necesse est, quod magna pars diei adhuc superesset, & sic quando dixerunt Christo, Aduesperascit, & inclinata est iam dies, erat aliquantulum post meridiem, & ita vespera, & aduesperascere accipitur hic, pro parte diei quæ est immediatè post meridiē, & aliquantulum durat, & vocamus illud tempus nonam. Vide auctor. super Matth. tom. 4. cap. 14. qu. 64. in medio.

Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Quando Christus voluit quod cognoscerent eum isti duo discipuli nihil mutatum est in corpore eius, neque in habitu eius, sed in oculis eorum qui prius tenebantur ne eum agnoscerent, & tunc Deus abstulit impedimenta de oculis eorum, & agnouerunt illum. Vide auct. super Matth. tom. 4. cap. 17. qu. 25.

Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Quando scriptura sacra loquitur de cognitione, dicit aperiri oculos, vel aperiri intellectum, scilicet, quando quis cognoscit quod prius non cognoscebat, pro eis quæ intellectu cognoscuntur dicit aperiri intellectum, & pro eis quæ sensu cognoscuntur, dicit aperiri oculos. Vide auct. sup. Gen. cap. 13. quæst. 524.

Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Cum vox Christi esset nota discipulis ex quotidiano vsu, & ipse venit cum his duobus per magnam partem viæ, declarans scripturas, & colloquens eis, quomodo esse potuit quod non cognoscerent eum per vocem, sed solum in fractione panis? Ad hoc dici potest, quod licet Christus multa locutus fuerit illis discipulis, non cognouerunt eum in voce, quia forte Christus mutauerat vocem, nam sicut in Christo videbatur mutata tunc effigies, vt dicitur Marc. 16. scilicet, Post hæc autem duobus ex his ambulantibus in via ostensus est in alia effigie euntibus in villam, ita & vox mutari poterat, quia non solum Christus, sed etiam quodlibet corpus glorificatum potest mutare vocem, & sic licet Christus multa eis loqueretur, non agnoscerent in voce, sed agnitus est in fractione panis, quia non mutauerat istam consuetudinem. Secundo potest dici, quod non mutauerat Christus vocem, & tamen tenebatur cor discipulorum, ne agnoscerent Christum in voce, nam sicut tenebantur oculi eorum, ne ex figura corporis eum agnoscerent, ita & tenerentur aures eorum, & mens, ne vocem sibi notam cognoscerent. Vide auctor. super Matth. tom. 4. cap. 14. quæstion. 164.

Et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Duo inconuenientia erant, si ex figura corporis, vel ex voce cognouissent Christum isti duo discipuli. primum quia mox vt Christus agnosceretur ab eis, recederet, sicut postea factum est, nam mox vt cognouerunt eum in fractione panis, euanuit ab oculis eorum, & tunc Christus non instrueret discipulos per scripturas, nam interpretatus est eis à Moyse incipiens omnes scripturas quę de ipso erant, & hoc fuit valdè vtile, eo quod Iudæi dabant magnam fidem scripturis sacris, & sic cum Christus probaret ex scripturis veritatem gestorum suorum facilius crederent. Item quia vnum dubium siue error erat in discipulis, quod nō poterat tolli nisi auctoritate scripturarum, putabant enim quod Messias non erat moriturus, sic dicitur Ioan. 12. Nos audiuimus ex lege quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis quod oportet exaltari filium hominis? & scilicet Christus ostenderet se nunc resurgentem, non crederetur esse Messias, ideo ad ostendendum eos errare, oportuit ex scripturis assumi testimonia ostendentia quod messias occidendus erat, vnde ait, oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam, & tamen si statim agnoscerent eum in voce, vel figura corporis, non fuisset ista locutio ideo tenebantur oculi eorum, ne eum agnoscerent, et aures ne verba Christi esse diiudicarent. secundum inconueniens fuit, quia tolleretur alia probatio multum conueniens, & familiaris discipulis, nam cognouerunt Dominum in fractione panis, & si agnouissent prius in figura, aut in voce, non veniretur ad fractionem panis, quæ fuit discipulis signum valdè manifestum, ideo non agnouerunt eum prius. Vide auct. loco citato.

FERIA TERTIA PASCHÆ.

Euang. Lucę XXIX.

STetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis. Pax vobis, ego sum nolite timere &c. Christus appariēs nunc discipulis, locutus est sicut consueuerat, & dixit eis verba consueta, & tamen ex verbis istis non cognouerunt eum, quia Christus tenebat eos, ne sic eum agnoscerent, Vel dato quod agnoscerent illam esse vocem Christi putabant quod phantasma hoc facere poterat, nam sicut potuit effigiare Phantasma figuram corporis Christi, ita poterat effigiare conditionem vocis, vnde incertum signum erat, & faciebat Christus quod essent nunc discipuli duri ad credendum, vt ostenderet ipse signa per quæ conuinceretur verè resurrectio sua, nam si videntes eius effigiem, & vocem notam audientes, crederent illum esse, non daret Christus alia signa, quia superuacuum esset illa dari, cum nihil notificarent, & tamen non erant sufficientia signa vox, & effigies, quia Phantasma idest spiritus assumens corpus de aere, potest effigiare cuiuscunque figuram, & vocem quoque. Etiam vt firmius resurrectionis veritas probaretur, voluit quod adhuc discipuli essent aliqualiter dubij, vel adhuc admirantes hoc dicto, vt opus esset aliud signum dari, & ita dedit signum, quia manducauit coram eis, & tamen hoc erat verum signum viuentis. Vide auctor. super Matth. tom. 4. cap. 14. q. 164. in principio.

Conturbati verò, & conterriti, existimabant se spiritum videre. Scilicet putabant esse aliquid quod nō erat verum corpus solidum, sed spiritum corporis gestantem effigiem, alioquin illum intrare potuisse negarent, aut non scirent. Vide auct. in 5. parad. cap. 36. in princ. & super Nu. ca. 28. q. 21. circa princ. & Matt. tom. 4. c. 14. q. 156.

Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum, palpate, et videte quia spiritus carnem, & ossa non habet sicut me videtis habere. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. Discipuli Christi eum nudum prorsus conspexerunt modo, totamque carnem eius lucidè intuebātur, nec eis carnem suam tentandam palpandamque obtulit, ac si eam clarè non intuerentur, sed in hoc eis designabat in promptu esse vt caro sua ab eis palparetur, si experimento discere vellent quod eis hęsitantibus nō dum fides monstrauerat, ad hoc enim non præstabat visus exactissimū experimentū, nisi et tactus argumētum subderetur. Horum autem radix apparet, quia cum spiritus corporū phantasmata sumunt de aerea substantia sibi corporum solidorum simulacra fabricantes, in eis videri, & voces formare possunt, palpari tñ nequeunt, et si quis conetur illum manibus attrectare, tangentis manus elabit, nihilque inter ipsas tenentis manus poterit reperiri, velut si ventorum flatus quisq̄ manu conet' includere, conatus effectu frustrabitur, quoniam cum exactissime incluserit, nihil prorsus inclusum inueniet. conformiter autem in corporum phantasmatibus quæ spiritus interdum accipiunt esse necesse est, hæc enim ex aerea substantia sumpta sunt, attrectari ergo nequeunt. & hoc conantes eludunt, nam & si ista corpora nihil mouentur, nosque in illa apprehēsuri manus tenaciter

inijce-

iniecerimus, nihil prorsus illorum apprehendemus, sunt enim corpora magnam habentia raritatem nec enim tantam habent densitatem atque soliditatem, vt apprehendentium manibus interclusa tactui non cedant. In his ergo corporum solidorum Phantasmatibus visus eluditur, ea vera humana corpora iudicans cum in eis nullum à veris corporibus deprehenderit esse distantiam. In eis tamen tactus nullam potest pati fallaciam, si enim vera corpora fuerint, atque solida vt corpora hominum verorum, manibus attrectari, apprehendi, & intercludi poterunt, sicut cætera humana vera corpora patiuntur, quod si corporis humani phantasma, & non corpus sit, & si videri queat plenam humanæ speciei repræsentans effigiem, tactum tamen attractantem non patietur, sed cum palpare conentur, etiam si præsens sit euanuisse iudicabitur. & quoniam Christus veritatem resurrectionis, veluti in re monstrabat, ita & in existimatione nostra plenissimè monstrare voluit, exactissimam, maximamque probationem quæ in hoc genere dari posset, in se ostendere dignatus est. hoc autem erat, si se manibus attrectandum offerret, decreuit igitur se videntibus discipulis palpandum exhibere, non quidem ac si eius carnem & vulnera non conspicerent, sed vt resurrectionis suæ efficaciorem impenderet probationem. Vide auct. in 5. Parad. cap. 36.

Palpate, & videte quia Spiritus carnem & ossa non habent, sicut me videtis habere. Quamuis Christus exhibuerit se discipulis palpandum, ipsi tamen credentes, & propter reuerentiam Domini non tetigerunt carnem eius, in hoc autem eis magni meriti locus fuit. Hoc autem liquidatur nam si palpassent, & ideo credidissent, fides sua ex humano experimento ortum habuisset, vnde nullius meriti esset, ipsique nimis increpandi forent, atque eos Christus increpuisset, sicut Thomam discipulum qui nisi palparet, credere non constituerat, increpuit dicens. Quia vidisti me Thoma credidisti, beati qui me non viderunt, & crediderunt, ac si apertè diceret. Thoma, parum, aut nihil meruisti in hoc quod palpans carnem meam, resurrectionem meam credidisti, illis autem merendi magnus erit locus, qui nihil videntes simpliciter credent. Alios autem discipulos nequaquam increpuit, vnde concluditur, eos simpliciter credidisse, nihil manibus attractantes. In hoc autem nimis apud Christum meruerunt, aliquid fidei relinquentes. Vide auct. in 5. Parad. cap. 37. et in 5. Parad. c. 41. paulo ante medium & cap. 39. in principio & Matth. tom. 4. cap. 17. quæst. 117. & quæst. 118. & quæstion. 122. in principio.

Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. Adhuc autem illis non credentibus, et mirantibus præ gaudio, dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? &c. Et hoc apparet, quod discipuli carnem Christi tetigerint, cum eis primo apparuit, & dixit palpate &c. & quia palpantes adhuc non crediderunt eum verè surrexisse, quod apparet, quia dicitur, & cum hæc dixisset ostendit eis manus & pedes, & sequitur. Adhuc autem illis non credentibus ait. Habetis aliquid quod manducetur? videtur ergo secundum signum traditum, quia primo non crediderunt. Si enim primum signum non experti fuissent palpantes, sicut eis Christus dixerat, frustra, immo inconuenienter valde subiunctum videretur, scilicet, Adhuc illis non credentibus ait. Habetis aliquid quod manducetur? quod liquide comprobat eos primum accepisse, sed per hoc non credidisse. Sed dicendum est, quod discipuli Christi videntes eum, cum ipse locutus fuerit eis, atque ostendisset manus, & pedes, non dubitauerunt, nec palpauerunt, nec ideo eis secundum signum in ciborum sumptione datum est, quia primum acceperint, eique non crediderint, sed quia Christus ad eorum consolationem hoc adiunxit, cum voluissent tangere vulnera eius attractando, sicut Thomas tetigit. Quod autem discipuli non palpauerint vulnera eius, apparet ex eo quod habetur Ioann. 20. Cap. vbi cum apparuisset eis Iesus non assistente Thoma, dixerunt Thomæ uenienti: Vidimus Dominum, ille autem dixit eis, nisi videro in manibus eius fixuras clauorum, & mittam digitum meũ in locum clauorum, & manum meam in latus eius, non credam. Ex his ergo infertur, quod cum Thomas hoc diceret, si discipuli Christi vulnera sicut postea Thomas attractauit tetigissent, respondissent ei, nos misimus manus in latus, & digitos in loca clauorum, sed ipse audiens ab eis quod vidissent, non credidit addens ad hoc quod mitteret digitum, & manum in vulnera, ergo manifeste apparet quod alii hoc non fecerint, alioquin stulte ipse hoc superadderet, si iam cæteri vulnera tetigissent. Cum vero obiicitur quod discipuli palpauerint, quia Christus dixit, palpate, & videte quia spiritus carnem & ossa non habent sicut me videtis habere, & subinfertur. Adhuc illis non credentibus dixit: Habetis aliquid quod manducetur? ergo experti sunt signum datum, alias non diceretur quod non crediderunt. Respõdetur, quod non refertur ista clausula, scilicet, adhuc illis non credentibus &c. ad illam clausulam, palpate & videte, tunc enim sensus esset, qui arguitur; sed ad aliam clausulam immediatiorem, scilicet, & cum hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes, & non dicitur quod ipsi palpauerint. Sic ergo non experti sunt discipuli signum quod Christus eis offerebat in attrectando carnem eius, sed eo ostendente manus, & pedes viderunt, nihil de eius carnibus contingentes. Vide auct. in quinto parad. cap. 38.

Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio. Istud non credere, non erat aliqua infidelitas, quę est repugnantia ad veritatem, quę credenda proponitur, deliberata intentione, sed dicitur non credere admiratio quædam, ex magnitudine quippe rei visę permouebantur. Qui autem admirantur, nondum ad aliquid fixam mentem habent, nec tamen alicui repugnant: Discipuli igitur non negabant Christum surrexisse, quod infidelitas foret, sed quia aliquid magnum erat quod videbant, erat adhuc eorum mens conterrita, & ista in quibusdam esse solet media habitudo inter simpliciter assentire, & negare. sed adhuc in Apostolis existimandum non est hanc fuisse incredulitatem quæ est non assentire, propter admirationem quandam ex terrore, sed ex gaudio quodam, tam admirabile enim Apostolorum corda repleuerat gaudium, vt seipsos capere præ exultatione non potentes, vix ad assentiendum veritati de resurrectione Christi attendere possent, potentię namque nostrę finitæ sunt, ideo cum vni attendunt, alteri attendere nequeunt. Hoc autem non attendere ad veritatem resurrectionis Christi, inducebat ne determinatè assentirent, & hoc tollit perfectum assensum qui vocatur fides. scriptura autem interdum largè sumens omne quod perfectam fidem non continet, infidelitatem, vel non credere vocat. Quod autem hoc modo discipuli non crediderint, patet ex eo quod dicitur. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus prę gaudio. Ecce enim infidelitatem illam non protulit esse simpliciter infidelitatem, sed admirationem, & gaudium. Adhuc autem non credere quod ex admiratione prouenit, non semper ęquum est; si quis enim admiratus terrore concutiatur, & ob hoc non simpliciter assentiat, infidelitati magis accedit, quam si præ admiratione gaudii nõdum assentit, nam gaudium de aliquo bono concepto est, terror autem de præsumpto, aut expectato malo. Qui vero in præsentia magnæ atque delectabilis rei admirati uo terrore concutitur, nondum quicquam assentit, nam si conciperet, prorsus gaudendum de præsenti bono erat. Infidelitas ergo ibi & si non plenissima, satis tamen grauis est. Qui verò in præsentia enuntiati boni admiratur, & gaudet, & si omnino non credat, quia potentia intellectiua vni intendens, ad alterum se determinate non valet, tamen satis credit. Non enim gauderet, nisi bonum sibi quod dicitur qualitercumque adesse crederet. In Apostolis autem vtraque incredulitas fuit, & vtraque abolita est. Primo siquidem admirati, est conterriti sunt viso Domino, & tunc non crediderunt, sed magis putauerunt esse phantasma, postea autem Christus ostendit eis manus, & pedes, & illi magis animo qeтati omnẽ terrorem qui inuaserat eos de cordibus expulerunt, & pro terrore gaudio repleti sunt, tunc iam aliquid credentes, nec tamen plene credebant, cum magis gaudio cõcepto quam veritati resurrectionis attenderet. Ad ex-

tremum autem, & ipsa quædam incredulitatis pars quę cum gaudio existebat, ablata est, cum quietato aliquantulum illo subitaneo gaudio de magnitudine rei conceptæ, ad seipsos redierunt, & plene cognouerunt Christum surrexisse. Hoc autem fuit cum præteritis signis Christus etiam alia superaddidit, eos informans interpretatione scripturarum & cibo sumpto coram eis. Vide auct. Loco citato. & super Num. cap. vigesimooctauo, quæstione vigesimaprima paulò post principium.

Palpate, & videte &c. Nunquid discipuli carnem Saluatoris veste detexerunt, eamque reuelantes intuiti sunt, aut vestes eius nequaquā abstulerunt, vel quidquam de carne detexerunt, vt intueri possent? Nam si asseruamus eos Christum minime attrectasse, cum littera dicat quod carnem suam viderunt, confiteri necesse est vt carnē suā nudam tunc fuisse fateamur, ita vt nulla ex panno, aut aerea substantię veste tegeretur. si autem dicatur quod Apostoli Christum manibus attractauerint, stare nequit, nam superius dictum est, quod eum non tetigerunt. Dicendū est ad hoc, quod si discipuli Christi carnem attractauerunt, eam tamen quousque admoniti forent non tetigerunt, nam alioqui increpati forent, quod non extitit, ante ergo quam iussi forent non tetigerunt, prius tamen quā eis se palpare iusserit Dominus, eius carnem ipsi clarem viderunt. Nam cum eis hæc præcepti, aut vt verius dicatur permissionis cuiusdam dicerentur, carnem tamen saluatoris videbāt, vt in eiusdem verbis patet, cum dicitur. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Tunc ergo cum dicerentur verba caro apparebat, quo infertur carnem Christi nudam discipulis apparuisse, & sic Christus nudus discipulis apparuit, scilicet nulla veste, aut de panno, aut aerea contectus substantia. Vide loco cit. cap. 39.

Et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis. Hoc euidenter notabat Christum viuere, nam cibum sumere, solis animalibus inest; necessę erat ergo eum verū, atque viuentem hominem fore, cum comederit. Hoc autem & si conueniens argumentum resurrectionis esset, minoris tamen efficacię erat, quam tactiua attractio. Nā quanquam spiritus in corporis veri phantasmate sumpto cunctos actus qui ad veram cibi sumptionem exiguntur non expleat, nobis tamen verè omnia explere videtur, ita vt distinguere nesciamus an verè cibum sumat, singula namque in eo videntur, quę in comedentibus contemplamur. sic enim cibum sumpserunt tres Angeli qui venerūt ad Abraham sub ilice Mambre, quos scriptura viros vocat, vt habetur Gen. 18. De Christo autem conformiter fieri potuisset, scilicet quod quanquam homo verus non esset, sed spiritus in assumpto corporis veri phantasmate, comedentis effigiem discipulis monstrare potuisset, & si verè cunctos comedentium non expleret actus. Quamuis ergo sumptio cibi in Christo post resurrectionem suam eiusdem resurgentis signum dedit, non tam efficaciter hoc monstrauit, quemadmodum tactus qui falli non poterat. Vide auct. in 5. parad. c. 37. circa finem.

Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & psalmis de me. An per auctoritates veteris testamenti, quę sunt de messia, poterat per certitudinem inferri quod Iesus erat Messias. Vide auct. super Matth. tom. 5. cap. 21. q. 207.

Quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege, & prophetis & psalmis de me. Lex accipitur multipliciter, vno modo pro testamento, sicut dicimus legem veterem totum testamentum vetus. & sic lex dicit continentiam omnium librorum veteris testamenti, siue sint legales, siue sint prophetales, siue qualescunque. secundo modo accipitur lex strictius pro libris Moysi, quia lex preceptum nominat, & quia omnia quæ Moyses scripsit, continentur in quinque libris, vocantur illi lex Moysi. & hoc modo accipitur communiter lex in sacra scriptura. & tunc distinguitur lex contra alios libros, scilicet contra prophetales, & sapientiales, agiographos, & apocriphos, & ita accepit Christus hic, dum dicit. in lege, & prophetis, & Psalmis. Vide super Matth. tom. 6. cap. 22. q. 280. & tom. secundo. cap. quinto, quæstione. 91. & quæstio. 92. circa principium.

DOMINICA IN ALBIS.

Euang. Ioan. XX.

CVm esset sero die illo vna sabbathorum, & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio. Cum Christus intrauerit modo ad discipulos ianuis clausis, necesse est quod corpus Christi fuerit in eodem loco in quo ianuæ, quia alias rumperentur, vel diuiderentur ianuę, quod non fuit factum. Sed dicunt aliqui, quod non fuerunt duo corpora simul; sed dicunt vno modo, quod Christus reduxit corpus suum ad indiuisibile, scilicet quod manente tota materia, & quantitate, & passionibus, tolleretur sola dimensio, cuius est facere distare, & tunc corpus nihil occupat, & sicut non est miraculum manere spiritum vbicunque est alterum corpus, quia non se expellunt mutuo, ita corpus prædicto modo deductum ad indiuisibile, non potest expelli ab alio corpore, quia non habet aliquas dimensiones, ratione quarum ab alio expellatur. Dicunt etiam aliter, quod quādo Christus intrauit modo ad discipulos ianuis clausis, non fuerunt duo corpora simul, sed intrauit per aliquas paruas fenestras, idest rimulas; deducendo corpus suum ad talem figuram, & dimensionem, quod posset naturaliter capi per illas paruas rimulas, & hoc modo dicunt quod beati non poterunt simul ponere corpora sua cum alio corpore in eodem loco, poterunt tamen per dotem subtilitatis reducere corpus ad quamcunque figuram, vel dimensionem, & ita nullum corpus erit, per quod non possint transire, quia etiam per paruos poros corporis poterunt transire, & non erunt duo corpora simul, neque rumpetur aliquid, aut diuidetur. Sed dicendum quod prædicta non sufficiunt, non enim est negandum, Deum posse ponere duo corpora in eodem loco, quia non includit contradictionem. Cum tamen primo dicitur, quod potuit corpus Christi deduci ad indiuisibile, & ita transiret per portas, à quibusdam conceditur, & quod ita possit facere de quocunque alio corpore; sed tamen licet forte hoc posset stare, rationabilius est, quod transierit Christus per hoc quod maneret corpus suum, simul cum corpore portarum, quam quod se reduxerit ad indiuisibile, quia licet vtrumque exigat miraculum, plura difficilia exiguntur ad hoc quod se reducat ad indiuisibile, quam ad ponendum duo corpora in eodem loco; Vide auct. super Matth. tomo quarto cap. decimoseptimo, quæst. 119. vbi multa habentur quæ faciunt ad hoc.

Et dixit eis pax vobis. De pace inquire in communi tabula.

Hæc cum dixisset, insuflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum sanctum. Spiritus sanctus dupliciter accipitur vno modo pro Spiritu sancto qui est persona Trinitatis, alio modo pro dono aliquo Spiritus Sancti, & hoc secundo modo accipitur in præsenti loco, scilicet pro dono, hoc est pro potestate soluendi, & ligandi; quæ non est ipse Spiritus sanctus, sed quoddam donum, cum statim dicatur. Et quorum remiseritis peccata, remissa erunt &c. Sic etiam accipitur Actu. 8. Scilicet orauerunt pro eis, vt acciperent Spiritum sanctum idest dona Spiritus sancti, vel gratiam. Et ex hoc etiam omnia dona Spiritus sancti vocantur Spiritus. Sic patet Isaiæ 11. cap. vbi ponuntur septem spiritus; sapientiæ, consilii, timoris, pietatis, &c. qui sunt Spiritus, idest septem dona Spiritus sancti. Vide auct. super Matth. tom. sexto cap. vigesimosecundo quæstione trecentesimatrigesimanona in fine.

Quorum remiseritis peccata, remissa erunt. Homo offendens Deum, duo agit, scilicet, Deum contra se prouocat, agens contra legem amicitiæ; quia alterum magis quam

gis quam ipsum amat, per quod dicitur incurrere offensam, & etiam Deo ius debitum aufert, inquantum non vult manere sub lege sibi constituta à Deo, sed vult facere quod sibi placet, & sic committit contra iustitiam, & per hoc efficitur debitor pœnæ, vtrūq; requiritur ad hoc quod sit plena remissio peccati cum enim dolet homo de peccato, per hoc offensa Dei tollitur, & reconciliatur homo Deo, sed adhuc manet obligatus ad pœnam quæ pro peccato debita erat, non quidem ad æternam, quia illa tollitur per contritionem, & commutatur in temporalem, & pro ista debet satisfacere peccator, recompensando hic eam, per bona opera laboriosa, vel tolerando eam in purgatorio. Pars autem huius tollitur per confessionem ex virtute clauium Sacerdotalium, vnde toties potest quis de eodem peccato confiteri, qđ tota pœna debita in purgatorio tollatur virtute clauium, & ista est potestas quam Christus tradidit Apostolis dicēs. Accipite spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remissa erunt. Vide super Matth. tom. 3. cap. 6. quæst. 113. circa finem.

Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa erunt. Vide super Matth. tom. 5. cap. 18. quęst. 115. & cap. 63. secundę partis defensorii. & super Matth. tom. 4. cap. 16. quæst. 76. ante medium, & quæst. 85. in principio, & quæst. 86. in principio, & quæst. 89. in principio, & cap. 12. quæst. 68. ante medium.

Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Dydimus. Vocatur Dydimus idest dubius, quia enim fuit Dydimus, de resurrectione Domini dubitauit, & profundius exquisiuit, & manifestius agnouit, sed hoc nomen Thomas, ab origine ei competebat, quod autem Dydimus dicitur, idest dubius, an positum fuerit ei propter dubitationem de resurrectione, vel prius esset cognomen suum, vide apud auct. super Matth. tom. 3. cap. 10. quæst. 37.

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & Infer manum tuam, & mitte in latus meum. Ex his verbis deducitur, omnia vulnera saluatoris, siue pedum, manuumque, & lateris, post sacratissimam passionem relicta fuisse patentia, vt tunc erant, cum ei cruci affixo impressa sunt. Iussit enim saluator discipulo suo Thomæ in latus suum manum immittere, latus ergo patens erat, alioquin manum mitti impossibile foret, sed dumtaxat super latus manum poneret, in cicatricibus lateris mittere autem non posset. Item hoc idem de fixuris pedum, & manuum constat, quod patuerint post resurrectionem, quoniam dicitur; & mitte digitum tuum in loca clauorum, non enim dixit pone digitum tuum super cicatrices manuum, aut pedū, relictas ex fixura clauorum, sed dixit, mitte; necesse est igitur vt clauorum paterent fixurę, in quas digitus mitti posset. Item patet, quoniam dicitur in loca clauorum, ex quo infertur, adhuc ibi manere loca clauorū. s. fixuras, nā si curatis, conclusisque vulnerū vulneribus Solę cicatrices relictę forent, non dixisset in loca clauorū, quoniā fixurę erant loca clauorum, quia ibidem claui extiterant, cicatrices autem vulnerum, clauorum loca non erant, quia in eis claui nulli fuerunt, sed locorum clauorum signa. Ex his ergo infertur, quod vulnera Saluatoris post resurrectionem ita aperta penetrantiaque relicta sunt, vt in passione patuerunt cum crucifixus foret. Sic quoque nunc manent, vnde & cum venerit iudicium facturus illa bonis & malis ostendet, his aperte innuens eos sufficienter redemisse effuso sanguine suo, qui per hæc vulnera latè fluxerit: Vide auct. in 5. parad. cap. 26.

Infer digitum tuum huc &c. Ex hoc deducitur Christū verum corpus habuisse, non autem aereum, vel phantasticum. Vide auct. in 4. parad. cap. 75.

Infer digitum tuum huc &c. Vide auct. in 2. parad. cap. 68.

Et noli esse incredulus, sed fidelis. Fidelis potest dici dupliciter, scilicet à fidelitate, idest legalis, & est ille qui seruat veritatem in promissis, secundo modo dicitur fidelis à fide, & est ille qui fidem tenet idest credit ea quæ credenda sunt, & sic accipitur in præsenti cum dicitur, noli esse incredulus, sed fidelis, & sic opponitur incredulus fideli sed incredulus est qui non credit, ergo fidelis est qui credit, & fidem habet Vide auct. super Num. cap. 12. q. 41. circa principium.

Quia vidisti me Thoma credidisti; beati qui non viderunt, & crediderunt. Fides quando visum recipit, non est tanti meriti. Vide auct. super Matth. tom. 1. cap. 4. quæstione sexta circa medium.

Quia vidisti me Thoma credidisti &c. Ex his deducitur quod corpus Christi, non erat vestibus contectum, nam tunc non vidisset Thomas vulnera Christi, nec manum misisset in latus de superiectis tegmentis. Apparet igitur, Christum post resurrectionem suam in vestibus nullis apparuisse, sed pure nudatum, amictum tamen gloria & splendore. Vide auct. in 5. parad. cap. 35. in fine.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt vt credatis quia Iesus est Christus filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Sola illa quæ spectant ad nostram salutem scripserunt Euangelistæ, & hæc quidem non omnia, sed aliqua solummodo, quia & si omnia miracula Christi conferebant ad cōfirmationem fidei, & tota prædicatio eius ad moralem instructionem, tamen nec omnia miracula scripta sunt, nec omnes sermones sui, sed illa tantum scripta sunt, quę vel necessaria erant, vel valde vtilia ad salutem nostram. Vide auct. super Matth. tom. 4. cap. 14. quæstio. 13. circa principium.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus &c. Quod Euangelistæ multa vel pauca de Christo dicunt, non est intelligendum quod ideo solum tot dixerint, quia de Christo nulla alia quæ dicerent inuenerint, vel quia Christus nulla alia fecerit, sed ideo tot, & talia posuerant, quia credebant ista sufficere ad id quod intendebant, scilicet ad probandum Christum esse Deum & hominem pro nobis mortuum, & nos redimentem. Et si putassent plura esse necessaria ad probandum hoc, multo plura scripsissent, quia Christus fecit multa alia, quę scribere poterāt, sed non scripserunt illa, quia non putauerunt esse necessaria ad probandum quod dictum est. Vide auct. super 4. Prolog. D. Hiero. in Matth. post quæst. secundam circa illud: Quarum omnium rerum. Vide etiam super Matth. tom. 3. cap. 8. quæst. 112. & tom. 4. cap. 15. quæst. 80. in fine. & tom. 5. cap. 18. quæstione. 40. & cap. decimonono, quæst. 130. & super Iudic. cap. decimoquinto quæst. 37. circa medium.

Et vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Vide super Matth. tom. quarto cap. decimosecundo post quæstionē 38. circa illud. Et in nomine eius gentes sperabunt. In fine textus.

DOMINICA SECVNDA post Pascha.

Euang. Ioan. X.

Ego sum pastor Bonus. Vide auct. super Matth. tom. quinto cap. vigesimo post quæstionem trigesimāseptimam circa illud: Et ascendens, & in 2. parad. cap. 12. in principio.

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Idest bonus pastor ponit vitam pro ouibus suis, idest pro salute spirituali earum, & in quocunque casu, & quantum ad quemcunque hominem si quis pro salute spirituali eius ponat vitam suam, facit opus perfectæ charitatis, & est supererogationis. Vide auct. super Matth. tom. sexto cap. vigesimosecundo, quæstionem 306. vbi multa habentur quæ faciunt ad hoc.

Mercenarius autem & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues &c. Debet esse prælatus constans, ne timore perdendi lucrum, aut fauorem temporalem subtrahat aliquid de officio pastorali, permittens oues suas opprimi à potentibus, aliquibus iustitiam denegando propter fauorem tēporalium domi-

norum, aut doctrinam necessariam tacendo per quod subditi læduntur. Nam iste mercenarius est, & non pastor, quia videns lupum venientem ad occidendum gregem, fugit. & tales valde increpat Christus dicens nihil pertinere ad eos de ouibus, cum sola temporalia lucra quærunt. Quod Gregorius exponens ait. lupus enim super oues venit, cum quilibet iniustus. fideles quosque, atque humiles opprimit. sed is qui pastor videbatur esse, & nō erat, reliquit oues, & fugit, quia dum sibi ab eo periculum metuit, resistere iniurię non pręsumit. Fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solatium. & ob hoc pastor bonus qui tenetur animam suam ponere pro ouibus Ioan. 4. similatur turri fortissimę, constitutę in alto, quam homines à longiquo uident, & ad eam tanquam ad locum securum refugiunt. Ista duo prelatus bonus habet, scilicet quia fortis est sicut turris resistendo omnibus iniquis vsque ad mortem, & est in alio loco posita, quia officium pręlati debet esse omnibus patens, vt quilibet oppressus possit prælatum adire, remedium petens angustię suę. Vide plura apud auct. super Matth. tom. 2, cap. 5. post quæst. 90. circa illud: non potest abscondi Ciuitas supra montem posita.

Et animam meam pono pro ouibus meis. Vide super Matth. tom. 3. cap. 10. q. 140. in principio. solet hoc Euangelium pręberc occasionem concionatoribus agendi de prędestinatione, de qua vide multa in communi tabula, Vade etiã quę notata sunt feria tertia Pentecostes, de prędestinatione, & de pastore.

DOMINICA TERTIA Post Pascha.

Euang. Ioan. XVI.

Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. De morte sua faciens Christus sermonem, modicum se videndum dicit, quia ab hoc tempore quo Christus istud eis proponebat verbũ, vsque ad mortem suam ab eis uidendus erat. Christus namque hoc eis proposuit verbum prædicans in quinta Feria cęnæ per noctem post quã cęnasset, sicut apparet ex processu Euangelii Ioan. à Cap. 13. in prin. vsque ad 14. Erat autem magnum noctis elapsum spatium cum ista Christus dixit, durauit autem vsque ad alteram diem qua mortuus est, scilicet in sexta Feria parasceues ad horam nonæ. Erat autem aliquid modicum quo ab eis videndus non erat, qđ intelligitur de spatio triduanæ mortis suæ, quod verius supputãdo quadraginta horarum spatium fuit, maius tamen hoc spatium discipulis tractum est, quia non immediatè post resurrectionem suam ab eis visus est. Iterum autem ab eis videndus erat, scilicet post resurrectionem, & de hoc Christus loquebatur, dicens, Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Vide auct. in 2. parad. cap. 48.

Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Verba hæc sunt paradoxa, quia sensus eorum difficilis est, nam Apostoli auditis verbis his, inter se dubitantes inquirebant, quid est quod dicit modicum? Christus autem respondit eis dicens. De hoc quęritis inter vos, quia dixi modicum & videbitis me, & iterum modicum & non videbitis me, quia vado ad patrem; nec intelligebant vllatenus quid hoc esset, donec eis Christus declarauit vt ex cap. 17. Ioannis apparet. Vide loco cit.

Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Possunt alio modo exponi hęc verba, referendo ea ad idem tempus, scilicet quod in eodem Christus videbatur, & non videbatur. Et quia in Christo duę naturę erant, scilicet natura humana, & diuina, potest quantũ ad quamlibet harum partium intelligi Verum namque est de Christo inquantum homo est, quod videbatur, & non videbatur, scilicet in hostia; quia nos eum certissimè latere cognoscimus, ibi enim verum corpus eius est, quod de Virgine sumpsit. & sicut hominem armis tectum videre dicimus, nulla eius particula apparente, idem de Christo dicimus, quia verissimè in hostia est. Item ipsemet non videbatur in eodem tempore inquantum homo est, quia homo per colorem suum, magnitudinem, figuram, motum, quietemque conspicitur, ex quibus nullum in Christo patet. In hostia namque nullum de accidentibus Christi patere potest, quia ibi indiuisibiliter est. Quantum verò ad naturam diuinam, etiam verum est quod Christus inquantum Deus videbatur, & non videbatur. quod intelligitur referendo ad tempus in quo cum hominibus conuersatus est, quia tunc verè visus est, cum verus homo esset, & sicut cęteri homines videbatur, & quia verbum, siue secunda Trinitatis persona non videbatur, quia secunda persona est spiritualis, spiritus autem videri non potest, cum indiuisibilis sit, sed corpus, in verbo autem diuino, quod incorporeum & indiuisibile est videri non potest, quia color, secundum quem visio fit, in quantitate extensiua semper est. Vide auct. loco cit. Cap. 49. Vide etiam super Matth. tom. 5. cap. 9. q. 63. in principio.

Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini &c. Vide auct. super Matth. tom. 7. cap. 25. q. 362. ante medium.

Mundus autem gaudebit vos autem contristabimini. Vide super Matth. tom. 5. cap. 19. quæst. 189.

Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius, Cum autem peperit iam non meminit pressurã propter gaudium, quia natus est homo in mundo. Nimis enim gaudent fęminę cum pepererint filios, ideo quanquam à principio dũ periclitantur in partu nimis doleant, tamen postquam pepererint, non recordantur amaritudinis suę. & hęc est cõsolatio fęminarum parientium, sic enim cum Rachel pariens Beniamin periclitaretur, dixit ei obstetrix. Noli timere, quia, & hunc habebis filium Gen. 35. Vide auct. super primum. Reg. tom. 1. c. 5. q. 19. circa illud: Ne timeas quia filium peperisti.

Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius &c. Vna ex miserijs mulierũ, est quod in dolore filios pariant vnde maledicendo ei, dixit Deus. In dolore paries filios tuos. & dicitur in dolore paries, non in dolore concipies quia in partu est grauis dolor, non autem in conceptu, & licet multa alia sint in quibus mulier doleat, potissimum tamen est in partu, ideo de eo specialiter dicitur quod fit in dolore. & hoc est quia grauissimus dolor est in partu, cum aperiantur ea quę sunt naturaliter coniuncta, efficiaturq; mulier morti vicina, vnde dicit Christus hic quod cum mulier parit, venit hora eius, idest hora mortis eius. & iterum dicit, Non meminit præssuræ propter gaudiũ, idest præssuræ in qua fuit quando peperit. Vide auct. super Gen. cap. 13. quæst. 733.

Mulier cum parit tristitiã habet, quia venit hora eius &c. Venit hora eius idest hora periculi, & dispositionis proximæ ad mortem & hora vocauit Christus præssuram, dicens ibidem, & nõ meminit præssuræ propter gaudium. præssuram dixit, quia mulier præmitur, & coangustatur ad mortem, vnde, & multæ mulieres deficiunt in partu sicut patet de Rachel &c. Vide auct. super Gen. cap. 13. quæstione 751.

DOMINICA QVARTA Post Pascha.

Vado ad eum qui misit me.

Euang. Ioan. XIV.

Sed ego veritatem dico vobis. expedit vobis vt ego vadam. si enim non abiero, paraclitus non ueniet ad uos si autem abiero mittam eum ad uos. Ex hoc deducitur, quod antequam Christus recederet de sæculo per præsentiam corporalem Spiritus sanctus nunquam datus est, scilicet ad plenitudinẽ, vel in aliquo signo visibili, ideo dixit expedit vobis vt ego vadam &c. Vide auct. sup. Matth. tom. 1. ca. 3. post q. 64. circa illud: Ipse vos baptizabit &c.

Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos si autem abiero

rò mittam eum ad vos. Non erat iustum ante Christi mortem Spiritum Sanctum dari, quia apertio vitæ æternæ, & collatio Spiritus sancti ad plenitudinem in signo visibili sunt quidam effectus meritorum passionis Christi, quod Deus omnino placatus nobis per mortem vnigeniti sui concessit, sicut ergo iniustum videbatur secundum Dei statutum aperiri vitam æternam alicui, ante Christi mortem, quia istud pertinebat ad perfectam reconciliationem, ita videretur iniustum, Spiritum sanctum dare ad totalem plenitudinem, quia istud fit ex quodam superabundanti amore Dei ad nos, qui non potest esse nisi post perfectam reconciliationem. Non ergo fuit datus vnquam Spiritus sanctus à Christo in signo visibili dum viueret, nec etiam fuit datus post mortem suam, vsquequo ipse ascendit in Cœlum, sic innuitur dũ dicitur, si enim non abiero &c. Vide auct. loco citato.

Si enim non abiero, paraclitus non veniet ad vos &c. Nulli de credentibus in Christum datus fuerat Spiritus sanctus, antequam glorificaretur Christus, idest sederet ad dexterã patris, quod fuit in ascensione. Vide loco citato.

Princeps huius mundi iam iudicatus est. Vide quæ notata sunt Sabbato post Dominicam in passione, super illa verba: Princeps huius mundi eijcietur foras.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Non sunt proponenda simplicibus, & rudibus, ea quæ altitudinem mysterii continent. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 7. qu. 12. circa finem, & tom. 5. cap. 20. quæst. 67. in fine.

Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Deus in duobus docebat Apostolos, & reuelabat eis quid dicerent, scilicet quando fidem confitebantur ante præsides, & in prædicatione. Nobis autem quantum ad prædicationem non assistit Deus taliter, quod reuelet nobis quid prædicemus, sed vult quod studio Sacræ scripturæ, & doctrina peritorum discamus quod prædicemus, & sic fuit in discipulis Apostolorum, quia Paulus hortatus est Timotheum Euangelizare, scilicet fac opus Euangelistæ, & ad hoc admonuit quod se exercitaret in studio Sacræ scripturæ 2. ad Timot. 3. dicens quod scriptura Sacra est vtilis homini ad eum erudiendum, ergo non habebat Timotheus per reuelationẽ quid prædicaret, cũ oporteret eũ studere, Apostoli aũt reuelationẽ acceperunt, sicut dicit Paulus ad Gala. 1. Euangeliũ nunq̃ accepi ab homine, nec didici illud, sed per reuelationem Iesu Christi; Ex quo appatet, quod illa reuelatio solis Apostolis & eis qui cum illis fuerunt die Pentecostes facta est, cum super omnes descenderit Spiritus sanctus, cæteri etiam contemporanei eorum qui fidem prædicauerunt, non habuerunt hoc ex reuelatione, sed ex doctrina, & studio. hoc autem fuit propter plures rationes, pro quibus vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 10. quæst. 102. in medio. Vide etiam tom. 6. cap. 24. quæst. 214.

Ille testimonium perhibebit de me, quia de meo accipiet: De meo accipiet, idest de mea substantia. Vide auct. super Matth. tom. 7. cap. 25. quæst. 128.

DOMINICA QVINTA post Pascha.

Euang. Ioan. XVI.

SI quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo, petite, & accipietis. Ex his verbis deducunt aliqui, quod quando fit oratio ad Deum, non fit sub ratione naturę, siue attributi, sed sub ratione personę quia sic nos orare debemus, sicut Christus nos orare docuit, ipse tamen docuit nos orare ad patrem dicens, si quid petieritis patrem in nomine meo &c. Sed tamen dicendum est oppositum, scilicet quod oratio fit ad Deum non sub ratione personæ, sed sub ratione attributorum essentialium, & patet, quia oratio fit ad Deum, vt per ipsum impleatur quod petimus, istud autem implere pertinet ad potentiam, sapientiam, & bonitatem Dei, in quantum summè sapiens est, scit quomodo fieri debeat id quod petimus, & intelligit illud, etiam si secreto cordis nostri solum illud concipiamus. Inquantum verò est omnipotens potest abundanter facere id quod petimus, inquantum verò est summè bonus, dignatur concedere quod petimus, licet illud non meruerimus ex parte: ergo ex parte istorum trium attributorum diriguntur orationes in Deum, ipsa tamen attributa ad essentiam pertinent. Item patet, quia in oratione aliquid nobis concedi a Deo poscimus, Deus tamen non habet aliquam habitudinem ad creaturam sub ratione personæ, ideo est impossibile, quod sub ratione personæ aliquid faciat, vel cõcedat creaturæ. minor patet quia personæ constituuntur, & distinguuntur proprietatibus relatiuis, sed per relatiuas proprietates personæ solum ad seipsas referuntur, scilicet paternitate, filiationẽ, & passiua spiratione, sub his autem referri aliquam personam diuinam ad creaturas est impossibile, quia, referretur tunc pater per paternitatem ad id cuius non est pater, hoc autem includit contradictionem, ideo impossibile est personas diuinas sub ratione personalitatis ad creaturas referri, sed refertur Deus ad creaturã vt artifex, vt creator, vt gubernator, vt cã, & sub similibus relationibus, ista aũt pertinent ad essentiam, iõ Deus sub ratione personalitatis non potest referri ad creaturam, quia ratio personalitatis non est nisi ad constituendum, & distinguendum in diuinis, refertur ergo sub ratione alicuius attributi essentialis & tamen oramus ad ipsum inquantum aliquid nobis concedit, vel facit, ergo oratio dirigitur in Deum non sub ratione personę, sed sub ratione essentię, vel attributorum essentialium, quę incidunt in essentiam, & ob hoc non est magis orandum ad vnam personam, quam ad alteram, quia nihil est quod nos petamus, quod possit vna persona sine altera conferre, sed oẽs tres simul conferunt, tanq̃ sit vnum principium conferens, quia quantum ad essentialia per quę ad nos referuntur sunt omnes tres personę verè vnum, tanquam si essent vnica persona, quia non differt ad hoc esse vnicam personam, vel multas, cum non constituatur pluralitas per essentialia, sed orandum est ad tres personas simul, vel ad Deum, non inuocata aliqua persona specialiter. Ad obiectionem autem respondetur, quod quando dicitur, si quid petieritis patrem in nomine meo &c. non accipitur ibi pater personaliter, sed essentialiter, & sic tota trinitas vocatur pater, sic dicitur Matt. 6. Pater noster &c. & Luc. 11. & Matth. 5. dicitur. Pater vester cœlestis misericors est, & tamen non intelligitur ibi de persona patris, sed de tota trinitate, & hoc benè stare potest, quia non dicitur, si quid petieritis patrem meum, sed si quid petieritis patrem. Aliter potest dici quod accipitur pater personaliter pro sola persona patris, non tamen innuitur, quod ad solum patrem sit orandum, sed quia etiam ea quæ sunt essentialia, sunt in alijs personis quasi deriuata à patre, cũ aliæ duæ à patre procedant, & per istam processionem generationis, & spirationis accipiunt totum quicquid habent, & ideo fit quędam reductio ab alijs personis in patrem, & propter hoc etiam pater dicitur principium totius Deitatis, & sic nos in patrem tãquam in principium non de principio reducens, Christus orare docuit ad patrem. sed forte melius erit, quod accipiatur pater essentialiter, quia in forma orandi quam Christus tradidit, accipitur pater essentialiter, scilicet pater noster &c. Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 6. quæst. 88.

Si quid petieritis patrem &c. Si quis oraret ad patrem solũ, vel ad filium solum, quasi magis affectus ad vnam personam quam ad alteram, peccatum grauissimum est, & ad hęresim pertinet, quia pręsupponitur vna persona melior altera, vel habens specialem bonitatem, quod falsum est, quia omnes tres simul habent vnicam, & eandem essentialem bonitatem. si quis etiam actualiter considerans de omnibus tribus personis, orationem suam vellet dirigere ad vnam personam, & non ad alteram, tanquam ab illa suscepturus aliquid, quod non ab alijs, ad hęresim pertinet, quia præsupponit posse aliquid vnam personam, qđ non possit alia, cum sit eadem potestas omnium trium. si quis etiam velit orare ad vnam personam non orando ad

alias, quia vult vni dare istum honorem, & nõ alteri, ad hęresim pertinet, quia orare actus latrię est, & eadem latria debetur omnibus tribus personis, cum latria debeatur ratione essentię. Quocunque ergo modo quis oret ad vnam, non orando ad alias, sed excludendo eas ab oratione, suspitionem habet de hęresi quia videtur ponere gradus in trinitate, sicut posuit Arrius & Nestorius. Vide loco citato. vbi multa habentur de hoc.

Si quid petieritis patrem &c. Orandum est ad omnes tres personas, vel ad Deum absolutè, non expresso nomine alicuius personę, vel si exprimimus nomen vnius personę, non debemus per hoc intelligere, quod alię personę sint exclusę, vel quod ad illam personam specialiter oretur, sed quod ad omnes tres fiat, licet vnica exprimatur, & tunc benè potest fieri, Vide loco citato.

Quia ego rogabo patrem de vobis. Christus est Deus & homo, & sic competit ei rogare patrem, non ratione personæ, sed ratione naturę assumptę secundum quam minor est patre, quilibet autem minor potest orare maiorem; Vide auct. super Matth. tom. 3. cap. 6. quæst. 82. circa finem. vbi multa habentur.

Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Scilicet visibilis apparendo, qui prius erat inuisibilis. sic etiam Angeli dicuntur recedere à Deo, per aliquid nouum factum in ipsis, scilicet quia ab inuisibilitate recedunt, visibiles effecti. Vide auct. super Matth. tom. 5. cap. 18. quæst. 69. ante medium.

Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Prouerbia, seu parabolę quibus Christus vtebatur, non erant prouerbialia dicta, nec auctoritates exterorum ad confirmandum quod dicebat, sed erant quędam inuolucra sententiarum, ita vt non possent omnes audientes intelligere quod dicebatur, sine his autem parabolis rarò Christus loquebatur, vnde discipuli instante tempore passionis eius cum viderunt quod loquebatur manifestè, mirati sunt, quod non diceret parabolas, vnde dixerunt. ecce nũc palam loqueris &c. Cum tamen loquebatur turbis, semper loquebatur in parabolis. Vide auct. super primum Reg. tom. 2. cap. 24. quæst. 24. circa medium.

Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Idest parabolam. Vide auct. super Matth. tom. 4. cap. 13. q. 30. vbi explicat quomodo & quando vtebatur Christus parabolis.

Nunc scimus quia scis omnia, & non est opus vt quis te interroget. Quasi dicat. Antequam quis te interroget, tu dicis quid est in corde hominis, & de quo vult te interrogare. sed tamen quęrebat Christus aliqua interdum ex aliquibus causis. Vide auct. super Matth. tom. 5. c. 20. quęst. 75. & tom. 3. cap. 10. quæst. 43. in principio.

IN DIE ASCENSIONIS DOMINI.

Euang. Marc. vlt.

Recumbentibus vndecim, discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia ijs qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Vide super Matth. tom. 4. cap. 17. quæst. 25. in medio.

Et dixit eis. Euntes in mundum vniuersum, prędicate Euangelium omni creaturæ. Omni creaturę, idest omni homini quia non est intelligendum quod Christus mandaret prędicari Asino, & leoni, qui sunt creaturę. Homo itaque vocatur omnis creatura, sicut etiam vocatur omnis caro, Gen. capitul. 6. cum dicitur; omnis caro corruperat viam suam. Vide auct. super Gen. Cap. 6. q. 15. circa illud: corruperat viam suam.

Euntes in mundum vniuersum, prędicate. Euangelium omni creaturæ &c. Voluit Christus per hoc omnes homines obligari ad legem Euangelicam, nam si non obligarentur omnes, non diceret, quod qui non crediderit condemnabitur. Vide super Exod. cap. 30. quæstio. 15. circa principium. Vide etiam cap. 21. quæst. 3. & Deut. cap. 24. quęst. 2. ante medium. & in 3. Parad. cap. 18. paulo post principium. & primo Paralip. cap. 16. quæst. 19. in principio. & 2. Paralip. cap. 12. quæst. 16. ante medium. & in fine. & super Matth. tom. 6. capit. 23. quæst. 86. in medio. & capit. 24. quæst. 93.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Vide super primum. Paralip. cap. 16. quæst. 19. post medium. & in præfatione super Euang. Matth. quæst. 9. paulo post medium. & super Matth. tom. 3. cap. 9 quæst. 8. in principio. & tom. 7. cap. 25. quæst. 324. post medium. & quęst. 541. circa medium. & quæst. 708.

Signa autem eos qui crediderint hęc sequẽtur, in nomine meo Dæmonia eijcient linguis loquentur nouis, serpentes tollent. & si mortiferum quid biberint non eis nocebit. super ægros manus imponent, & benè habebunt. Nomen Dei secundum se nõ habet virtutem, sed vt ipse Deus in magna reuerentia teneatur, ipse vult quod inuocato nomine suo fiant virtutes, non quod eas faciat potestas nominis, sed ipse Deus audito nomine suo, & inuocato, agit mirabilia, maxime in credentibus, & hoc intendebat beatus Marcus cũ dixit, signa aũt eos qui crediderint hęc sequẽtur; in nomine meo Dęmonia eijcient. si autem istud nomen Dei, aut Iesu in quo virtutes fiunt, haberet aliquam virtutem in se, & absolutè, vbicunque esset, & quandocunque, haberet illam virtutem; quia quæ naturalia sunt vbique habent eandem potentiam, si ergo diceremus quod nomen Iesu absolutè, & secundum se haberet aliquam virtutem, necessario haberet eam quandocunque fuisset, sed nomen Iesu fuit multis temporibus ante Christum natum, quia multi alij sic vocati sunt, ergo tunc habuisset virtutem, quam nunc habet, sed non habuit, quia non fiebant tunc mirabilia in nomine illo; si autem dicatur, quod istud nomen ante tempora Christi nullam habebat virtutem, sed ipse ei potestatem atque virtutem postea dedit, sicut videtur hic innuere beatus Marcus cum ait, in nomine meo Dæmonia eijcient, idest, quia istud nomen est meum, volo quod habeat virtutem, vt in eo possint Dæmonia eijci. Sed tunc quæritur, vt supra dicebatur, an illa virtus sit in nomine, an Deus ad inuocationem illius nominis virtutes efficiat, si autem dicas qđ post Christum semper istud nomen in se habuerit virtutẽ expellendi Dæmones, aut faciendi alia mirabilia, ergo quãdocunq; post Christi passionem, & resurrectionem Christi nomen scilicet Iesus inuocetur, fient mirabilia illa, sed falsum est, quia aliqui de credentibus in nomine illo mirabilia fecerunt, & etiam quidam de non credentibus, alij autem facere non possunt. ergo non est potestas in nomine, sed in Deo, qui nos inuocantes nomen suum, saluat. Quantum autem ad operationem miraculorum quæ fit per voluntatem Dei inuocato nomine illo, aliquando dicimus eam fieri, aliquando non, prout Deus occultissimo iudicio suo conuenire cognoscit. nam aliquibus fidelibus in nomine suo miracula operari concedit, aliqui autem fideles non possunt, quia fortè fides in eis deficit, vel quia rei opportunitas miraculum fieri non requirit; Sic ergo nomen Christi non habet in se aliquam potestatem, sed solum ad inuocationem illius Deus agit miracula. Vide super Exod. cap. decimoquinto quæst. 2. circa illud omnipotens nomen eius.

In nomine meo Dæmonia eijcient &c. Nulli tempore Christi concessum est miracula facere, inuocato Deo simpliciter, vel Deo Abraham, sed solum inuocato nomine Iesu, vt per hoc innueretur, quod Dęus specialiter concedebat fidem ad faciendum miracula ad honorem nominis Christi. Propter honorem etiam huius nominis, & doctrinæ suæ omnibus conuersis ad Christum in Ecclesia primitiua concedebatur ab eo ista fides, & omnes faciebant miracula Vide super Matth. tom. tertio cap. 10. q. 19. & q. 21. in principio.

Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient &c. Quandocunque in principio primitiuæ Ecclesiæ aliquis conuerteretur ad fidem Christi, & baptizaretur, dabatur ei tanta charitas, & tam feruens, qđ erat paratus pro Christo quæcunque mala pati. & nõ solum hoc sed illico vt homines credebant, dabatur eis, po

testas

IN DIE PENTECOSTES.

Ioan. XIX.

 re exe-

re executioni. vide super Genesi. capit. 22. super textum, circa ly igitur Abraham.

Sermonē meum seruabit. Pręcepta moralia semper obligaue runt etiam anteq̃ darentur Israelitis, & non est aliquis locus, aut tẽpus in quo obseruari non possint, cum non exigant aliquas determinationes particulares, quæ non possint haberi vbique, & semper, & ita debeat cessare aliq̃n obseruãtia eorum, si. n. non obligarent moralia, non daretur pęna violatoribus, & tamen blasphemus lapidatus est Leuit. 24. quia blasphemia est contra moralia præcepta. vide auct. super Iosue p. 1. c. 5. quæst. 21.

Sermonem meum seruabit. Præcepta sunt in secũda differẽtia, q̃dã affirmatiua q̃dã negatiua. & ponunt̃ plura negatiua q̃ affirmatiua quia negatiua, sunt maioris obligationis, & grauioris transgressionis, nam licet homo teneatur homini benefacere, magis tamen tenetur non nocere. vide. super Exod. p. 1. c. 20. q. 21.

Ad eum veniemus. Duo sunt necessaria ad salutem, quod Deus ad nos veniat, & quod nos ad Deum eamus, Deus venit ad nos gratificando nos sibi, & manendo in cordibus nostris, homo autem vadit in Deum, tanquam in finem suum beatificantem vide super quartum prolog. D. Hier. quæst. 2.

Ad eum veniemus. Ad Deum non potest quis pedibus venire, quia vbique ipse est, nec ipse ad nos venit, quia vbi nos sumus, ibi ipse est, sed peruenimus ad Deum per hoc, quod efficimur ei similes, cum prius eramus dissimiles, & hoc per gratiam, & rectam operationem tendentem in Deum, & siue nos eamus ad eum, siue ipse veniat ad nos eadem res est. scilicet homo reconciliatur, & efficitur ei acceptus. dicimur interdum nos ire ad Deum, & interdum, ipse dicitur venire ad nos, quia solum consideratur principium motus, scilicet vt iuxta id, quod in nobis est disponamus nos ad propinquandum ei abijciendo opera tenebrarum, & induendo arma lucis vadimus nos ad Deum; si autem ipse pręueniat nos, non vocantes eum, dicitur ipse venire ad nos, vel postquam homo est in gratia si Deus ei maiora charismata dare dignetur, non petente homine specialiter illa, dicitur Deus ad eum venire vide super Matth. p. 1. c. 3. q. 1. ante finem.

Ad eum veniemus. Homo nõ potest ire ad Deum; sed oportet, quod Deus ab hominem veniat in vita, & in morte, in vita per cõuersionem, nemo ad Deum vadit; nisi Deus venerit ad eum. iuxta illud; Ioan. 6. nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum, in morte nec etiam, nã mors nõ est in potestate hominis, sed Dei, & iõ in morte potius dicitur Deus venire ad hominem, quam homo ad Deum, iuxta illud, sic eum volo manere donec veniam, idest donec veniam ad eum per mortem ipsius vide super Matth. p. 7. cap. 25. quæst. 140.

Ad eum veniemus. & mansionem apud eum faciemus. Deus dicitur secundo. esse cum aliquo per gratiam gratum facientem, aliomodo dirigendo opera eius ad prosperum euentum primo est cum omnibus, qui sunt in charitate, acceptãdo, opera eorum si quis enim est in charitate, Deus est in eo, iuxta illud. 1. Ioan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, & non solum est Deus in eo, imo est idem cum eo. vt patet 2. Cor. 6. qui diligit Deum vnus; Spiritus est cum eo. sic fuit cum Salomone. vide super 2. Paralip. cap. 1. quæst. 3. vbi reperies multa exempla, quomodo Deus est cum aliquo secundo modo.

Mansionem apud eum faciemus. Deus realiter est in omnibus rebus, quia omnia conseruat, nam sicut cum Angelus applicat virtutem suam alicui loco, & ob hoc dicitur ibi esse, & ibi vere est, ita cum Deus omnibus, rebus virtutem suam applicat conseruãdo illas, in omnibus rebus erit. vide sup. 2. Paralipomen. cap. 2. quæstio. 19. in fine. vbi videbis etiam quomodo dicitur extra omnes res.

Mansionem apud eum faciemus. Deus non potest habitare cum hominibus, cum maiestas sua nullo loco includatur vt patet 3. Reg. 8. vbi ait Salomon: ergo nec credibile est, quod habitet Deus cum hominibus super terram, si cœlum, & cœli cœlorum, te non capiũt, sed habitat cum hominibus eos conseruando. per actionem, & operationem. vide super secundum Paralipomen. cap. 6. q. 5. in principio.

Qui non diligit me sermones meos non seruat. Omnes qui mali sunt dñr odio habere Deum, non quod velint Deum perire, sicut nos, cum in alterutrum odium concipimus, qui odium habet, vellet eum, quem odio habet perire, aut honorem, aut alia bona perdere, sed dicimur odisse Deum, quia mandata Dei non obseruamus, & quia quandocunque peccamus contra mandatum Dei agimus dicimur, Deum pro quocunque peccato odisse, vide super Exod. p. 1. cap. 20. quæst. 5. circa illud. eorum, qui me oderunt.

Sermones meos non seruat. Inobedientia legalis est maior omni vitio, eo quod ipsa continet omne vitium, & peccata particularia nihil addunt ad inobedientiam legalem, hoc modo idolatria est minor quam inobedientia, quia idolatria est quoddam vitium speciale, inobedientia autem legis est generale, inobedientia autem particulari, vocabimur inobedientes in contemptu, vel præuaricatione, cuiuscunque præcepti etiam minimi: vide super 1. Reg. p. p. c. 15. q. 25. in fine.

Et sermonem quem audistis non est meus. Vide feria tertia post 4. Domin. quadragesimæ, circa illud, mea doctrina non est mea.

Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia suggerere proprie est aliquid manifestare rogãdo, & pertinet ad minores, & ad eos, qui aliquid ad aures dicunt alterius, vt patet de Iethro. Exod. cap. 18. qui erat valde minor in dignitate ipso Moyse, & tamen dicitur, quod Moyses, fecit omnia, quæ ille suggerebat, aliquando pertinet ad maiores, vt patet in tex. nam Spiritus Sanctus suggerens est maior omnibus Apostolis. vide auct. sup. Exod. c. 18. q. 8. circa illud; quæ ille suggesserat. similiter suggerere est denũciare, quod etiam pertinet ad minores, aliquando accipitur pro consilio, siue persuasione, & sic dicimus, quod aliquis facit malum diabolica suggestione. vide super Gene. cap. 40. circa illud, & suggeras Pharaoni. aliquando suggerere idẽ est ac docere, occulte replẽdo intellectum gratia multiplici scientiæ, sapientię & intellectus. vide super Gene. super epistolam. D. Hier. ad Paulinum. cap. 4. super illud; illis Spiritus Sanctus suggerebat.

Paraclitus autem Spiritus Sanctus quem mittet pater. Spiritus Sanctus in igne descendit super Apostolos propter duo, primo ad ostendendum feruorem, quo corda eorũ erant incitanda, ad hoc, quod Christum vbiq; inter pressuras prædicarent, & ob id in linguis igneis apparuit, secundo, quia Christus debebat delictis ignoscere, quod fit in baptismo, &c. vide super Matth. p. 1. cap. 3. quæst. 33. ad primum quare autem hoc pacto. s. in specie ignis non descenderit super Christum sicut super Apostolos, vel super Apostolos, non descendit in specie columbæ, sicut super Christum, cum videntur quod sic deberet descẽdere, quia dicitur, quod de plenitudine eius nos omnes accepimus. Ioan. 1. vide ibidem ad 2.

Paraclitus autem Spiritus Sanctus. Spiritus Sanctus mundat nos ab omni inquinamento spirituali, vnde assimilatur illis elementis, per quæ corpora nostra mundantur, duo autem sunt elementa, quæ comuniter mundant, aqua, & ignis aqua solum tollit sordes exteriores, quæ leuiter adhęrent; illas autem quæ multum infixæ sunt, aqua tollere non potest: nisi adiuuentur calore ignis ideo aqua calida aptior est ad lauandum quam frigida; sed interdum etiã sic non tollũtur sordes, ignis aũt est qui perfecte mũdat corpora. sic Spiritus Sanctus purgat vno mõ ad hoc qđ faciat Deo acceptũ, & ad hoc requirit̃ remissio oĩum peccatorũ, & collatio gratiæ gratificantis aliomodo purgat hominẽ ita vt faciat eum omnino purum, s. auferendo non solum sordes exteriores, quæ sunt peccata, q̃ quasi ab extrinseco homini adueniunt, in quãtum non naturaliter nobis in sunt, sed solum per actum nostrum, sed etiam auferendo potentiam peccandi, confirmando hominem, vel subiiciendo passiones homini, quæ inducunt ad peccandum secunda purgatio designatur per ignẽ. vide. super Matth. 1. p. c. 3. q. 65. post medium.

Ille vos docebit omnia. nemo potest (inq̃t Apostolus. 1. Cor. 12.) dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto. super quæ verba ait Ambrosius omne verum a quocunq; dicatur à

tur à Spiritu Sancto est; sicut ab infundente naturali lumen intellectus per quod cognoscitur verum, & sicut à mouente intellectum ad intelligendum, & ad loquendū veritatem, explicat auctor, non est autē omne verum a Spiritu Sancto, sicut ab inhabitante in eo, qui verum intelligit p gratiā p gratū facientē, sed solum Spiritus Sanctus, est in homine cognoscēte vera q̄dā pertinentia ad fidē, & propheriā p donum gratuitū illustrando eum in cognitione istorum vide sup. Matth. p. 5. c. 19. q. 176. ad 1.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Christus in Euangelio maxime nos ad pacem admonet, & ideo Euangelium dr, Euangelium pacis, iuxta illud ad Ephes. 6. state ergo succincti lumbos vestros in veritate, & calceati pedes in præparationem Euangelii pacis, dicitur ēt Euangelium pacis, quia qui illud suscipiunt debent esse in pace, iuxta illud, seruum Dei non oportet litigare, vide sup. Matth. in præfatione quæst. 8.

Pacem relinquo. Non debemus cōtendere iudicialiter, quia per litigia turbatur interdum pax, & charitas aufertur, litigantes enim incipiunt se odio prosequi q̄ a cōtraria volunt, & prosequuntur. Christus autē intendit vtrūque ponere inter fideles, de pace patet cū ait; pacē meā do vobis, de charitate patet; nam dicitur, hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, vide sup. Matt. p. 2. c. 5. q. 175. in fine vide multa de pace. Fer. 3. Resur.

Pacem meam. Sic vult quod homines salutentur à nobis, vnde ait Matth. 10. intrantes domum salutate eam dicentes pax huic domui, quare autem voluerit Christus Apostolos vti hac salutatione, vide sup. Matt. p. 3. c. 10. q. 75.

Non quomodo mundus dat ego do vobis. Pax Dei non est pax absoluta, sed specialis, quę vocatur Christi, ad Philip. 4. & pax Dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra, alia pax est quæ datur à mundo, & hæc non datur à Christo primo autem solis dignis datur. vide super Matth. p. 3. cap. 10. quæst. 76. in fine.

Vado, & venio ad vos. Christum venire nihil aliud est, quā in tempore carnem assumere, & secundum eius præsentiam, inter nos conuersari, vnde sensus est, aliquando ostēdam vobis præsentiam carnis meæ, & aliquando illam subtraham, iuxta illud, modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Ioan. 16. vide super Matth. p. 3. cap. 9. quæst. 63. in princ.

Quia vado ad Patrem. vide in die Ascensionis.

Quia pater maior me est. Pater potest sumi essentialiter, & sic tota Deitas est pater, sicut dicimus: pater noster, qui es in cœlis, hoc enim non dicitur de sola persona patris, sed de omnibus tribus personis, & licet non sit verum, quod tota Deitas vt pater Christi, cum Christus sit persona diuina, quæ est filius solius patris, tamen accipiendo Christū solum inquantum est homo, cum sit minor tota Deitate, potest dici, quod tota Deitas sit quasi pater eius, & sic accipitur in præsenti, pater enim est maior Christo in quātum homo, immo & Spiritus Sanctus. vide sup. Matth. p. 4. cap. 16. quæst. 65.

Pater maior me est. Christus in quantum homo, est minor patre, sed non est intelligendum, quod simpliciter filius sit minor patre, vel Christus sit minor Deo, q̄a Christus est Deus filius Dei, & in hoc est ei æqualis, sed per hoc, q̄ homo factus est, nihil perdidit de sua naturali excellentia, quia sic nūquam factus fuisset homo; Christus ergo homo existens, est æqualis patri, sed secundum quod homo, non est æqualis. vide super. Matth. parte. 6. cap. 23. quæstio. 343.

Hoc dixi vobis priusquam fiat, vt cum fuerit factum credatis. Christus aliquando prænunciat, quæ ventura sunt. primo ad emendationem, vt audientes conuertantur, iuxta illud, Ierem. 18. Deus repente loquitur contra aliquā gentem, quod destruet eam, & si penitentiam agit de peccato suo, Deus quoq; pęnitentiam agit de malo, quod locutus est cōtra eam, secundo ex cōpassione quadā, prædixi enim mala Christus Ciuitatibus Corozaim, & Bethsaidę compatiens eis, quod tanta mala passuræ, essent, quia cōuerti noluerant, sic dicit Hiero. hæ vrbes Galilææ a saluatore planguntur, quod post tanta signa, ac virtute nō egerunt pœnitentiam tertio ad ostendendum se illa scire, q̄ futura sunt, sicut fuit de Hierusalem cui Christus dixit, quod mala euenirent ei, quia non cognouit tempus visitationis. vide sup. Matth. p. 3. cap. 11. quęst. 46.

Hoc dixi vobis. Christus, vt diuinitatem ostēdat prædicit futura, non enim videretur Deus, si futura nesciret, cum de Isa. 41. annunciate nobis, quæ ventura sunt in futurū, & dicemus, quia Dii estis vos; ideo suam passionē prædixit. Matth. 16. vt ipsum esse Deum discipuli crederent. vide sup. Matth. p. 4. cap. 16. q. 97. in principio.

Hoc dixi vobis. Christus aliqua prædicebat antequam fierent, & prædicarentur post eius mortem, ne illa putarentur cōficta ab his qui ea prædicabant, cum nunq̄ a Christo dicta fuissent, nec eo viuente annunciata fuissent, voluit ergo aliqua dicere coram discipulis, & turbis, vt licet non viderent ea, omnes, qui audiebant, quando audirent ea predicari, postea crederēt verisimilia esse, aut saltem non putarent conficta, cum ipse viuens dixisset sic fuit de resurrectione Christi, nam hanc nemo fieri vidit, & postquam facta est pauci viderunt Christum surrexisse, conferendo ad totam multitudinem Iudæorum, & tamen Christus publice dixerat, quod surrecturus erat; sicut Iudæi dixerunt Pilato: recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens post tres dies resurgam. Matth. 27. & quando auditum est, quod surrexit fuit credibilius verbum, vide sup. Matth. p. 4. cap. 17. quæst. 7.

Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Infelices Manichæi putant Diabolum factorem esse rerum corporalium, & super Christum habere potestatem, cum dicatur princeps mundi, sed profecto, si attendissent, creare potentiam infinitam importare, quæ vnica est, & superari non potest, hæc stulta nequaquam dixissent; potētia enim infinita superari non potest, & diabolus superatr à Christo iuxta illud Io. 12. nunc princeps huius mundi eiicietur foras, & Apoc. 20. dr quod Angelus ligauit eum per annos mille. vide multa pulchra sup. Matth. p. 1. cap. 4. quæst. 50.

Venit princeps mundi. Diabolus nullam habet potestatem in Christum; quia in eo nullum peccatum est, nec esse potest qui peccatum non fecit. pa. Petri. pa. & licet fuerit tentatus; tamen ipsa tentatio peccatum non est, iuxta illud ad Heb. 4. non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem p omnia absque peccato vide multa, super Matth. p. 1. cap. 4. quæst. 68.

Venit princeps mundi. Diabolus vocatur princeps, quia est Rex, super omnes filios superbiæ Iob. 41. & fere omnes homines sunt superbi vide super Matth. parte 3. cap. 6. quæst. 107. in fine.

Venit princeps. Diabolus dicitur princeps, quia nocere potest hominibus, nisi per superiorem virtutem arceatur; vnde quia Christo nocere non potest, dicitur quod in ipsum non habet quicquam idest nullam potestatem exercere potest, nec aliquo pacto concordat cum eo. vide super Matth. parte quarta cap. decimosecundo quæstio. 56. in medio.

Venit princeps. Damnati torquentur per dæmones, ante diem iudicii, quia sicut Deus permisit ipsis principatum huius mundi, quantum ad malos dum viuunt; ita concedit principatum post mortem, quamdiu durat principatus, super alios viuentes, cum mortui mali magis sint alieni a Deo, quam uiuentes mali, qui adhuc boni esse possunt. post iudicium autem non torquentur damnati à dæmonibus, quia post iudicium tollitur omnis potestas dæmonum, super homines cessabit enim Regnum ipsorum. iuxta illud 1. Cor. 15. deinde finis, cum tradiderit regno Deo, & patri, & euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutē &c. vidi super Matt. p. 7. c. 25. q. 688. & quæst. 689. a quibus ergo torquebuntur post diem iudicii? vide ibidem. quæst. 690.

Venit princeps. an Beelzebub sit princeps Dæmonum, iuxta illud in Beelzebub principe dæmoniorū eiicit dæmonia, an Sathā, a quo Christus fuit in deserto tentatus, an Lucifer, iuxta illud Isai. 14. q̄uo cecidisti de cęlo Lucifer, vel Leuiathā de quo dr Iob. 40. ipse est principiū viarū Domini. vide super. Matth. parte. 7. cap. 25. quæstio. 405. in medio.

Et in me non habet quicquam. Sed in hominibus tria facit, eum cruciat eum localiter mouet, & per ipsum loquitur quādo vult. nihil aūt istorū, potest tolli Dęmoni, quia

facit

faciat in homine viuente, primum pater, quia vexatio arrepititiorum est per quandam coertionem, quam Dæmones faciunt in corporibus arreptitiorum. &c. vide super. 1. Reg. p. a. cap. 16. quæst. 44. in fine.

Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem. pro mundo accipiuntur homines, si tamen vis plures acceptiones, vide super. Matth. part. 1. c. 4. q. 74. paulo post principium.

Sicut mandatū dedit mihi pater. Non potest dici proprie, q Christus ad aliquid sit obligatus, nam Christus est persona diuina & Deo nihil est maius similiter nec dici potest quod pater in diuinis, aliquid iubeat, vel iubere possit filio, nec filius ad aliquid potest teneri patri, cum omnino æquales sint, quia eadem substantia numero sunt, quia tamen Christus est etiam homo, ex ea parte potest aliqd facere, quod Deus iubet, & largissime loquendo poterit dici obligatus ad faciendum ex mandato Deitatis proprie autem non, quia Deitas tota non est maior Christo, cum quælibet persona diuina sit totū Deitatis. i. secundū totam substantiam Deitatis. vide sup. Matth. p. 1. c. 5. qu. 71. fere in princip. Pro hac solemnitate, vide in tabula generali. verbo. Pentecostes. & verbo Spiritus sanctus.

FERIA SECVNDA Pentecostes.

Euang. Ioan. III.

SIc Deus dilexit mūdum, vt filium suum vnigenitum daret. maximū quidē beneficiū contulit donando filiū suū sed maius vr si ad amorē illius inspiciamus, nā inter amicos non inspicitur, quid dederis, sed quo animo dederis, pōt enim quisq̃ in rebus quidē amico magna cōtulisse, beneficiū tn fecisse nullū, qm benefactoris affectio defuit, siqs aūt in rebus quidē parua ad animi aūt affectionē magna contulerit amico, laudabile beneficiū impēdisse dr in moralib. n. non ad res ipsas, sed ad electionē attenditur, qm principalis ista est. vide sup. Leuit. c. 9. q. 12. in princip.

Sic Deus dilexit mundum vt filium &c. Volebant homines Deū mittere filiū in mundū, & Deus ex amore vult mittere. nā Tullius li. de vera amicitia ait, vera amicitia est idē velle, & idē nolle in rebus licitis. vide super. Gen. cap. 34. quæs. 1. circa illud & cuncta quæ possident nostra erunt.

Sic Deus dilexit mundum. De rōne amicitiæ est, qd amicus gratia sui diligatur. ex Aris. 8. Ethic. vnde amicus nō hēt in amicitia rōnē mercedis proprie loquendo, q̃uis ea, q̃ in nobis fiunt rōnē mercedis habere possint sicut delectationes, & vtilitates, quas ex ipso amans consequit, rōne quarū, ipse amicus merces dr, quasi cāliter. quia ex eo prouenit, qd merces est, uel dicitur, sic ēt Deus dr merces nostra ratione eorum, quæ in nobis sunt ex eo. vide super Matth. p. 6. cap. 22. quæs. 304. in medio.

Sic Deus dilexit mundū. Ad amicitiā secundū Aris. 8. Ethic. tria requirunt primū est amare, s. qd. vnus amet alterum nā sine amore amicitia nulla est. scdm est, quod hoc sit in vtroq;. s. qd vterq; amet, & vterque ametur: nā si aliquis amat alterū, & non amatur ab eo, nullus est amicus alterius, tertio requiritur qd iste amor sit non latens. s. qd nō solū q libet amet alterū, & ametur, sed ēt qd cognoscat, q amatur, & non solū hoc, sed ēt qd cognoscat alterum cognoscere se amari, iō si cōtingat aliquos duos inuicē se amare, ēt si æqualiter ament, & amētur: dū tn̄ vnus de alio hoc nō cognoscat, nō est amicitia, sed amor. vide sup. primū Reg. p. a. c. 18. q. 5. hæc poteris accomodare, qd est tātus amor Dei ad creaturas, qd inter Deum, & nos est amicitia, primo quia nos amat, sic dilexit scdo quia amatur vnde hac rōne Ecclesia in die Pentecostes legit Euāgeliū de amore creaturæ ad Deū, si quis diligit me. & Deus cognoscit tertio quod amatur, & nos cognoscimus, quod amamur ab ipso, quia filium suum nobis dedit.

Sic Deus dilexit mundum. mundus accipitur primo p vniuersitate rerū, Ioan. 1. mundus p ipsum factus est, i. tota vniuersitas scdo accipit pro statu præsenti, quo inter homines viuitur. Ioan. 1. in mundū venit, i. ad viuendū inter homines, & Ioan. 13. sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrē, i. de hoc statu vitæ mortalis. tertio accipitur pro oībus hominibus, siue boni sint, siue mali. Ioā. 14. vt cognoscat mūdus, quia diligo patrē, i. cognoscāt oēs homines. quarto p hominibus mūdanis. lib. quos vocamus mūdanos, q a ea sola q̃ in p̄senti vidēt desiderāt, Ioā. 17. pro his rogo & nō pro mūdo, i. pro hominib. mūdanis. & iterū, non sunt de mūdo, sicut ego nō sum de mūdo i. nō sunt homines mundani, sicut nec ego. & c. vide sup. Matth. p. 1. c. 4. q. 74. vide ēt qūo accipiatur mundus sup. Matth. p. 5. cap. 18. quæst. 35. in medio.

Vt omnis, qui credit in ipsum non pereat. Credere distinguit tripliciter, credere Deū, credere Deo, & credere in Deū. primū cōe est apud oēs, q a ēt gētilos crediderūt Deū esse. qd. n. notū est Dei manifestū est illis. ad Rom. 1. & nullus est, qui Deū neget, nisi stultissimus, de quo Psa. 13. & 52. dixit insipiens in corde suo nō est Deus. scdm est credere Deo, & hoc est credere verbis eius. & sic Exod. 14. dr qd timuit populus Dñm, & crediderunt Deo. i. crediderunt verba Dei esse vera. tertiū est credere in Deū, de quo ēt dr hic. vt oīs, q credit in ipsū et istud est fides pprie, q a symbolū nō dicit credo Deū, nec credo Deo, dr credo in Deū credere aūt in Deum, est intellectu, & voluntate totaliter Deo inhærere, non quidem per amorē, quia hoc pertinet ad charitatem, sed fide, s. qd voluntas nostra velit, & mandet intellectu nostro assentire omnibus, quæ Deus dicit vide super 1. partem Exod. cap. 14. quæst. 10. per totam.

Vt omnes qui credit in ipsum. Vtrum sit meritū in credendo Deo, habes ibidem.

Vt omnes qui credāt in ipsum. ante prædicationē Euāgelii, credimus plurimos gētiliū vitā ęteram fuisse assecutos, quia quātum ad fidem solum obligabantur credere, qd Deus est, & qd in se sperantib. remunerator est. Ad Hebr. 11. q̃ naturaliter cognoscuntur iuxta illud Ad Rom. 1. inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur vide super Exod. p. 2. cap. 33. quæst. 8. in princ.

Vt oēs, qui credit in ipsum. Necessariū est recedere à cognatis si solicitēt ad hęresim, vel ad trāseūdū ad paganismū, nā cū sit de necessitate salutis obseruare legē Chri, erit ēt de necessitate salutis, facere oīa illa, sine quib. nō pōt hō legē ipsā obseruare; immo in veteri testō nō solū obligat, quis nō assētire, & fugere ab eo, qui suadebat colere Deos alienos, sed ēt tenebat pdere eos ad mortē, & qd ipse primū, lapidē mitteret cōtra illos, ēt si ēet filius, vel filia. Deut. 13 nūc aūt nō obligat, q s pdere alterū, & accusare ad mortē & potissime nō tenet mittere lapides ad occidendū reos, erat enim sęuior lex illa, quam ista, & non iniuste, quia tunc homines erāt valde proni ad Idolatriam. vide sup. Matth. p. 5. cap. 19. quæst. 210. in fine.

Sed habeat vitam æternam. vita æterna nō dat existentib. in peccato, peccata aūt nō pn̄t remitti, sine fide ppria, ē aūt Duplex fides, s. fides qua credit, & est virtus Theologica, ē fides, q̃ ē confidentia q̃dā, s. qd Deus cōcedet, id qd petimus, vel qd desideramus, vtraq; aūt req̃rit in eo cui peccata dimittēda sunt de prima patet, quia q̃ diu manet aliquis infidelis nō pn̄t ei peccata dimitti: sic dr Marci 6. qui crediderit saluus erit, qui aūt non crediderit cōdēnabitur. vide sup. Matt. p. 3. c. 9. q. 8. in princ. in adultis non fit sicut in paruulis, quib. remittuntur peccata, & saluant sine fide ppria, & rō est, quia ad remissionē peccati requirit. q nulla sit infidelitas, quia infidelitas repugnat remissioni, vide ibidem in princ. & medio pōt tamē Deus dare alicui salutē corporalem absq; fide propria, vide ibid.

Sed habeat vitā æternā. Fides per q̃ saluamur, non est fides, quæ est donū. i. confidentia obtinendi, q̃ petimus, sed est virtus Theologica qua assētimus oib. credibilib. & hanc habent illi, qui saluātur, & nō possunt eā perdere, quia cū sit necessaria ad salutē, si possemus pdere illā inuoluntarie cōdēnaremur in volūtarie. vide sup. Matt. p. 4. c. 17. q. 165. in medio, & in fine est. n. duplex fides alia q̃ est virtus, & alia q̃ est donum, est aūt in p̄tāte nostra hre virtutē fidei, nō tn̄ virtutē q̃ est donū. sup. Matt. eodē loco, & fides, q̃ ē donū habet post fidē q̃ est virtus. vide ibidem q̃ differentia sit inter fidē, q̃ est donum, & fidē, quæ est virtus vide ibidē. in princ. & etiam vide p. 5. c. 21. q. 137. post princi.

Sed habeat vitam æternam. Multi credunt in filiū; sed pauci salutem consequuntur; vnde Psa. 39. annunciaui, & locutus sum idest annunciaui verbum Euangelicæ veritatis, & multiplicati sunt super numerum, i. super numerum saluandorum, & super numerum arenę maris crescunt

scunt

scunt, iuxta illud; Psal. 138. dinumerabo eos super arenã & multiplicabuntur, omnes tamen sic numerati non saluantur, quia multi sunt vocati pauci vero electi. Matth. 20. vide super Matth. p. 4. cap. 13. q. 68. in medio.

Non enim misit Deus filium vt iudicet mundum. Aduentus primus Christi in carne serenus fuit, quia tempus misericordiæ, iuxta illud serenum est, rubicundum est enim cœlum. s. rubicatum sanguine Christi, & mors eius est causa misericordiæ, quia pater tradidit eum propitiationem pro peccatis nostris. sed in secundo aduentu tempestas erit, quia quando veniet ad iudicandum erit calamitas, & mæror, & hoc quia rutilat triste cœlum Matth. 26. i. apparebunt tunc signa futuræ penæ, quę impios afficient tristitia. vide sup. Matth. p. 4. cap. 16. q. 9.

Vt iudicet mundũ. in primo enim aduẽtu venit vt medicus curaturus vulnera nostra. Isai. 53. liuore eius sanati sumus, & omnes infirmitates curauit Matth. 8. vt adimpleretur quod dictum est per Isai. ipse infirmitates nostras accepit & ægrotationes nostras portauit. in secundo aduentu veniet vt Rex potens. vide super Matth. p. 4. cap. 16. quæst. 10. in medio.

Non vt iudicet. Aduentus Christi quadruplex. vnus in carne, i. vt carnem sumeret, alius est in anima tertius est ad mortem hominis, quartus ad iudicium. secundum Origenem duo sunt. aduentus primus est per prędicationẽ, quia quando prædicatur nobis verbum Christi, dicitur ad nos venire Christus, & alius est cum recipitur in cordibus perfectorum vide sup. Matth. p. 6. c. 24. q. 21.

Non vt iudicet. iudicare accipitur multiplex vno modo cãliter, i. causam iudicio præbere, & ita aliquid dicitur iudicare ex cuius comparatione alterum iudicatur esse bonum, vel malum, secũdo interpretatiue, & ita omnes qui iudicanti cõsentiũt iudicare dñr. tertio. dicitur iudicare, i. quandam iudicis habere similitudinem. quarto dicuntur aliqui iudicare quia continent decreta diuinæ iustitiæ, vnde lex scripta dicitur iudicare hominẽ Apoc. 20. vidi in conspectu mortuos magnos, & pusillos, & libri aperti sunt & alius liber apertus est, qui dicitur vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris. quinto accipitur proprie, & verã iudicare. i. ipsam sentẽtiam proferre. & c. vide multa super Matth. p. 5. c. 19. quæst. 193. in principio.

Sed vt saluetur mundus per ipsum. ad hoc quod aliquis sit Saluator duæ conditiones requiruntur prima qđ Deus det illum, secundo quod liberet populum. vt patet de Ioas, & Ieroboam 4. Reg. c. 13. de quo dicitur, dedit Dominus Israeli saluatorem. & ecce primum, & liberatus est de manu Regis Syriæ, & ecce secundum vide sup. 4. Reg. cap. 13. q. 4. & ostende, quomodo hæ duæ conditiones saluatoris Deo conueniunt, prima quia sic Deus dilexit vt filium daret, secunda sed vt saluetur mundus.

Sed vt saluetur mundus. Saluare proprie est à malo liberare, & quia malum est multiplex, est etiam multiplex liberatio homo dicitur saluari multipliciter Ps. 33. ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum, & sic liberatores à periculis bellorum vocantur saluatores, sic dicitur Iudi. 3. suscitauit eis saluatorem & liberauit eos, sed præcipue saluare dicitur liberare à morte æterna. vide super Matth. p. 6. cap. 24. q. 87.

Sed vt saluetur mundus, per ipsum. nemo saluatur nisi p sanguinem Christi, quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei ad Rom. 3. i. non possunt gloriam Dei per se habere, sed per Christum vide super Matth. p. 5. cap. 20. q. 86. circa illud Redemptionem pro multis, & non est, q non possit saluari dum viuit, vide ibidem. cap. 18. q. 65. post medium.

Qui credit in eũ non iudicatur. ex hoc dicunt aliqui, qđ nulli boni iudicabuntur, quia omnes credunt in Christum. alij dicunt, q omnes boni iudicabuntur quia dr 2. Cor. 5. oẽs astabimus ante tribunal Christi, vt referat, &c. sed si consideretur iudiciũ, secundum quod importat retributionem præmiorum, non inconuenit dicere, quod oẽs boni iudicabuntur. at cõmuniter aliter dicitur, qđ aliqui boni non iudicabunt, vt Maria Virgo, & Apostoli. & c. vide solutionem dubij super Matth. p. 7. c. 25. q. 324. præcipue in responsione ad primũ vbi glossatur auctoritas, qui credit in eũ non iudicatur, i. qui credit, & operat. quia sola fides non sufficit, nam sine operib. mortua est Iacob. 2. sed requiritur fides, quæ per dilectionẽ operatur, & per totam quæstionem multa pulchra reperies, pro hac materia.

Qui non credit iam iudicatus est. i. cõdemnatus iuxta illud, Marci 16. qui crediderit saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. vide super Matth. p. 3. c. 9. quæst. 8. in principio.

Qui non credit iam iudicatus est, hoc est, certus est, qui non credit de damnatione, quod non dicitur de alijs peccatis, nam ablata fide nihil boni manet, ablatis autem alijs bonis spiritualibus, adhuc aliquid boni manet, nã qui incidit in quodcunque peccatum retenta fide ex se ipso sanabilis est, qui vero fidem perdit, non. vide super Matth. p. 6. cap. 23. q. 127.

Qui non credit iam iudicatus est. i. iudicio non indiget, i. non credidit ideo antequam moriatur iudicatus est, quia non est aliquid circa eum inquirendum. ait enim Apost. ad Rom. 2. qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. circa eos vero, qui sub lege fuerunt, aliquod inquirendum est, s. an illam seruauerunt, vel transgressi sunt: & ideo illi iudicantur qui sub lege fuerunt: vide super Matth. p. 5. cap. 19. q. 193. in fine.

Qui non credit iam iudicatus est. Considerandum, quod venire in iudicium tertio accipitur. vno modo in iudicium, i. ad iudicandum, alio modo vt iudicentur tertio in iudicium, i. vt sint in iudicio. 1. non veniunt mali in iudicium. iuxta illud, Psal. 1. non resurgent impij in iudicio secundo modo mali venient in iudicium, sed quo modo dicitur in tex. qui non credit iam iudicatus est, i. non est iam iudicandus? etiam quod infideles iudicabuntur sicut alij impij, sed dicitur, quod iam iudicati sunt, in quantum iudicium importat discussionem, & discussio fit de eo quod dubium, & nõ est dubiũ, quod qui non credunt damnabuntur, ideo dicitur quod non iudicantur. vide super Matth. p. 7. cap. 25. quæst. 317. in medio.

Qui non credit iam iudicatus est. Quasi dicat, non iudicabitur, quia certa sunt merita sua, quia non possunt esse bona, cum infidelis sit, sicut ergo illi quorum malitia certa est non iudicantur quia ibi nulla est discussio meritorum. ita illi quorum bonitas est certa, & impermixta. vide super Matth. p. 7. cap. 25. q. 324. in medio.

Qui non credit iam iudicatus est. An mali iudicabuntur in iudicio generali: vide super Matth. p. 7. c 25. q. 325. vbi habes pulcherrimam quæstionem de hac re.

Dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Tenebræ sũt peccata, nam in peccato est tenebra, vt dicit magister sentẽtiarum, quia cum quis mortaliter delinquit, & gratia virtutis priuatur, & naturalium bonorum patitur læsionem, vnde intellectus obtunditur, & totus interior homo obtenebratur, & ita quadam caligine mẽs eius inuoluitur quæ caligo peccati pœna est. D. Th. ait quod tenebra dicitur in quantum peccatum est obstaculum quoddam, vel interpositio, ad non recipiendum gratiam, & claritatem Dei. vide super primam partem defensorij, cap. 4. ibi. quinto in peccato est tenebra. quomodo dicatur tenebra. auferri vel an homo dicatur ab his tenebris absolui, vide ibidem cap. 5. ibi dicendum autem quod ab istis tenebris.

Lux venit in mundum. Christus, qui illuminat omnem hominem, non enim facit aliquem decipi, nec mittit dęmones aliquando ad decipiendos homines, quod sic intelligitur, quod ipse non vult hominem decipi, & propter hoc mittit dæmones, sed solum permittit dæmonibus, quod homines decipiant. vide super 2. Paralip. cap. 18. q. 38. in princ.

Qui male agit odit lucem. Quando aliqua, quæ honesta sunt fiunt, non erubescimus illa in publico facere, cum vero illa in tenebris agimus, ex hoc ipso illa de iniquitate suspecta reddimus. vnde Iob cap. 24. oculus adulteri obseruat caliginem, & dicit, quis me videbit? vide super Leuit. c. 8. q. 2. post princip. vbi etiam redditur causa quare quando Aarõ, & filij sui cõsecrati sunt, omnes Iudæi vocati fuerunt: quæ poteris accomodare, etiam

ad vltimam

ad vltimam particulam Euangelij, quæ habet. qui facit veritatem venit ad lucem.

Qui male agit odit lucem. Opus fieri in secreto non est secundum se bonum, quia facere opus bonum in secreto, ad nihil aliud seruit, nisi vt euitetur inanis gloria, bene verum est quod si timetur inanis gloria, & euitatur, per hoc quod fit in secreto, potest esse bonum, sicut potio amara est bona in quantum tollit ægritudinem, at illa non existente, non est bona. vide super Matth. p. 3. cap. 6. q. 17. in princ.

FERIA TERTIA Pentecostes.

Ioan. 10.

QVI *non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.* Ouile est Ecclesia, quæ dicitur congregatio fidelium. Ecclesia græce significat totam gentis congregationem, & vocatur totus populus Ecclesia Deut. 23. quando dicitur, non intrabunt Moabites, & Ammonites Ecclesiam Dei. Ecclesia accipitur tripliciter primo pro congregatione populi, & sic frequenter accipit Phyl. 2. Polit. vbi dicit, quod in quibusdam politijs apud Ecclesiam potestas est, &c. Secũdo potest accipi pro loco sancto ad quem ingredi poterant laici, vt offerrent, Tertio accipitur pro multitudine prout habet ordinationẽ ad rectores & sic dr̃ aliquis intrare Ecclesiam, cũ in multitudine datur ei aliq̃ officium. vide super Deut. c. 23. q. 1. similiter Ecclesia multipliciter sumitur primo ꝓ qualibet multitudine vel cõgregatione ad aliq̃d, ex Aris. 2. Polit. scd̃o. pro ꝑlato spirituali. Tertio ꝓ aliqua spirituali multitudine, vel congregatione, quæ tamen particularis est, & vocamus eam Ecclesiam particularem, vt Toletanam. & sic accipitur 2. Cor. 1. Paulus & Sosthenes Ecclesiæ Dei, & ca. Quarto accipit̃ ꝓ loco vel domo, vbi cõuenit talis multitudo. sic 1. Cor. 11. nunquid domos non hẽtis, quia Ecclesiam Dei cõtemnitis. Quinto accipitur pro tota multudine hominum in Christum credentium. & vocatur Ecclesia vniuersalis. sic accipitur illud. viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam. vide super Matth. p. 5. cap. 18. q. 108. in princ. hoc modo ergo accipitur Ecclesia cum dicitur, qui non intrat per ostiũ in ouile. quod Ecclesia accipiatur pro congregatione omnium fidelium. facit cap. firmiter. in §. vno, de Summa Trinit. clarius facit cap. frequens, de excessibus prælatorum; in cle. in §. verum, vbi dicit text. sic regularium, & sęcularium pręlatorum, & supradictorũ exemptorum, & non exemptorum: vna est vniuersalis Ecclesia vide tract. contra clericos concubinarios, conclu. one quarta.

Qui non intrat per ostium in ouile ouium. Si ouile est congregatio omnium fidelium, ouis erit quilibet homo. creatura enim rationalis vocatur ouis in illa Parabola Domini, Matth. cap. 18. & licet centum illæ oues, possint intelligi omnia creata, quia omnia illa Deus fecit, & omnia eius sunt, Psal. 23. Domini, est terra, &c. tamen melius intelliguntur. pro omnibus creaturis rationalibus, quia istæ perire possunt per actum proprium. & Psal. 94. dicit̃ nos aũt populus eius, & oues pascuæ eius, & Ioan. 19. alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili. vide super Matth. p. 5. c. 18. q. 76.

Qui non intrat per ostium in ouile ouium. Et si autem quilibet homo dicatur ouis, præcipue tamen quilibet fidelis, siué peccator siue iustus existat, sed in rigore fidelis bonus, dicitur ouis, quod patet ex illo: statuit oues à dextris: quod de bonis fidelibus intelligi debet, huiusmodi enim sunt, qui saluantur, & vocantur oues propter mãsuetudinem, vt dicitur etiam de Christo Isa. 53. tanquam ouis ad occisionem ductus est. in scriptura etiam nomine ouis innocentia solet designari, vnde per hoc electi, oues dici possunt quia innocentes. vide super Matth. p. 7. cap. 25. qu. 304. peccatores etiam licet hædi dicantur, etiam oues dici possunt. iuxta illud; psal. 48. sicut oues in inferno positi sunt, ratio quod propriè oues dicantur sed quia habent aliquam similitudinem cum ouibus, nam in inferno erunt mali sicut oues, idest congregati sicut oues, & sicut ducuntur oues ad occisionem, ita ducentur mali ad inferos. vide super Matt. p. 7. c. 25. q. 306. in fine.

Qui non intrat per ostium. Christus, est ostium, vt ait in præsenti Euangelio, ego sum ostium. qui non ingrediũtur congregationem fidelium per merita Christi, secũdum veram intelligentiam scripturarum, dicuntur latrones, quia per falsam intelligentiam vellent à fideliũ congregatione oues retrahere, vnde Hæretici dicuntur latrones, quia intellectum Sacræ Scripturæ per quasdã extorsiones deprauant, etsi Prælati, Prædicatores, & tenentes Ecclesiastica beneficia, & habentes curam animarum, cum venerint Hæretici, & Infideles, defendere ne sciant verum, & legitimum sensum Sacræ Scripturę, illi qui ad vnitatem Ecclesiæ venerant, per defectum doctrinæ à fide recedent. vide super Gene. c. 4. super illud; si destruentibus nõ resistat, & si vnus hæreticus omnia, quæ continentur in Sacra Scriptura recte intelligat, & in vno tantum discordet, etiam Hęreticus dicitur: hoc aũt differt inter doctrinam bonam, & doctrinam malam, quia doctrina bona, si pauca sit adiuncta multæ doctrinæ malæ non permutat eam, vt faciat hominem bonum, doctrina autẽ mala pauca, multę doctrinę bonæ permixta, totum inficit. quia bonum fit solum ex integra causa, malum vero ex deffectibus singularibus, vide super Matth. p. 4. cap. 16. q. 23.

Qui autem intrat per ostium pastor est ouium. Duæ sunt conditiones pastoris, vna & præcipua, quod vigilet super gregem suum, ne diabolus, qui semper circuit quærens quem deuoret aliquem rapiat, quia non erit bona excusatio pastoris, si lupus ouem rapiat, & pastor dicat, se non vidisse, debet itaq; præcipue pastor Ecclesiasticus vigilare informando oues in fide, & in moribus, & debet facere hoc, vel per se, vel per alios diligenter, alioquin totum exigetur ab eo, quia eum speculatorem posuit Deus domui Israel Ezech. 3. vide super Matth. in præfat. q. 11. debet vigilare super gregẽ, ne aliquod malum in plebe fieret: si vero negligentia eius, aliquod peccatum in plebe introductum fuit, ipse peccat, & dicitur introducere peccatum eius tanquam causa deficiens: sicut absentia nautæ, est causa pereundi nauem. ex Arist. 2. Physicorum, vide super Exod. p. 2. cap. 32. q. 35. in medio debet vigilare iuxta illud, Act. 20. attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Christi. nec habet excusationem, si dicat, nesciui, quod perirent oues, debet ergo omnes sollicite admonere nihil omittens, quominus proponat omne consilium Dei; si autem admonere cessauerit, & corrigere populum, peccauit Prælatus negligendo corrigere, vide super Matth. p. 2. cap. 5. qu. 337. in medio debet Pontifex qui est summus Pastor conati vitia vniuersa extirpare de Ecclesia vniuersali, quia ad nullum magis, quam ad ipsum hoc pertinet, peccat enim pastor, quando scelera non obiurgat: vt ait Greg. in pastorali. & 43. dist. c. Ephesijs. vide super Matth. p. 6. cap. 23. q. 185. in medio.

Secunda proprietas pastorum siue conditio, est quod maneant in agris, de loco ad locum pro pascuis mutentur, & habitent in tentorijs, siue tabernaculis. iuxta illud. Gen. 4. Lamech habuit vxores duas, nomen vni Ada, nomen alteri Sella, genuitque Ada Iahel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque pastorum. vide super Gen. c. 13. q. 30. cum aũt in tentorijs manẽt ad custodiã ouium, non debent mactare, & occidere oues, nam valde erat abominabile Ægyptijs, quod aliquis ista animalia occideret. & hoc dicitur Gen. 46. quia detestãtur Ægyptij omnes pastores ouium, eo quod pastores oues occidunt, & comedunt, & percutiũt. vide super Exod. p. 1. cap. 8. q. 12. post medium. vide etiam super Gen. c. 46. q. 2. super illud, quia detestantur Ægyptij:

Et oues vocem eius audiunt. Peccat quidem Prælatus, si non doceat, si non corrigat, &c. & si doceat, & oues non audiant,

part.7.cap.25.quæst.328.in principio.

Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. quomodo Christus sit Saluator, vide Feria II. Pentecostes. super illa verba, sed vt saluetur. Et si vis de beatitudine vide super Matth.cap.5.& p.7.cap.25. vide etiam Feria II. Pentecostes super illud, sed habeat vitam æternam.

IN FESTO

Sanctissimæ Trinitatis.

Matth. 28.

D*Ata est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra.* Per humiliationem quam in forma humana exhibuit, & humiliationem factam Deo patri, atq; obedientiam promeruit, vt in forma humana iudicare veniat, & in illa honoretur à toto mundo iuxta illud ad Philip. 2. Christus factus est obediens, vsq; ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomē, quod est super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur. quod maxime pertinet ad potestatem iudiciariam, vt dicitur ad Rom. 14. omnes stabimus ante tribunal Christi, & redditur causa, quia scriptū est mihi omne genuflectetur. hoc autē iudiciū pertinet ad formam humanam, non originaliter, sed meritorie. vide super Matth.p.7.cap.25.q.327.in fine.

Data est mihi omnis potestas. Poterat Christus tollere legem Moysi, quia ipse eam condidit, & non potest tolli lex, nisi ab eo qui condidit, vel a superiori potestate, vel ab æquali succedente. sed quia Ecclesiæ, & Apostolis Christus dedit suam potestatem. potest esse dubium an Ecclesia, & Apostoli possint tollere legem, sicut poterat ipse, aliqui affirmant, quia habuerunt tantam potestatem à Christo, quantam ipse habebat. & suadent sibi hoc auct. Ioan.20. sicut misit me pater, & ego mitto vos. s. in potestate illa, &c. alij negant, quia Ecclesia, & Apostoli non condiderunt legem, nec habent æqualiter potestatem, nec succedunt Deo in iuris dictione, quia Deus semper manet, hæc sententia vera est, quomodo autē soluatur ratio in oppositum, vide sup. Matth.p.2.c.5.qu.98. quod in princ. & licet habeat Ecclesia potestatem æqualem potestati Christi, tamen non sequitur propter illam potestatis, æqualitatem non sequitur Ecclesiam posse dispensare in lege Christi, nam si Christus obijsset aliquis homo de nobis, & nunc non viueret, illi qui nunc principarentur in Ecclesia possent dispēsare in lege sua, si lex solum fuisset eius, sicut est de summis Pōtificib. inter se, sed Christus licet mortuus sit, viuit tñ, & nunc est in maiori potestate, q̄ fuit ante mortē, cū legem condidit. s. scdm humanitatē nam post resurrectionem dixit: Data est mihi omnis potestas ideo principes Ecclesię non possunt dispensare in lege Christi etiam si essent ei ęquales potestate cum ipse viuat. vide super Matth. 12. præfatione q.29. in fine.

Data est mihi omnis potestas. Deus voluit, quod totum honorem, qui exhibetur ipse mereretur per actus suos & licet Christus in quantum erat Deus per quemlibet actum posset mereri in infinitum; tamen meritum suū proprie secūdum diuinam ordinationem fuit per mortem, & tunc meruit omnem honorem humanitatis suę. s. quod esset, secūdum quod erat homo Dominus omnium hominum. nam solum post resurrectionem dixit, data est mihi omnis potestas. vide super Matth. super primum. Prolog. D. Hier. quæst. 2. circa principium.

Data est mihi oīs potestas. Christus est Dei filius, & ęqualis patri, & per hoc, quod homo factus est nihil perdidit de sua naturali excellentia; quia sic numquam factus fuisset homo tamen secundum quod homo nun est ęqualis patri, vtroque tamen modo est Dominus omnium, sed secundum quod Christus est filius Dei, est naturaliter Dominus omnium, in quantum vero est homo non est naturaliter Dominus omnium, sed est ibi collatū à tota Trinitate, quod meruit per passionē.

Data est mihi omnis potestas. Christus in quantum homo per passionem suam meruit, vt esset caput omnium hominum, & essent sibi omnes subditi, istam potestatem autē non habuit ante passionem suam in quantum homo, eo quod nōdum acquisierat eam, quia non poterat acquirere eam; nisi per sanguinem. quia sicut ille, qui emit aliquem in seruum, per illam emptionem accipit potestatem in eum: ita cum Christus homo per suam mortem nos redemerit, & non alio modo non potuit aliter accipere potestatem super nos. vide super Matth. in pręfatione, quæst. 12. ante medium.

Euntes docete omnes gentes. Matthęus prędicauit Euangelium in Iudęa cū cęteris Apostolis, & cum esset diuulganda fides per totum orbem mandato Christi, Apostoli diuiserūt inter se prouincias. vide super primum prolog. D. Hier. quæst. 3.

Euntes docete omnes gentes. Christus principaliter venerat propter Iudęos, cum ex ipsis natus fuisset, & consequēter pp alias gentes, nā ipse dixit: non sum missus; nisi ad oues, quę perierunt domus Israel. Matth. 15. scilicet principaliter propter Israelitas; ideo iustum erat, vt primo prędicaretur eis, vt fundaretur. Ecclesia in ipsis, & inde deriuaretur salus ad totum orbem, quia sic Christus dixerat salus ex Iudęis est. Ioan. 4. vide super Matth. p. 1. super primum Prolog. D. Hier. q. 4. in principio.

Euntes docete omnes gentes. Licet Christus venerit principaliter ad oues, quę perierunt domus Israel, tamen consequēter venit ad omnes homines; ideo omnibus iussit prędicare Euāgelium, & fidem accipere: imo si proprie loquamur principalius venit Christus propter gentiles quam propter Iudæos, cum paucissimi numero de Iudæis saluati sint, conferendo ad eos, qui de gentib. Christo crediderunt, & saluati sunt: & hoc significauit ipse dicens: non est mihi voluntas in vobis, ab ortu solis, vsq; ad occasum, &c. vide super Matth. p. 1. c. 1. post q. 43. circa illud; populum suum.

Euntes docete omnes gentes. Alibi tamen iussit quod non irent ad prædicandum gentilibus, & hoc multis de causis. primo ad auferendam Iudæis occasionem murmurandi, & abijciendi Christum, nam vt Messias de gente Iudæorum erat, & ad ipsos pertinebat, & promissio ipsis facta erat, sic dicitur ad Rom. 9. qui sunt Israelitæ quorum adoptio est filiorum, &c. Secūdo vt aliqui volunt ad exercitationem Apostolorum. s. quod antequā mitteretur per totum orbem exercitarentur inter Iudæos, &c. Tertio quia Christus non veniebat ad prædicandum personaliter, nisi Iudæis. non sum missus, nisi ad oues. &c. Quarto propter honorem quendam legis, & gēris Iudæorum; & vt essent minus excusabiles, &c. Quinto quia futurum erat, quod Iudæi repellerent prædicationem Christi, & Apostolorū, & transituri erant Apostoli ad gentes. vide super Matth. p. 3. c. 10. q. 44.

Euntes docete omnes gentes. Qui mittuntur a Deo, non propria, sed aliena prædicant vnde in confusionem falsorum Prophetarum dicitur Ezech. 13. veniebant, & ego non mittebam eos. sed Apostoli non sua, sed quæ Christi erant seminauerant, quia non aliud docuerunt quam quod Christus iussit, Matt. 28. vide super Matt. p. 4. cap. 13. q. 10.

Euntes docete. Nullus potest docere exterius, nisi Deus interius doceat; vnde nec quis potest habere cognitionē quæ est per doctrinam sine auxilio gratiæ interius operantis. vide super Matth. p. 5. c. 19. q. 176. in princ.

Euntes docete. Aliter docet Deus, & aliter homines. Deus docet hominem non attendentem, unde non videt homo, quando Deus eum docet actualiter, sed inuenit subito se doctum, homo autē non potest hoc facere, ex quo sequitur, quod Deus ęqualiter potest docere hominem dormientem, & vigilantem, homo autē non potest docere hominem, nisi vigilantem, & dispositū. De primo. pat. Num. 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini in visione apparebo ei, vel per somniū loquar ad illum, de Salomo. quoq; patet 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. nam per somnium fuit sibi data sapientia. &c. vide sup. Matth. p 6. cap. 23. q. 59 in medio.

Baptizantes eos. Omnes homines obligantur ad baptis-

mum sub pœna mortis æternæ, nam datur obligatio, quædam quæ sponte introducitur & quædam, quæ ex necessitate, prima obligatio non potest cadere nisi in habentes rationem perfectam, vt sciat se obligari, & quomodo obligatur quemadmodum fœdus, de quo dicitur 2. Paralip. quod iniuit Asa ex more ad corroborandum fœdus, &c. secunda obligatione, obligantur, et illi, qui non sunt capaces rationis, sicut est de baptismo sub pœna mortis, & si quis decederet sine baptismo, etiam si esset infans vnius diei periret æternaliter. vide sup. 2. Paralip. c. 15. q. 20. nō puniuntur et paruuli, qui sine baptismo moriuntur pro peccatis, quæ facturi essent, si viuerent, sed quia mala contraxerunt, nam licet non egerunt malum, contraxerunt tamen à parentibus, quia omnes in Adam peccauerunt, ad Rom. 5. & quod non puniantur pro malo, quod facturi essent, patet, quia si aliquod malū facturi essent illud, esset peccatum actuale, peccato autē actuali debetur pęnæ sensus, istis autē non datur pęna sensus, vide super Genes. c. 18. super tex. circa illud. iustitiam, & iudicium.

Baptizantes eos. Vt ostendat quod Baptismus est ab eo. Baptismus est nomen græcum, & ex sua origine significat lotionem corporalem, & non addit aliquid aliud, vt Marci 7. tenentes traditiones hominum, baptismata vrceorum, &c. Baptismus autē qui est lotio potest secūdo accipi, vno modo, vt sit simplex lotio, alio modo vt sit Sacramentum, vel aliquid Sacramentale, accipiendo 1. Ioannes poterat baptizare, etiam si talis baptismus non esset à Deo, at 2. modo necesse est quod sit à Deo, nā sacramenta propriè sunt q̄ significant, & efficiunt qd significant, hoc autē in solis rebus noui testamenti inuenitur quia in illis præstatur gratia, & remittuntur peccata, & ideo oportet talia sacramenta à Deo esse &c. vide super Matth. p. 5. cap. 21. q. 158. in princ.

Baptizantes eos. Baptismus vocatur regeneratio, iuxta illud; Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua, eo quod in baptismo accipit homo esse spirituale, & sicut quando homo de nouo accipit esse naturale, dicitur generari, quia ante hoc esse naturale, non habebat homo esse humanum; sic cum quis baptizatus, dicitur renasci, quia accipit esse spirituale de nouo. vide super Matth. p. 5. c. 19. post q. 84. circa illud; in regeneratione. nam per baptismum homo accipit esse simpliciter in esse spirituali, sicut enim in esse naturali accipit homo esse simpliciter, per generationem, & incipit esse, qui ante nō erat; ita per regenerationem baptismalem, suscipit homo esse simpliciter in esse spirituale; vnde peccata quæ præcesserunt ante baptismum, non dicuntur illius hominis vide super Matth. p. 4. cap. 16. q. 77. post principium Cū igitur per baptismum habeat homo esse spirituale simpliciter, sequitur quod in baptismo fit iustificatio impij plenissima, quia non solum peccata remittuntur, & confertur gratia, sed tollitur debitum omnis pęnę, quę pro peccatis toleranda erat, vide super Matth. p. 1. cap. 3. q. 74. in princ. tolluntur quidem omnia crimina formaliter, i. quantum ad maculam, & quantum ad reatū totius pęnę, sed hoc est quantum ad Deum, scilicet qd homo baptizatus non manet debitor Deo in aliquo propter quæcunq; à se commissa, baptismus autē non hēt tollere crimina ex natura sua, sed ex institutione. vide sup. 1. Reg. p. 1. c. 8. q. 59. licet autē omnia peccata dimittantur in foro Dei, non tamen in foro hominum, quia si quis conuinctus de crimine baptizetur potest plecti capite. vide super 3. Reg. c. 1. q. 28.

Baptizantes eos. Baptismus est taliter sub præcepto, qd omnes, qui nascuntur tenentur ad illum suscipiendum, etiam, si constaret, illos sanctificatos in vtero. nam sanctificatio non imprimit characterem, bene autē baptismus, vide super Matth. p. 1. c. 3. q. 77. vnde filij Christianorum, etiam si parentes transeant ad infidelitatem, debent baptizari, quia sunt filij Christianorum, & debent eripi de manibus eorum, ne in errorem labātur si autē contingat eos venire ad ætatem adultam, & velint manere in errore infidelium in quo educati sunt, cogētur ad suscipiendum baptismum vel occidentur per potestates seculares, cum filij Christianorum sint. Si vero parentes ex origine sint infideles, & manentes in infidelitate genuerint filios, si postea fiant Christiani, & filij eorum sint adulti, possunt filij manere infideles & nō possunt cogi ad suscipiendum baptismum, si autē non sint adulti, vide super 1. Reg. p. 1. c. 8. q. 88. & q. 89.

Baptizantes eos. Non tamen omnes coactè, licet enim Iudæis licitum esset conuertere gentiles inuite ad Iudaismum, tamen hoc non licet Christianis scilicet compellere seruos ad baptismum, vide super Matth. p. 7. c. 26. q. 44. per totum.

In nomine patris, & filij, & spiritus Sancti. Quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, & quod vna persona facit identidem, & alia operantur omnes namque tres creare dicuntur, atque mortuos suscitare. & omnia mirabilia opera efficere, vna tū creatio à tribus istis personis est ea vnica iustificatio, atque miraculosa operatio vide parad. 2. cap. 57.

In nomine patris &c. Cum Isa. 6. dicitur ter Sanctus, refertur ibi ad Deum, vnde ly Dn̄s Deus signat vnitatem naturę, & ly ter Sanctus pluralitatem personarum, sed autor inquit, quod per ly ter Sanctus non significatur aliqua pluralitas personarū diuinarū, sed solum significatur quod laus illa diuina repetebatur sępe, nam die ac nocte non habebant requiem, dicentia Sanctus, &c. fuit autē à casu quod diceret ter Sanctus. vide in opusculo de Trin. conclus. secunda ad tertiam rationem.

In nomine patris, &c. Habes integrum opusculum de Trinitate apud auctorem.

Docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Baptizati per baptismum obligantur ad omnes obseruationes noui testamēti, quia baptismus est ianua omniū sacramentorū; sicut circūcisus per circumcisionem obligabatur ad omnia cęremonialia veteris testamenti, cum circuncisio sit ianua omnium cęremoniarum veteris testamenti. sic Apostolus arguebat cōtra eos qui ad Christum conuersi baptismum cum circuncisione obseruabant; ad Galat. 5. quicunque circumcidit se debitorem vniuersę legis faciendę. vide super Leuit. cap. 17. q. 6. circa illud, & de aduenis qui peregrinantur.

Ecce enim vobiscum sum, vsque ad consummationem sæculi. Idest non timeatis, quia ego ero semper vobiscum; scilicet cum Ecclesia dirigēdo eam ne erret, vsque ad finē sęculi, & licet ipsa verba dicerentur tunc Apostolis, & cęteris congregatis, non intelligūtur de eis, vel de aliquibus personis singularibus, quia nullus est cū quo Christus possit stare, vsque ad finem sæculi, cum quilibet moriatur, sed conuenit Ecclesię, quia illa durabit vsque ad consummationē sęculi. vide super Matth. p. 1. in pręfat. quæst. 19. ante medium.

Ecce enim vobiscum sum. Quando Deus discipulis mala quę passuri erant prędicebat, dixit, ego mitto vos, quasi dicat confidite quia licet multa mala eueniant non succumbetis, quia ego mitto vos, & dabo vobis virtutem ad ea toleranda, ipse, enim ego qui mitto vos, vobiscum ero vsque ad consummationem sęculi. vide super Math. p. 3. cap. 10. qu. 91. vide etiam cap. 54. secund. par. defen. in principio.

Ecce enim vobiscum sum &c. Status noui testamenti fuit pręfiguratus in ueteri, sicut fuit nouum testamentum significatum per uetus, attamen licet determinate sciamus in quo uetus testamētum statum habuit; idest durauit, quia fuerunt anni mille quingenti, et decem, tamen non possumus determinate scire durationem noui testamenti. scimus per auctoritatem, quod durabit usque ad finem sęculi, sed quando erit finis nescimus, & licet status veteris testamenti significet statum noui testamenti in generali, non oportet tamen, quod in speciali singula respondeant singulis, & in rebus, & in temporibus, præcipue cum omnes figuræ veteris testamēti in Christo fuerint completę, & ideo non oportet quod tot annis præcise duret status vnius testamenti, sicut alterius. vide super Matth. p. 6. cap. 22. q. 231. in fine ad 3. De sancta Trinitate habes opusculū integrum.

IN FESTO
CORPORIS CHRISTI

Joan. 6.

CARO mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, Omnia Sacramenta dicuntur cibus spiritualis, quia sicut cibus corporalis reficit corpus, ita & Sacramentorũ vsus reficit mentem, & confortat, & præcipue Sacramentum Eucharistiæ, ibi enim non est cibus per metaphoram, sed secũdum veritatem. vide super Matth. p. 6. c. 24. q. 267. in medio.

Caro mea vere est cibus & Sanguis meus vere est potus. Caro in Sacra Scriptura diuersimode sumitur aliquãdo figurate, aliquando pro homine, iuxta illud, Matt. 16. caro, & Sanguis non reuelauit tibi, idest aliquis homo. aliquando accipitur caro, & sanguis pro corruptione aliqua ad quam inclinat Caro, & Sanguis, vel pro operatione, quæ est ex illis, etiam si mala non sit, & ita omnis operatio animalis vitæ. s. cibum, & potum sumere, dormire, & venereis qualitercunque vti dicuntur opera Carnis, & Sanguinis. iuxta illud, Caro, & Sanguis non possidebunt regnum Dei. i. homines dediti peccatis. &c. vel accipitur proprie Caro. & Sanguis pro ijs q̃ sunt de integritate naturæ. vide super Matth. p. 6. c. 22. q. 241. in medio, in resp. ad primum. vide etiam quomodo multipliciter accipitur Caro, super Matth. p. 1. cap. 4. q. 72. in princ.

Caro mea vere est cibus. Corpus Saluatoris in hostia est modo indiuisibili, alioqin non posset dari integer in Hostia, quæ est tam paruæ quantitatis, præcipue, cũ in qualibet particula Hostiæ sit totus, integer, quantumcumq; diuidatur Hostia, hoc tamen non contigeret si daretur ibi Christus sub aliquanta extensione diuisibili, quamtumcunq; parua, nam data illa extensione parua, posset diuidi Hostia in minores particulas, quam esset illa extensio, com sit diuisibilis in infinitum, & tunc darentur aliter multæ partes Hostiæ consecratæ in quibus non esset Corpus Christi, quod est contra Catholicam assertionẽ. vide super Iosue p. 1. c. 3. q. 20. in medio.

Caro mea vere est cibus. Est etiã inuisibiliter Caro Christi in Eucharistia, nam cum sit indiuisibiliter, quia corpus suum manet, opere Dei, cum omnibus partibus suis integralibus, in indiuisibili, ita quod est vna pars, vbi alia, erit etiam inuisibiliter, quia repugnat indiuisibile videri, cum omnis visio fit per piramidem radiosam, cuius basis est in re visa, & conos in oculo videntis. indiuisibile autẽ non potest esse basis, cum basis sit superficies quædam, reducendo ergo rem ad indiuisibile, est facere eam inuisibilem, & hoc modo etiam Stella Magorum poterat fieri inuisibilis. vide super Matth. p. 1. cap. 2. q. 41. in princ.

Caro mea. In Sacramento non Christus localiter, sed Sacramentaliter, quia non est per motum suum. sed per conuersionem alicuius in ipsum, vnde nulla mutatione facta in Christo, qui manet in Cęlo Empyreo, fit cõuersio panis in corpus suum, in illo loco in quo panis est, & quando incipit esse in Sacramento, non desinit esse in Cęlo Empyreo; ideo non est in Sacramento per hoc quod moueatur ad illud vbi; sed per hoc quod id, quod erat in illo vbi conuertitur in ipsum, & propter hoc non est maior difficultas, quod sit Christus in vno altari in Hostia, quam quod sit in decem millibus, vide super Matth. p. 4. c. 17. q. 119. post principiũ ibid. quod autẽ dicitur de corpore Christi in Sacr. &c.

Caro mea. Est ibi indiuisibiliter, quia non est Christus per mutationem suam, qua desierit esse, vbi prius erat. & inceperit esse alibi, sed est ibi per hoc, quod conuersum est in corpus eius, illud quod ibi erat; ideo necesse est, quod taliter Christus ibi sit, qualiter est id, quod in eũ conuersum est, per cuius conuersionem ibi est, sed illud manet indiuisibiliter, ergo, & Corpus Christi. patet quia conuertitur in ipsum substantia panis, illa tamen manet indiuisibiliter, immo est facta in di uisibilis, quia substantia non accipit, quod possit diuidi, nisi per quãtitatem, & tamen quantitas, & dimensio est accidens, & de accidentibus panis nihil conuertitur in Corpus Christi, sed sola substantia manentibus omnibus accidentibus, vnde sequitur quod substantia, quæ conuertitur, indiuisibiliter manet, & indiuisibilis est; vnde si Christus incipit esse ibi, per solam conuersionem, non est aliqua difficultas, quod maneat ibi indiuisibiliter, immo esset potius miraculum quod maneret diuisibiliter, immo non potest esse, quod Christus maneat ibi diuisibiliter, si per solam conuersionem ibi manet, cum id quod conuertitur sit indiuisibile, & ita non debet dici, quod Christus in Sacramento reducit Corpus suũ ad indiuisibile, quia hoc esset si moueretur ad essendũ ibi desinendo Cęlom Empyreum, sed dicendum est, quod est indiuisibiliter. vide multa inconuenientia pro 1. parte, & multas rationes pro 2. super Matt. p. 4. c. 17 q. 119. ante medium, ibi quod autem dicitur de Corpore Christi, &c.

Caro mea vere est cibus. Vt enim homo spiritualiter viuat indiget cibo spirituali, sicut etiam ad vitam corporalem est necessarius cibus corporalis, vnde Deus sua prouidissima dispositione, prouidit nobis hunc cibum spiritualem, sicut semper homini ꝓuidet corporalem, ipse enim qui hominem creauerat, volebat eum conseruare meliori modo quo conseruari poterat, secundum naturam ei traditam conseruatio autẽ animalium est per cibum, ideo diligẽtissimè prouidet ei de cibo. nam mox creato homine, & animantibus, scribitur quid ei dederit in cibum Gen. 1. ecce dedi tibi omnem herbã, & quando posuit eum in paradiso, vbi erat nouus status, ponitur statim de cibo eius. Gen. 2. ex omni ligno Paradisi comede. quando exclusus de Paradiso transibat ad alium statum, loquitur ei de cibo, Gen. 3. comedes herbas terræ, facto diluuio quoniam incipiebat alius status hominibus egressis de archa, dixit Deus, qđ omnia quæ mouentur & viuunt tradebat eis in cibum. Gene. 9. vide super Gen. c. 13. q. 232. & poteris hæc ad propositum applicare.

Caro mea vere est cibus. In Hostia consecrata est integre Christus, & in sanguine similiter totus Christus integraliter occultatur. s. in Hostia consecrata est Corpus Dominicum, & sanguis eius, & anima rationalis, aut Deitas. s. verbum patris, aut secunda persona diuina, & hæc aũt sola in Christo sunt, in Calice autẽ eodem modo sanguis Christi est, & Corpus eius, & anima cũ verbo diuino. in Hostia est Christus viuus, vnde sequitur qood in Hostia sit Sãguis, quia nullum datur Corpus viuens, sine sanguine. item nullum corpus humanum potest esse viuẽs sine anima, & sic in Hostia erit anima. item in Hostia debet esse verbum patris quia quod semel assumpsit numquam dimisit. vide Parad. 2. c. 17. & c. 19. Si autem in Hostia consecrata corpus Dominicũ præcise existeret, in calice autẽ solum sanguis, cum seiunctio corporis ab anima mortem necessario inferat sequeretur in qualibet consecratione Christum mori, quia tunc seiunguntur partes naturæ humanæ Christi, & quotiescũq; cessaret esse Corpus Christi, & sanguis sub Sacramentalibus speciebus reunirentur partes naturæ humanæ Christi, & rursus esset Deus, & homo, quo concesso quotidie Christus moreretur atq; resurgeret. vide Parad. 2. c. 20. In calice non solum sanguis existit, sed sanguis com corpore, anima atq; verbo diuino, cum autẽ sęculares communicant non est necessarium sanguinem in calice consecrari ad eis tribuendum, quia in Hostia, quæ eis tribuitur totus Christus est, propter hoc tamen Sacerdotes non debent consecrare, sub vna specie, tãtum, sed sub duabus, ratio est triplex. vide Parad. 2. c. 21. & c. 22. quare Eucharistia sęcularib. detur tantum sub specie panis, & Sacerdotes etiã sub specie vini, vide Parad. 2. cap. 23. & quare Christus sub duabus speciebus consecrauit. vide ibid. c. 24.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem. Hæc caro à dignis manducari debet, cum sit vera caro

filij Dei nam ſi lex homini exiſtenti in neceſsitate non permittebat comedere de pane propoſitionis, vt habetur. 1. Reg. cap. 21. qui panis nullam differentiam ab aliis panibus habebat ſecundum veritatem, ſed ſolum ſecundum opinionem, quanto ſolicitius hoc obſeruandum eſt, in Dominico corpore, vbi non eſt panis, nec vinũ, ſed vera Chriſti caro. qui enim inquit Apoſtolus. 1. Cor. 11. manducauerit panem hũc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & ſanguinis Domini. ideo ſubditur probet autem ſeipſum homo & c. qui enim manducat, & bibit indigne iudicium ſibi. & c. vide ſuper 1. Reg. p. 2. cap. 21. quæſt. 13. in medio.

Qui manducat meam carnem, in me manet, &c. Vt manducãdo carnem Chriſti, ipſe in nobis, & nos in eo maneamus, neceſſe eſt, quod qui accedit ad manducandum, ſit mundus a peccatis, quia per ſacramentum non auffertur peccatum, ſ. culpa, quoniam ablatio culpæ non eſt per aliquam operationem ſacramentalem, ſed per ſolam actionem carnis hominis cõtriti. nã hoc generale eſt in veteri, & nouo teſtamento in omnibus ſacramentis, quod nullum ſacramentum tollere poſsit culpam, niſi accedens ad ſacramentum culpa prius fuerit emundatus, loquendo de adultis. vide ſuper Leuit. cap. 1. q. 16. in principio.

Qui manducat meam carnem. Agnus Paſchalis immolatus in veteri teſtamento figurabat Chriſtum in Euchariſtia. nam ſicut ille agnus a Iudæis immolatus, erat agnus typicus, & Paſcha vmbratile, ſic Chriſtus eſt agnus verus, & verum Paſcha. 1. Cor. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. agnus à Iudæis immolatur quia Chriſtus ab eiſdem patitur, tota multitudo filiorũ Iſrael immolat, quia omnes coram Pilato petierunt, vt eum crucifigeret Matt. 27. ad veſperam, i. ad ſolis occaſum immolatur Deut. 16. ſic Chriſtus aduesperaſcente mundo. Iſai. 2. & erit in nouiſſimis diebus præparatus mõs. & c. ſanguis agni in vtroque poſte linitur, cum memoria paſſionis Chriſti in corde per fidem, & in ore per confeſſionem imprimitur. quia corde creditur ad iuſtitiam. & c. tunc autem ſuperliminare ſanguine agni rubricatur cum cor noſtrum ad ſpẽ cœleſtium per merita paſſionis Chriſti eleuatur. iſtud animal debebat eſſe agnus vt immolaretur, quia Chriſtum præferebat de quo Iſai. 53. ſicut ouis ad occiſionem ducetur. agnus erat immaculatus, & Chriſtus peccatum non fecit, 1. Pet. 2. Carnes agni nocte comeduntur quia corpus Chriſti in huius vitæ tenebroſa nocte, & luctuoſis calamitatibus tanquam mentium infirmarum verum atque perfectum ſolamen accipitur Pſal. 79. cibabis nos pane lacrimarum, & c. de carnibus agni. viq; mane nihil relinquitur quia in mane, quod futuræ vitæ principium eſt, Chriſtum iam ſacramentaliter non ſumemus. comeduntur carnes aſſæ calore igneo. vide omnia ſup. Exod. p. 1. c. 12. q. 50. per totũ. vide etiam ſup. Matth. p. 7. c. 26. q. 18.

Qui manducat meam carnem. dicit S. Thom. 4. ſenten. diſt. 9. art. 4. ſub art. 2. quod ad hoc, quod aliquis accedat digne ad ſacramentum Euchariſtiæ, tria requiruntur primo mũdicia conſcientiæ, quæ non tollitur, niſi per peccatum, ſecundo eleuatio mentis in Deum per actualem deuotionẽ, & hæc per mentis hebetudinem, vel occupationem, aut diuagationẽ amittitur & accidit ſæpe ſine peccato tertio immũdicia corporalis, vnde celebraturi, vel tractaturi aliqđ ſacrum, propter reuerentiam manus lauant, a ſuſceptione ergo Euchariſtiæ, hõ impeditur tripliciter primo & principaliter per peccatum, ſecũdo per indeuotionem, ſeu hebetudinem mentis tertio per corporalem immundiciam. hæc autem tria aliquando concurrunt in vna pollutione nocturna, vide ſup Matth. p. 2. c. 5. qu. 247. ante medium. ibi dicendum quod pollutio.

Qui manducat meam carnem. Per peccatum mortale impeditur quis directe ad hoc, quod non poſſit digne percipere Euchariſtiam, peccatum autem veniale nõ impedit hominẽ ſufficienter a ſumptione Euchariſtiæ, ad hoc autem quod aliquis omnino digne ſuſcipiat non ſolum debet cauere a mortali, ſed etiam a veniali, & ab indeuotione, quæ eſt hebetudo mentis, & a corporali immundicia, vide ſuper Matth. p. 2. c. 5. q. 247. ante medium. ibi ad videndum autem quomodo &c.

Qui manducat meam carnem, debent coniuges propter ſumptionem Euchariſtiæ abſtinere ſe à coitu. tenetur enim ſaltẽ ſemel in anno Euchariſtiã recipere oẽs fideles, extra de pœni. & remiſ. c. oẽs & pro illo tpe, quo ex neceſſitate iuris recepturi ſunt Euchariſtiã tenentur abſtinere a coitu, etiã ſi alias ſuſcipere velint abſtinere debent. nam ſi panes propoſitionis ab his, qui vxores ſuas tetigerant comedi nõ poterant, quanto magis ille panis, qui de cœlo deſcendit, non poteſt ab his, qui coniugalibus paulo ante hæſere complexibus violari, atque contingi. vide ſup. Matth. p. 2. c. 5. qu. 238. in fine.

Qui manducat meam carnem. Sacramentum Euchariſtiæ eſt neceſſarium, quia Chriſtus dixit, Ioan. 6. niſi manducaueritis carnem filii hominis, & c. non habebitis vitam æternã, & Eccleſia ſtatuit fideles teneri ad recipiendum ſaltem ſemel in anno hoc ſacramentum. iſtud tamen eſt ſacramentum excellentiſſimum, ad quod immundis accedere nõ licet, quia iudicium. i. condemnationem ſibi manducarent, & in hoc habet locum, quod dicitur Matth. 7. quod ſanctum, i. ſacramentum iſtud ſanctiſſimum, non datur porcis. i. carnalibus eſt tamen diſtinguendum, quia iſti carnales, aut ſunt in peccato manifeſto, quod poſſit vocari publicum, aut non, ſi ſunt in notorio, etiam ſi petant Euchariſtiam, eſt eis neganda, ſi vero peccata non ſunt publica, ſed conſtet de eis ſacerdoti a quo petunt Euchariſtiã, aut petunt ſecrete, & ſic debet negari, & exprimi cauſa, aut petunt publice, non debet negari, quia pro peccato occulto publice punirentur, quod eſt inconueniens. vide ſuper Matth. p. 3. c. 7. q. 8. in medio.

Qui manducat meam carnem. Debebat inquam agnus totus manducari, & iſta totalis manducatio ſignat ſpiritualem manducationem, in qua manducatione licet vere ſumatur caro Domini, potius fide, quam corpore manducamus, ſi digne manducamus. i. vt non diuidamus eum, ſed integrũ manducemus non ſeparantes Deitatẽ ab humanitate, ita vt ſolum Deum credamus, non habentem naturam humanam, ſicut Manichæi corpus phantaſticum habere, & à Maria non conceptum, ſed fortuito inuentum, vt Hier. dicit. neque humanitatem ſeparemus à Deitate, quaſi ſolum hominem aſſeramus, ſicut Arriani dixerunt, eum purum hominem eſſe, & ante Mariam non fuiſſe, nam qui ſic Chriſtum manducant, vt non Deum, & hominem ſimul credant, non totum agnum ſumunt, ſed partem, & ad iudicium. vide ſup. Matth. p. 7. c. 26. q. 27. in fine.

Qui manducat meam carnem. Qui Euchariſtiam tanquam inutilem contempſerint, morti æternæq; mancipati ſunt, quia ait Chriſtus Ioan. 6. niſi manducaueritis carnem, & c. vide ſuper Exod. par. 1. c. 12. q. 50. in fine.

Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit. Chriſtus eſt panis, & ideo natus eſt in Bethlehem ſecundum Greg. quia Bethlehem interpretatur domus panis. vide ſuper Matth. p. 1. cap. 2. q. 4. in principio.

Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit. Hieron. vocat iſtum panem ſuperſubſtantialem, ideſt præcipuum, vel egregiũ, vel peculiarem. ideſt ſpecialem, & recte vocatur ſuperſubſtantialis, ideſt ſuper omnem ſubſtantiam, quia eſt excellentior omnibus rebus, cum ibi ſit vera Chriſti humanitas, & veritas, vel dicitur ſuperſubſtantialis, ideſt ſubſtantia de ſupra veniens, ſcilicet de cœlo. vide ſuper Matth. p. 3. c. 6. q. 120. ante finem.

Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit. Quod panis ſit cœleſtis non intelligendum, ſicut aliqui ſimplices opinãtur, quod in cœlo ſint cibi quibus materialiter alantur exiſtentes ibi quia in cœlo non eſt cibus nec potus, ſed ſunt ibi homines ſicut res incorporeæ quæ cibo non vtantur hoc ſignificauit Chriſtus Matth. 22. dicens erratis neſcientes ſcripturas, nec virtutem Dei: in reſurrectione enim, nec nubent, nec nubentur ſed erũt ſicut Angeli Dei in cœlo: quaſi dicat Angeli ex eo, quod ſunt incorporei non patiuntur aliquã conditionem iſtarum; ita nec homines exiſtentes in cœlo, ſed vocatur panis cœleſtis, quia ſolius opere Dei factus eſt opere. ſ. Spiritus ſancti. ſicut patet de pane Eliæ, qui etiam dicitur cœleſtis hac ratione. Vide ſuper 3. Reg. cap. 19. q. 5. in principio.

Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna. Quia ſumentes Euchariſtiam percipiunt dulcedinem, & non prouocantur ad nauſeã ſicut qui manna manducabant, & ſi ſaporem

porem mellis haberet vt habetur, Exod. cap. decimosexto, tamen ad nauseam prouocabantur, & ratio est, quia de dulcibus possumus parum gustare, & delectant, sic vero multum in cibum sumpserimus nauseabimus si patet de ipso melle. Prouer. 25. mel inuenisti, comede, quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. & sic conquerebantur quod comedentes semper istum cibũ prouocabantur ad nauseam, vt patet num. 21. anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. vide super Num, c, 11. q. 16. in medio.

Non sicut manducauerunt patres vestri. potest tamen assimilari manna Eucharistiæ, quia Eucharistia recte sumentibus, est omnis suauitatis, sicut manna immutabat gustũ Iudæorum, secundum diuersos sapores, quos Deus causabat, nunc vnum saporem, modo alterum, ita vt cũ Deus cognosceret. quod aliquis de Iudæis bonis desiderabant talem, vel talem saporem in manna, causabat illum ibi, & immutabatur, secundum illum. vide super Num. cap. 11, q. 16. ante medium. mali sumentes Sacramentum dulcedinem illius non percipiunt, sed solum saporem panis, absque alio spirituali gustu percipiunt, sicut etiam mãna nõ præstabat suauitatem saporis omnibus, vt mutaretur ad id, quod quisq; vellet, sed solum hoc fiebat in bonis, & iustis, qui vocantur Filij Dei, in malis autem non fiebat sic, sed retinebat saporem naturalem: erat autem sapor naturalis manna consequens ex sua mixtione, sicut panis oleati idest pisti cum oleo, vt patet num. 11. & propter hoc fiebat non gustabilis. vide super Gen. c. 13. q. 272. in princ, & sicut mali, quia Sacramenti dulcedinem non percipiũt, magis faciunt de rebus temporalibus quam de Eucharistia, sic Iudæi mali magis cupiebant comedere porros, & cępas, cucumeres, & alia, quam manna; & patet Num. 11. vide ibidem super Gen. Sacramentum Eucharistiæ iustis tantum traditur sicut manna erat cibus tantum hominum, & non iumentorum; vt homines agnoscerent miraculum, quod iumenta agnoscere non possunt. vide ibid,

Hoc sacramentum vocatur panis Angelorum, quia institutus est à Christo qui est Angelus consilij natus de Virgine, sicut manna, quia erat aliquid confectum ab Angelis, dicebatur panis Angelorum; Psal. 77. & c. 16. vide ibidem, & etiam super Num. cap. 11. q. 16. post medium. vocatur Eucharistia panis, sicut etiam manna, sic dixit Deus Moysi, Exod. 16. ecce ego pluam vobis panes. nam ibi non accipitur panis pro eo, qui conficitur, ex granis tritici, aut aliarum frugum, sed generaliter pro fundamento totius alimenti, s. aliquid, quod suppleret vicem panis, nam sicut panis est cęterorum ciborum fulcimentum, & magis corroborativus, psal. 103. panis cor hominis confirmat; ita mãna erat loco panis, ita quod cum manna poterant comedi carnes, aut fructus sicut cum pane, & poterat mãnna vocari panis, quia in modum panis formabatur à quibusdã postquam colligeretur vide super Exod. p. 1. cap. 16. q. 2, circa illud, ecce ego pluam panes.

*S*umit vnus, sumunt mille idem corpus Christi, & tantum sumit, qui vnam hostiam, quam qui mille, & tã qui mille, quam qui minimã partem hostiæ, sicut dicitur de mãna, quod qui magis collegerunt, nihil magis habuerunt, quam qui parum, & qui parum nihil minus, quam qui multam, quod Deus fecit in manna ad tollendum contentiones hæbræorum, nam cum hæbræi essent voraces, maiores, & potentiores conarentur accipere totum manna, non permittentes minoribus quicquam accipere, vide super Num. cap. 11. q. 77. in principio.

Qui manducat hunc panẽ viuet in æternum. quia sine isto non saluatur & saluatur cum ipso vide super Matth. p. 7. cap, 25. q. 540. in medio.

Vide etiam circa ly caro mea vere est cibus.

DOMINICA PRIMA

Post Pentecosten.

LVCÆ VI.

*E*STote misericordes, sicut pater vester misericors est. nõ lætando super perditione alicuius, sicut Deus non lætatur super perditione morientiũ, cum ipsius sit propriũ misereri semper, & parcere, nec de pęnis impiorũ gaudet, absolute loquendo, licet sit in eo quoddam gaudium conditionatum, & velut mixtũ tristitiæ, iuxta illud; Isai. 4. heu consolabor super hostibus meis, vnde non dixit absolute consolabor de hostibus, sed premisit heu, quæ est interiectio dolentis, quasi prius sit ibi dolor, quam gaudium, vnde non ordinat aliquos ad pœnam, nisi sub quadam ratione necessitatis, eo quod non potest aliter fieri saluo ordine iustitiæ. vide sup. Matt. p. 7, c. 25. q. 636. in medio.

Estote misericordes &c. an Deus faciat misericordiã omnib, tam bonis, q̃ malis, aliqui sibi suadent quod solum faciat misericordiam bonis, & ambulantibus coram eo corde perfecto alii credunt, quod ẽt malis, quia dicitur Matt, 5. estote misericordes, sicut & pater vester misericors est, q̃ solẽ suum oriri facit, super bonos, & malos, & pluit super iustos, & peccatores, et cap. 11. d. misereris omnium sed dicẽdũ est, q̃d q̃dam misericordia est generalis, & quædam specialis, generalis misericordia est illa, qua Deus benefaciendo vni, benefacit multis, & non põt vnus bonũ suscipere, quin multi bonum suscipiant, sicut in pluuia, & salubritate aeris, & abundantia terræ nascentiũ. & similib. accidentibus cõmunibus. misericordia specialis est illa, quæ beneficium confertur vni tm̃, sicut in exaltatione, & lucro circa rem familiarẽ misericordiã generalẽ Deus seruat tã bonis. q̃ malis, at specialẽ misericordiã semp seruat Deus bonis, nã semper eis benefacit, ẽt in tẽporalib. nisi forte illa bona talia sint, q̃ eos ad bene viuendũ impedire possint, malis ẽt interdũ benefacit. vide sup. 2. Paral. c. 6. q. 9. in medio. vide ẽt sup. 1. Paral. c. 17. q. 33. & sup. Num. ca. 28. q. 9. in princ. ita & nos debemus omnib. misereri, & benefacere, sed maxime bonis, iuxta illud, ad Gala. 6 dũ tẽpus habemus operemur bonũ ad oẽs, maxime aũt ad domesticos fidei. vide sup. Matt. p. 5. c. 18. q. 26. in medio. vide ẽt super Matth. p. 4 c. 14. q. 99. in medio.

Estote misericordes. Sicut enim omnibus suam misericordiã elargitur sic nos omnibus debemus benefacere, atque recipere hospites ad hospitium absq; eo, quod distinguamus an boni, vel mali sint hospites, quia distinguendo inter hospites contingeret aliqñ excludere bonos, & recipere tñ malos sic ait Chrys. sup. Epistolã ad Heb. quumõ Abraham hospitalem circa omnes se ostendebat, si scrutator esset. contra refugientes ad se, nunquam Angelos hospitio recepisset, fortassis enim non putasset eos Angelos, sed cũ reliquis repellerentur. sed quoniam omnes recipiebat, suscepit & Angelos. & præterea in suscipiendo hospites meritum nõ pensatur ex bonis, vel malis, qui recipiũtur sed ex charitate. vide sup. Matth. p. 3. cap. 10. q, 73.

Estote misericordes. debemus magis proni esse ad miserendũ quam ad puniendum; sicut Deus. pronior est ad miserendum. vide sup. Matth. p. 5. cap. 18. q. 56. post principium.

Estote misericordes. misereri dicit de Deo, & de nobis, in nobis misereri est compati alienæ miseriæ, in Deo autem in quo nec passio, neq; cõpassio vlla esse põt nihil aliud ẽ misereri, nisi miseriã releuare dãdo misero id, quo indiget, vt sic miser esse desinat. vide sup. Mat. p. 4. c. 14. q. 57. i med.

Estote misericordes. est maxima misericordia, quod pro nobis Christus mori voluerit, & cuilibet nostrum indignissimo peccatori passionis suæ sacratissimę merita communicare dignetur nam misericordia est, (vt vulgariter loquimur) alicui misero aliquod miserię suę tribuere solamen, qui ergo maximum solamen tribuit, maximã misericordiam facit, Christus homo, & Deus nobis iam infelicibus, & reis æternæ mortis redemptionem tribuit, quod erat maximum solamen, & sic maxima misericordia. est etiam maxima ex parte charitatis propter maximam charitatem, qua dilexit nos misit filium suum, & c. ad Gala. 6. ita ergo & nos debemus misereri proximo, ita vt si opus sit etiam animam ponamus, quia maiorem charitatem nemo habet. vide super Exod. p. 2. cap. 34. q. 7. per totum.

Estote

Estote misericordes. Magis est accepta Deo misericordia, quam sacrificium, nam si pharisæis faciebant sępe sacrificio in templo, vt iusti apparerent coram populo, sed non exercebant opera misericordiæ in quibus probatur vera iustitia, & tamen in hoc errabant, quia melius est exercere opera misericordiæ ad proximum, quam offerre sacrificia, & ideo Christus sępe accusat eos, inducens illud Oseæ 8. misericordiam volo, & non sacrificium. vide super Matth. p. 4. cap. 15. q. 19. in principio.

Estote misericordes. Sicut & ipse modo magis pronus est ad miserendum, nam ante Christi aduentum erat magis pronus ad puniendum, quam ad miserendum, sicut modo post aduentum magis pronus est ad miserendum, quam ad puniendum, quod patet ex experientia gestarum rerū nam si quis legat omnes sacros libros de statu Iudæorū inueniet eos sępissime, & grauissime punitos, vnde quasi nullum peccatum reperitur sine punitione, post Christi autē mortem non est sic, quia licet quotidie videamus immensa scelera, non videmus ita promptam punitionem. vide super Matth. p. 4. cap. 5. q. 70. fere in principio.

Estote misericordes. De Dei misericordia Apostropha. vide super Exodi. cap. 9. q. 8. circa illud: qui timuit verbum.

Estote misericordes. Vide Dominica quarta Quadragesimę.

Nolite iudicare, & nō iudicabimini. Iudicare accipitur multipliciter, vno modo causaliter, idest causam iudicio præbere, & ita aliquid dicitur iudicare ex cuius comparatione alterum iudicatur bonum esse, vel malum, secundo iudicare quasi interpretatiue, & ita omnes, qui iudicanti consentiunt, iudicare dicuntur tertio dicitur iudicare, quandam similitudinem iudicis habere, & ita omnes, qui sedebunt in alto loco tēpore iudicii vocantur iudicantes, quarto dicitur iudicare aliqui, quia continent decreta diuinę, iustitiæ, vide alios modos. super Matth. p. 5. cap. 19. qu. 193. in principio sed de nullo est sermo.

Nolite iudicare. Duplex est iudicium, vno modo est actus iurisdictionis eius, qui reddit ius partibus in quocunque foro. & de hoc non agitur hic, sicut nec etiam Matth. 7. quia tale iudicium non est prohibitum. sed potius necessarium: immo nihil est magis necessarium in politia quā habere iudicem, qui partibus iura reddat, alio modo accipitur iudicium prout aliquis ex quibusdam signis, exterius habitis male iudicat, idest opinatur in corde suo de proximo suo, & quia istud, vt communiter solet prouenire ex radice iniqua, vetat nobis Christus iudicare, scilicet, nihil prauum de proximo in corde nostro æstimare, nec exterius propter illam credulitatem aliquid asserere. vide super Matth. p. 3 cap. 7. q. 1. circa illud, nolite iudicare.

Et non iudicabimini. potest intelligi littera ista multipliciter vno mō quod vetetur nobis hic iudicare, de Deo. s. de promissionibus, & factis eius, alio modo de iudicio proximi, vt non iudicemus de factis eius, & tūc dicitur vt nō iudicemini, idest non peccetis mortaliter, & per hoc sitis digni iudicari, quia qui peccauit est dignus iudicio, vide super Matth. p. 3. c. 7. q. 1. circa illud, vt non iudicemini.

Et non iudicabimini. aliqui intelligunt, quod ille, qui non iudicat hic proximum, non iudicabitur à Deo non tamen est intelligendum, quod propter hoc, quod homo desinit iudicare, proximum suum, Deus non iudicabit ipsum, quia non iudicare est non agere peccatum de nouo, & tamen per hoc, quod quis non committit noua peccata, non fit ei remissio præteritorū quia nō committere peccatum cadit sub obligatione simpliciter, peccata aūt pręterita nō tolluntur, nisi per pęnitentiam; ideo etiam si nunquam iudicauerimus proximum, Deus iudicabit nos; sed intelligitur, vt non iudicemini, s. de hoc peccato, quia iudicare proximum peccatum est, de omnib. aūt peccatis Deus iudicabit hominem. Ecclef. 12. cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium aliter intelligi potest etiam de iudicio humano, s. quod non iudicet homo proximum suum, quia alias ipse iudicabitur ab alijs. hoc enim Deus posuit in pœnam. s. quod promittet homines illos, qui iudicant de alijs, quod iudicentur ab alijs, & quia homines timent iudicari, quia in hoc honor eorum minuitur, qui constat ex opinione aliorum & si male opinantur de illo, iam iste perdit honorem, non fuit ergo aliquid, per quod homines magis vitarent rationabiliter se a iudicando alios, quā vt ipsi non incurrant aliorum iudicium, & ob hoc Christus posuit istud, tanquam motiuum ad custodiēdū istud præceptum. vide super Matth. c. 7. q. 2.

Nolite iudicare. Credunt aliqui licitum esse iudicare proximum ex suspicione, (& non est sermo de iudicio, quod pertinet ad iurisdictionem, quale ad iudicem pertinet, sed est sermo de iudicio nostro, quo intra nos opinamur malum de proximo, ex aliquibus signis. sed dicendum est, quod hoc iudicium potest esse in bonum, & in malum, in bonum, vt si ex aliquibus signis apparentibus, ego iudicem de aliquo, quod sit vir bonus, & tale iudicium non prohibetur, in malum autem iudicium prohibetur, sed de hoc etiam sciendum est, quod ea de quibus iudicamus, aut sunt nota, aut non, si nota sunt, ita vt nullo modo ignorari possint, iudicare non est illicitum, vt si quis iudicet aliquem homicidam, vel furem, quia ipse videt eum furari si autem non sint omnino nota, sed ex quibusdam signis colligantur aut signa sunt omnino euidentia, & sic licet iudicare, vt si quis vidit nudum cum nuda, si signa non sint euidentia, vide super Matth. p. 3. c. 7. q. 4. per totum. si autem omnia dubia iudicij sint interpretanda in meliorem partem, vide ibid. q. 5. per totum.

Nolite iudicare. homines valde errant, qui de alijs praue iudicant. s. interpretantes actus eorum, in malum, cum Christus hoc prohibeat, & etiam Apost. 1. Cor. 10. nolite iudicare, quoadusq; veniat Dominus, qui illuminabit absconditia, &c. & si iudicet debet potius in bonum, quā in malum iudicare, nisi ipse actus talis sit, quod in bonū interpretari non possit. sicut furtum & c. vide super Leuit. cap. 19. q. 7.

Nolite iudicare. Solus. n. Deus iudicat cor, quia solus intuetur cor iuxta illud, 2. Paralip. 6. tu. n. solus nosti corda hominum. aliqui enim sunt vere mali, qui foris ostēdūt, se religiosos nimis, iuxta illud, est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo; ideo Deus, qui est iudex certus, nō iudicat per exteriora, sed solum per Cor. 1. Reg. 16. nec. n. iuxta intuitum hominis ego iudico, homo. n. videt ea, quæ extra apparēt, Deus non intuetur cor. homo autem non potest iudicare, quia non cognoscit cor, si. n. cognosceret, non iudicaret per exteriora, sed per cor. vide super 2. Paralip. c. 6. n. 17. circa illud, & timeant te:

Dimittite, & dimittemini. vide feria sexta cinerum, in illa verba, diligite inimicos vestros, & Dominica vigesima prima post Pentecosten, in illa verba, omne debitum dimisi tibi.

Date, & dabitur vobis. siquis beneficiat diuitibus donando, non expectata inde retributione, videtur hoc ad iactantiā pertinere, & ita vanum est. nam habenti dare, nihil aliud est, quam perdere, & ita licet non sit peccatum dare istis, non est tamen meritorium, sed vanum. melius est ergo dare pauperibus, quam aliis, quia dando pauperibus meretur. vide sup. Matth. p. 5. cap. 19. q. 155. in medio.

Date, & dabitur vobis. Eleemosina proficit illi, qui dat eā, aut ꝓ quo datur, & tunc si. v. g. vir & vxor simul maneāt; bona q̄ possidēt communia sūt, & cū dat aliquid ex eis in eleemosinā, vel oblationē, vel donationē dat de eo, q̄ bonū est cuilibet eorū & sic dat aliq̄d de bonis viri. & aliq̄d de bonis vxoris, quicunq; ergo horū eleemosinā daret, siue vir siue fęmina ꝓficeret alteri, q̄a de bonis eius daretur nisi forte alter eorū repugnaret danti. vide sup. Exod. p. 2. cap. 35. q. 2. circa illud, viri cum mulieribus prębuerunt.

Date, & dabitur vobis. pręceptum de dando eleemosinas aliqñ obligat, s. qñ quis habet superfluū respectu vtriusq; necessitatis, & occurrit aliq̄s pauper, vel ēt si non hēt superfluū, simpliciter tñ occurrit aliq̄s patiēs extremā necessitatē, q̄a tenet tūc eleemosinā dare. ad cognoscēdum aūt extremā necessitatē indigētis, sūt signa ꝓbabilia, tā ex parte dātis, q̄ ex parte recipientis. vide super Matth. p. 3. cap. 6. q. 34 post medium ibi ad 5. dicendum.

Date, & dabitur. si quis est in extrema necessitate, siue absoluta, quantum ad se, vel ad familiam suam non tenetur ꝓuidere alteri existenti in extrema necessitate, nisi forte illa sit maior, quam sua. & sic poterit esse quod aliquis existēs in necessitate absoluta teneatur prouidere alteri existenti in necessitate absoluta. vide super Matth. parte 3. cap. 6. q. 34. in fine.

est arbor bona &c. si Christus loqueretur vere de arboribus planum esset, quod hic dicit, quia arbor non operatur p libertaté, sed per naturam, quæ determinat eam ad vnú vnde si arbor bona est, necesse est, quod faciat fructus bonos, quia habet formam & virtutem naturalem ad faciendum bonum fructú, & non malum, & econtra de arbore mala. sed loquitur Christus, de homine, quod patet ex eo, quod sequitur. bonus homo de thesauro cordis, &c. vnde dubium est, quomodo homo malus non possit bonum facere, & homo bonus, non possit malum facere. aliqui dicunt, quod homo malus inquantum malus est, non potest bonum facere, quod est in sensu etiam posito, & tamen homo malus potest bonú facere. i. homo q malus est, sed tunc nihil prodest illud, quia si ille qui vere malus est potest bonum facere, siue faciat hoc in quátum bonus, siue in quátum malus, nihil ad nos, quia fallit nos, & iudicabimus eum esse bonum, Dicendum ergo, quod hó malus non potest facere bonum, nec econtrario, & tamen quilibet homo est aliquo modo simul bonús, & malus, & ita quilibet potest pro quocunque tempore facere bonú, vel malum, nam ille, qui vere bonus est, habet virtutes p quas bonus est, & per illas potest facere bonum, & non potest per illas facere malum, quia implicat, quod virtus inclinet ad malum, habet tamen iste bonus malum aliquod scilicet defectibilitatem liberi arbitrij & fomité, ex quibus potest malum facere. vt de sup. Matth. p. 3. c. 7. q. 29.

DOMINICA SECVNDA Post Pentecosten.

LVCÆ XIIII.

HOmo quidam fecit cœnam magnam. cœna accipitur p quacunque refectione, siue sit ad meridiem, qđ prandiū dicimus, siue vespere facto, quod vocamus cęná. & est modus loquendi sacræ scripturæ in qua, vt communiter omne conuiuium vocatur cęna sic dicitur 1. Cor. 10. si quis infidelium vocat vos ad cœnam, & necesse est ibi accipi pro quocunque cibo, quia idem est in omnibus cú non attendatur hoc, sed solum an sit cibus de immolatitiis, & sic accipitur in presenti. aliquando autem licet rato distinguuntur ista, vt prandium sit meridianum, cœna vespertina, & conuiuia includunt vtrúq; sic accipit Christus Lucæ. 14. s. cum facis prandium, aut cœnam noli vocare amicos. &c. vide sup. Matth. p. 6. ca. 23. q. 45.

Homo quidam fecit cœnam magnam. inueniuntur fieri conuiuia quatuor rationibus primo ad honorem nuptiarum secundo ad ostendendum aliquam magnificétiam tertio, ad gaudium habendum cum amicis, quarto ad refectioné pauperum. de primo patet quia in nuptiis duo requiruntur gaudium, & honor, gaudium, vnde Christus Matth. 9. dixit non possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis spōsus est; honor quia non potest exhiberi magnus honor nisi a multitudine secundo fit conuiuium ad ostendendú aliquam magnificétiam, ná in conuiuiis fiunt magni sumptus, & magnificentia consistit in magnis expensis. sic patet Esther. 1. de conuiuio Assueri facto anno tertio imperii sui cúctis principibus & pueris suis fortissimis, vt osténderet diuitias regni sui. tertio, fiunt ad gaudium capiédú cum amicis. sic patet Lucæ 15. de filio prodigo quando rediit, nam pater recipiés illum, inter cętera signa exultationis, dixit adducite vitulum saginatum, & c. quarto fit ad refectionem pauperum, vt dicitur Lucę. 14. cum facis conuiuium, voca pauperes, & c. in præsenti fit cœna. i. conuiuium propter magnificentiam, vide multa super Matth. par. 6. cap. 22. quæst. 6. per totam.

Cœnam magnam. vt etiam conuiuium Assueri Esther primo factum cunctis principibus, & pueris suis fortissimis, de quomodo dictum est. vide super Matth. p. 4. cap. 14. qu. 33. Caius Cæsar vna die centies cœnauit, & in vna cœna consumpsit tributa trium prouinciarum. vide sup. Gen. in epis. D. Hier. ad Paul. c. 8. sup. illud, victus ac vestitus.

Homo quidam fecit cœnam magnam. cœnam vocat, æterná beatitudinem vide sup. Matth. p. 6. c. 22. quęs. 3. in medio ibid. tertio quia non intelliguntur non quia sicut cibi gustantur, ita beatitudo consistat in gustu, ut stultitia Iudæorum, fatetur quod étiturpissimi philosophorum, Epicurei fecerunt, nó quidem magni, & veri Epicurei, quos Arist. 1. Ethic. viros grauissimos uocat, sed illi, ques, vt turpissimos gulę tesiatores philosophi abiecerunt. Hanc positionem Agateni tenent, qui beatos in vita ęterna riuis lactis, & mellis, & deliciis puellarum asserunt delectari. vide super Gen. cap. 1. q. 26. in principio similiter Saraceni, & pagini, & plurimi Iudeorum, & carnales homines, qui vltra delectationes secundum sensum, nullum bonum esse existimant. uide plura sup. Matth. p. 6. c. 22. q. 248. in fine, ibi ad quintum dicendum sed vocatur cœna quia beatitudinem consequitur delectatio non absolute, sed potius sensualiter, non quod beatitudo consistat in delectatione aię quia in unaquaque re, aliud est, quod pertinet ad essentiá suam, & aliud est, quod est proprium accidens eius, sicut in homine aliud est, quod est animal rationale, aliud est, quod est risibile, est ergo considerandum quod delectatio est, quod consequitur beatitudiné ex hoc enim aliquis delectatur quod habet bonum sibi conueniens, & c. uide super Matth. p. 2. cap. 5. quęs. 24. in principio immo beatitudo nec est, nec esse potest sine delectatione, quia delectatio est quædam quietatio appetitus in bono pręsenti, siue habito, beatitudo autem est maximum bonum creaturę rationalis, ideo necesse est, quod illa habita sequatur maxima delectatio appetitus quiescentis in ea, an autem debeat dici, quod requiratur delectatio ad beatitudinem, cōsiderandum est, quod aliquid dicitur requiri ad alterum tripliciter vide super Matth. p. 2. ca. 5. quęs. 48. & de delectatione habes etiam ibidem q. 49.

Fecit cœnam magnam vocatur cœna magna ipsa beatitudo, quia est magnum, immo summum bonum. inquit enim Boetius quarto de consolatione prosa secunda quod beatitudo est status omniú bonorum aggregatione perfectus vide sup. Matth. p 2. cap. 5. q. 12. in fine & dicitur summú bonum, quia consistit in summo bono, & cum illud sit intelligibile, consistit in cognitione illius, vnde Aug. lib. confes. loquens ad Deum ait: beatus est, qui te nouit, etiam si alia nesciat, s. creaturas, infelix autem est si illa sciat, te aút ignoret, qui autem te, & illa nouit, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus. vide super Matth. pa. 7. cap. 25. quæst. 585 post medium. ibi. ad octauom dicédú. Cum autem dicitur quod beatitudo est status omniú bonorum aggregatione perfectus, sensus est, quod licet beatitudo secundum essentiam sit aliquod vnum simplex, i. actus intellectus tamen secundum eminentiam continet perfectionem omnium bonorum, sicut etiam Deus vnus, & simplex existens continet perfectionem omnium entiú eminenter. uide super Matth. p. 4 cap. 17. q. 105. in fine.

Et vocauit multos. inuitatio ad conuiuium Dei fit dupliciter vno modo per ipsum Deum tangendo cor nostrum, siue per naturale lumen impressum nobis, iuxta illud, Psal. 4. signatum est super nos lumen vultus tui Domine; siue p speciales pulsationes, & vocationes ad cor nostrum, quas Deus facit mouendo, & incitando nos ad bonum, & hoc vocatur pulsare ad ostium cordis nostri. Apoc. 3. ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo, & cœnabo cum illo alio modo Deus inuitat per alios. scilicet quando notitiam primæ veritatis per alios ostendit, iste autem modus magis conuenit in præsenti, quia non omnes inuitati sunt sed, dicitur, vocauit multos. vide super Matth. p. 6. cap. 22. q. 34. & q. 37.

Et vocauit multos. Scilicet homines nullum. n. aliud animal peruenit ad beatitudinem, nisi homo, cum beatitudo sit summum bonum naturæ ratione degentis, vt ait Boetius de consolatione lib. 1. prosa 4. Arist. quoque 1. Ethic. ait, qꝫ nemo dicit bouem esse fœlicem, sic etiam Augustinus li. 83. quæstionum, ait, quod non cadit in aliqua animalia rationis expertia, vt beata sint. considerandum tamen quod beatitudo est finis vltimus hominis, finis autem patet dupliciter accipi, vel pro acquisitione, aut possessione eius, & sic Aristot. 2. Physic. dicit esse duplicem finem, scilicet, cuius, & quo, cuius dicitur quantum ad ipsam substantiam finis, idest cuius rei, vel in qua re sit finis, quo dicitur quátum ad vsum, uel possessionem, idest quomodo res se habeat ad ipsam substantiam finis, sic dicimus in naturalibus quod finis motus in rebus grauibus est locus infi-

mus,& potest intelligi, quod ipse locus infimus,quãtum ad substantiam suam sit finis istius motus, vel quod possessio istius loci, scilicet manere in eo, vel quiescere ibi,sit finis motus,& iste vocabitur finis quo,s locus autẽ vocabitur finis cuius;si loquamur de fine hominis,quantum ad substantiã eius,dicendum,quod finis vltimus hominis conuenit omnibus alijs rebus,quia Deus, qui est finis hominum, est finis omnium aliarum rerum,si aũt loquamur de fine pro vsu,vel possessione non conuenit finis vltimus hominis alijs rebus.vide super Matth.p.2.cap.5. quæstio. 17.

Et vocauit multos. Vocate ad prædestinationem pertinet, vt patet ad Rom.8.quos prædestinauit,hos & vocauit, quos vocauit,hos & iustificauit,& quos iustificauit illos & glorificauit.vide super Exod.p.2.cap.31.q.5.ante finem.

Et misit seruos suos hora cœnæ dicere inuitatis. Homo vocat ad nuptias tanquam seruus,vnde & Patriarchæ, & Prophetæ vocauerunt ad nuptias,& etiam Apostoli,quomodo.vide super Matth.cap.22.q.16.

Omnia parata sunt. Hoc dicitur ad tollendas excusationes, ne dicere possint,modo habeo occupationes , ueniam alia die, ideo inquit , parata sunt omnia,quasi dicat,non potest amplius differri conuiuium. vide super Matth.par.6. cap.22.q.9 vide plura super Matth.p.3.c.9.q.45.

Iam parata sunt omnia. Per conuiuium possunt intelligi sacræ scripturæ,& tunc omnia parata sunt,quando scripturæ implentur dictis legalibus,& Prophetalibus , sicut in prandio,vel cœna diuersi cibi sunt: sic ait Chrisostom.super illa verba Matth.cap.22.ecce prandium meum, cum Dominus Apostolis dixit;euntes prædicate dicentes,quia appropinquauit regnum cœlorum, significauit,quod dicitur ecce prandium meum paraui,i.ex lege,& prophetis scripturarum mensas ornaui. Vide super Matth. p.6.cap. 22.quæst.40.in principio.

Et omnia parata sunt. Cum accipiatur conuiuium pro diuino sermone,vel sacra scriptura,dicitur,quod omnia parata sunt;quia in Sacra scriptura quicquid quæritur inueni tur.secundum alios intelligitur de introitu ad vitam æternam,nam finis est vita æterna tūc ergo parata sunt omnia cũ est aperta ianua vitæ.sic dicit glosa sup. Matth. omnia parata sunt.i.introitus regni apertus est per fidem incarnationis Christi.vide sup.Matth.p.6.cap.22.q.41.

Et cœperunt omnes simul excusari. duplex est vocatio quædã leuis,qua semper Deus animum pulsat, alia vero efficax , qua tunc pulsat,quando vult,quando efficaciter pulsat sẽ per mouetur homo ad Deum,in leui aũt pulsatione nõ;vide sup.Matth.p.5.c.20.q.6.post mediũ. quia ergo excusa uerunt se,dicendum quod fuit vocatio leuis.

Villam emi,& necesse habeo exire,& uidere illam. ire in villã potest dupliciter accipi,vno modo ire in villam,idest, qñ aliquis inuitatus vocatus fuerit cum esset in vrbe,& cũ ne glexerit venire ierit in villam aliquam , quam extra vrbẽ habebat alio modo quod ivit in villam,i.quod emit villã, & ivit ad illam videndam,sic accipitur hic.vide plura circa hoc.sup.Matth.p.6.cap.22.q.43.

Villam emi, quęrũt homines bona temporalia,& illis magis faciunt,tamen appetitus in illis non satiatur, sed solum satiatur in uisione Dei,s.in æterna beatitudine.duplex est.n. appetitus vnus naturalis,alter liber,vel rationalis. quietabitur appetitus naturalis , quia quicquid secundum illũ homo volet habebit,& illud appatet,quia appetitus naturalis non est, nisi ad illa ad quæ est res in potentia naturali.i.habet reductiuũ in natura per quod reducatur de potentia ad actum,si enim detur , quod appetitus naturalis sit ad aliquid,ad quod res non sit in potentia naturali,erit appetitus frustra.quietabitur,etiam appetitus rationalis, nam iste coincidit quantum ad aliquid cum naturali , & ea parte quietatus erit,in quantum vero rationalis quietabitur tantum accipiet,quantum ei ratio dictat appetendum,& vocatur appetitus liber,appetitus animæ,vt separata est, quia non determinatur per conditionem speciei humanæ.Vide super Matth.p.7.cap.25.quæst.648.per totam. sed quilibet beatus est capax maiori gloria,quam sit ea, quæ ei comunicata est,quomodo ergo satiabitur eius appetitus. Respondetur,quod aliud est loqui de capacitate,aliud,de appetitu,capacitas excedit appetitum naturalem,& ideo omnes homines habent aliquam capacitatem vltra appetitum,sed ab beatitudinem nõ requiritur quod expleatur capacitas,sed quod satietur appetitus Vide super Matth.part.7.cap.25.quæst.650.per totam.sciendum autem quod appetitus beatitudinis non est pure naturalis,sed oportet ibi semper esse appetitum rationis coniunctum naturali,& ex parte appetitus rationis potest esse aliquid voluntarium non naturale, quia voluntas non determinatur naturaliter ad aliquod genus rei, sed solũ ad bonum sub ratione communi,& ex parte appetitus rationalis potest esse meritum,vel demeritum in appetendo beatitudinem.Vide super Matth.p.2.ca.5.quæst.62. ibidem ad primum dicendum.

Exi cito in plateas,& vicos Ciuitatis,&c. hæc vocatio facta est intra vrbem,& foris,ad differentiam vocationis factæ, quæ habetur Matth.22.nam sequitur hic exi cito in vias, & sepes,& compelle intrare. Vide super Matth.part.6.ca. 22.quæst.19.

Exi cito in plateas &c. cæci,& claudi vocantur,mali,quantũ ad nuptias.sed sciendum,quod non vocantur boni, & mali moraliter nam cum ista bonitas consistat in habitu mẽtis,qui est virtus,vel vitium,& illi habitus non sunt manifesti per se,sicut neque ipsa anima non potest videri qs sit bonus, aut malus aperte, sed ex coniecturis per operationes exteriores iudicamus bonum aliquem,vel malum, serui autem qui inuitabant non habebant talem cognitionẽ eorum,qui inuitabantur .& ideo non accipiuntur. mali moraliter,qd est esse bonum,vel malum,sed secũdum subiectam materiam scilicet quantum ad cœnam. vnde bonus est qui potest honorare nuptias,malus qui non potest honorare, & ideo pauperes dicũtur mali , quia sunt sine honore,quorum præsentia nuptias abiectas reddit . Vide sup.Matth.p.6.cap.22.quæst.22.

Exi cito in plateas.& c. quare Rex condemnauit ad tenebras exteriores , vbi est fletus , & stridor dentium vt habetur Matth.22.& hic pauperes,claudi,cœci,& c. non condemnantur,tamẽ quia ille Rex neminẽ compellebat ire ad nuptias,hic autem compulsi sunt,nam dicitur,compelle eos intrare,uide super Matth.p.6.cap.22.q.26.

Dico vobis,quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabunt cœnam meam. Regnum enim cœlorum datur hominibus propter obseruationem mandatorum Dei,nam illa beatitudo parata est,& Angelis, & hominibus principaliter. & non principaliter Angelis hominibus vero propter imitationem Angelorum , sicut est de pœna æterna, quæ principaliter dæmonibus parata est , hominibus aũt solum propter imitationem dæmonum;vnde dicitur, qui paratus est diabolo,& Angelis eius,quasi dicat;non vobis sed illis,& tamen quia imitati estis illos datus est vobis, non sic de beatitudine nam illa æque hominibus,& Angelis parata,quia nobis non datur propter imitationem Angelorum,cum Angelicam vitam ignoremus , sed propter obseruationem mandatorum Dei,quia ergo illi noluerũt obedire,sed se ipsos excusauerunt non gustabunt cœnam, idest beatitudinem.uide super.Matth.part.7.cap.25. quæstio.410.

Dico vobis,quod nemo virorum. ad vitam æternam nẽmo ire potest;sine merito,idest sine charitate & gratia, nam charitas est meritoria vitæ æternæ , & vita æterna datur solũ hominibus in gratia existentibus.vide super Matth.pa.7. cap.25,quæst.674.in principio.

DOMINICA TERTIA
Post Pentecosten.

LVCÆ XV.

E*Rant appropinquantes ad Iesum Publicani,& peccatores, vt audirent illum.* Aliqui veniebant ad Christum solom desiderio audiendi doctrinam eius, & sic erant aliqui viri deuoti, qui consolabantur in verbis Christi, & audire volebant, quia per illa putabant sibi esse saluti vt patet hic.alii ueniebant ad audiendum Christum solũ vt vide-

gnitos latrant', nulla facta differentia, an boni, vel mali sint; ita murmuratores irrationabiliter bene dicta deprauant & detrahendo lacerant, quæ ignorant, & est triplex eorum malignitas, primo quod bene dicta deprauant, secundo, quod bona, quæ dicuntur ab aliquo interpretantur ex mala intentione dicta esse, licet ipsa asserãt vera esse. tertio quia ex inuidia dicunt antiquos modernis præferẽdos. Vide super Gen. in præfatione D. Hieron. super illud, & obtrectatorũ meorum latratibus patens. de detractoribus, atque maledicentibus. Vide sup. Leuit. cap. 18. quæst. 9.

Et Pharisæi. Quorum quanta sit pertinacia, & inuidia contra Christum vide super Matth. p. 5. cap. 9. quæst. 66. in fine, & quæst. 52. eiusd. cap. & p. 4. ca. 12. quæst. 41. ibid. ad secundum dicendum. & quæst. 55. & cap. 15. q. 10.

Quia hic peccatores recipit. Nec mirum quia Dei proprium est semper misereri, & parcere. vide Dominica prima post Pentecosten, super illud; estote misericordes.

Hic peccatores recipit. vt per ipsos aliquando perfidia Pharisæorum puniatur solet enim Deus sæpe recipere, & adiuuare peccatorem contra alium peccatorem patet enim quod filii Dan erant peccatores, & similiter Laiseni, voluit tamen Deus punire peccata Laisenorum p Danitas, sic etiam fecit de Senacherib, & Nabuchodonosor, qui valde superbi erant, & peccatores, & tamen Deus adiuuit illos contra Israelitas ad occidendum, & prædandum de Senacherib patet. Isai. 10. ad populum fallacem eum mittam &c. Sic etiam de Nabuchodonosor, qui superbierat contra Deum, vt patet Abacuc primo & tamen Deus dabat fortitudinem magnam ad vastandos Hæbreos, Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes fundasti eũ. sed quare recipit peccatores, vt per eos saltem in die iudicii iudicium sumat contra Pharisæos, & non econtra, recipit Pharisæos, vt per eos alios peccatores puniat. Item quod Deus dat pœnam, pro malis, & non dat cito pęnam, vtquisq; peccauit, sed limitat cuique tempus ad pœnitendum, ita vt nõ moriatur. iuxta illud Isai. 30. ideo expectat nos Deus vt misereatur nostri, vide super Iudic. cap. 18. quæst. 17. in principio quando ergo Christus peccatores recipit, iam non amplius sunt peccatores, & ideo quia Pharisęi remanent peccatores, punientur per eos qui recepti sunt à Christo.

Hic peccatores recipit. Nec est mirum, quia peccatores, q̃tumcumque mali sint ex charitate diligendi sunt, quia ait Christus Matth. 5. diligite inimicos, qui autem inimicatur malus est. immo debemus ipsis benefacere, conuertendo eos, & subueniendo eis in necessariis. Christus autem cum sit Deus potest propriæ peccatorem conuertere, & ideo diligendo, recipit conuertendo. in peccatoribus enim est considerare naturam, qua homines sunt, & malitiam, quia peccatores sunt, quia vero secundum naturam sunt ad imaginem Dei, & diuinæ vitæ capaces, ideo secundum naturam sunt ex charitate diligendi, malitia autem est contraria diuinæ vitæ, ideo ipsa in eis est odienda. Vide super Matth. p. 6. cap. 22. qu. 294. & applica.

Hic peccatores recipit. Sicut enim, post peccatum recepit Adam, sic & alios libenter recipit, nam non venit pati solum pro peccato Adæ, sed etiam pro peccatis omniũ hominum, immo peccatũ Adæ remisit nobis in Christo, & non manet de illo aliquis reatus ad pœnam saltẽ, temporalem vnde pro illo non oramus, sed oramus pro peccato a nobis commisso. Vide super Gen. c. 13. q. 606.

Hic peccatores recipit. Christus enim habet clauem, quæ est spiritualis potestas ad recipiendum dignos aperiendo eis vitam æternam, & excludendum indignos, vt erant Pharisæi. tamen ista clauis non est sacramentalis, sed maior clauis, quæ vocatur clauis excellentię, de qua dicitur Apoc. 3. habet clauem Dauid, aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Vide super Matth. p. 4. cap. 16. quæst. 82. in principio.

Et manducat cum illis. Habetur etiam Matth. 9. quod Pharisæi murmurauerunt contra Christum pro manducatione cum publicanis, non quia crederent peccatum esse manducare cum illis, tanquam hoc esset lege vetitum quia lex non vetabat manducare cum aliquo hominẽ; nisi esset gentilis, ne ille daret Iudæo cibos idolo consecratos. Exod. 34. vel cum immundo tali immunditia, q non liceret ad eum accedere, sicut erant immundi, qui eijciebantur de castris, vel leprosi, et fluentes semine, & sanguine, Num. 5. cum his enim non licebat manducare, nec stare, nec sedere in loco, vbi illi sederant Leuit. 15. quia alias non contrahebatur immundicia, ẽt siquis comederet, vel biberet, vel dormiret in domo in qua erat lepra immundus erat. Leuit. 14. cum peccatoribus autẽ nunquam lex vetuit manducare. Vide super Matth. p. 5 cap. 9. quæst. 54. Vide inferius.

Si perdiderit vnam ex illis. peccatores dicuntur oues, quæ perierunt, & quia omnes homines peccatores sunt, & indigent reparatione, ideo omnes quęruntur à Christo. vide super Matth. p. 4. cap. 15. quæst. 71. De oue, & pastore. vide Feria tertia Pentecostes.

Donec inueniat. Sicut Christus tanta diligentia quærit ouem perditam, sic nos debemus quærere Christũ, quoadusque eum inueniamus, qui vt Deus est, nõ quęritur à nobis localiter, quia in nullo loco est, vel si in aliquo est in omnibus est, sed quæritur a nobis spiritualiter, scilicet quando volumus conformare voluntatem nostram voluntati suæ, & hoc est obseruando legem, & qui sic Deum quærit eum inuenit Vide super primum Paralip. cap. 28. post quæstio. 26. circa illud, si quæsieris eum inuenies.

Gaudium erit Angelis super vno peccatore pœnitentiã agente. Christus semp pęnitẽtiã pdicabat, quia illa est necessaria ad salutem, iuxta illud Lucę. 13. nisi pęnitentiam egeritis omnes simul peribitis. & alibi ait: non veni vocare iustos, sed peccatores ad pęnitentiam, & ideo sempec illam pręedicabat, & laudabat, dicens, gaudium erit Angelis. &c. vide super Matth. p. 1. cap. 4. qu. 94.

Gaudium erit Angelis. Idest Angeli gaudent de pænitentia peccatoris, gaudent, enim ipsi de bono nostro, & tristantur de malo, vt patet. Isai. 33. Angeli pacis amare flebunt, idest flent, vel tristantur Angeli boni de peccatis nostris, per quæ perdimus vitam ęternam. & non est mirum, si gaudeant de bono, nam cum sint nobis dati ad custodiam officium ipsorum erit in omnibus in quibus possunt procurare bonum nostrum, psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. & præcipue custodiunt nos dirigendo ad consequendum vitam ęternam. ad Heb. 1. omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi pro eis, qui hæreditatem capiunt salutis. immo & Angelus custos persarum, & Angelus custos Iudæorum pugnauerunt inter se viginti, & vno diebus. Dan. 10. & hoc erat, quia quilibet procurabat bonum gentis suæ. vide super Matth. p. 3. cap. 6. quæst. 85. in medio.

Gaudium erit Angelis. &c. Et ratio est, quia Christus non venit vocare iustos, sed peccatores, non gaudent autem super pænitentia iustorũ quia illi non vocati sunt ad pęnitentiam, cum illa non indigeant, & ideo dicitur quã supra nonaginta nouem qui non indigent pęnitentia. vide super Matth. p. 3. cap. 9. qu. 63. in medio.

Gaudium erit Angelis. &c. Non tamen dolent proprie, de perditione custoditorum, nam sunt beati, & vera beatitudo non compatitur secum tristitiam, & miseriam dolor, enim accipitur pprie, & large; proprie dolor, & tristitia sunt motus quidam, in parte affectiua, & sunt in sensu, in Angelis non est sensus, quia sunt incorporei, vnde neque dolor; dolor autem et tristitia large, sunt actus voluntatis renuentis malum, quod non potest fugere, & in hoc consistit pęna grauis, tali modo est dolor & tristitia in dęmonibus, & animabus separatis. sed nec isto modo dolo est in Angelis, quia nihil potest fieri cõtra voluntatẽ eorum. ideo non dolent de peccatis hominum, nec de pęnis; sed potius de pęnis gaudent. & se dicitur Angeli pacis amare flebunt, non est sermo de Angelis, sed Angeli vocantur, nuncij, & dicũtur Angeli pacis, qui erant nuncij ad pacem petendam; & intelligitur de nuncijs quos misit Ezechias, vt impetraret pacem à Sennacherib Rege Assyriorũ, & illi auditis verbis Rabsacis, quem miserat Sennacherib, & blasphemauit contra Deum

tra Deum

tra Deum fleuerunt. Angeli ergo custodes licet gaudeăt de bono, non tamen dolent de malo, quia non minuitur eorum gaudium, per hoc quod aliqui custoditi damnă tur vide plura super Matth.p.5.cap.18.q.68.per totam sed pręcipue ad tertium argumentum.

Qui habet centum oues. Accipiendo parabolam in cortice, non fuit maior ratio dicendi centum oues, quam mille vel ducentas, quia intentio Christi fuit ostendere magnitudinem amoris, pastoris ad saluandum, quod perierat, quia quamuis esset amica errans, reliquit plures pp illam, & tamen siue centum essent, siue ducentę, vel amplius, multę relinquebantur propter vnam. accipiendo autem quantum ad sensum intentum à Christo dicendum, quod nõ ponuntur centum oues propter aliquod mistterium, quod importet iste numerus, potius quam alius; sed ponitur centenarius, quia est numerus perfectus constans ex decem decadibus. vide quare dicatur magis centum, quam decem super Matth. p.5.cap.18. quæst.72.

Et si perdiderit vnam ex illis. Dicitur hic vnam, & non plures ad ostendendum pastoris amorem; nam si essent centum oues, & errarent viginti iam damno magno rerum suarum moueretur pastur, vt illas quæreret, cum autem de centum vna perit, quasi nullum damnum est, vt propter illud tantos labores pastor subire debeat quærendo ouem illam per deserta, & ita agit ex amore, vt non pereat quidquam, & quia vna potest errare absque eo, quod pastor videat, non tamen plures, & ipsam vnam potest in humeros imponere gaudens, non posset tamen si essent plures, nec esset magnum, si gauderet inuentis triginta ouibus, sicut est quod pastor gaudeat de vna. si autem ad radicẽ significationis spectemus, dicitur, qđ per centum oues tota possessio Dei intelligitur, per errătem ouem homo perditus p peccatum accipitur, qui est quasi centesima pars totius possessionis Dei. vide super Matth.p.5.cap.18.quæst.73.

Et si perdiderit. Peccatores Domini oues.

Nonne dimittit nonagintanouem in deserto. Matth.ca.18. ait in montibus sed idem est, nam in terra Iudææ est quædă pars regionis, qui vocatur desertum, & vocatur montana, quia est montuosa, & ideo oues relictæ in montibus, in deserto relinquuntur. hoc colligitur Iosue 15. & erat ista regio in qua habitabat Zacharias pater Ioann. Baptistæ, vnde aliquando vocatur desertum, aliquando montana, vt patet de virgine, quæ abiit in montana. Vide super Matth. p.5.cap.18.qu.74.

Nonne dimittit nonaginta nouem. Non est intelligendum, quod alias relinquat sine pastore, & custode. nam errare possent. omnes, aut morsibus bestiarũ laniari, sed quod dimittat eas sub alio custode, & ipse Dominus vadat inquisiturus errantem ouem. & hoc quantum ad corticẽ litterę. quantum etiam ad significationem non est incõueniens, quia Angeli dicuntur relinqui in deserto, idest in cœlo, non quasi subtracta eis penitus diuina cura, & prouidentia, quia non taliter dimittuntur, vt perire possint, sed solum in quantum cessat Christus esse eis similis, quantum ad carnem assumptam, &c. vide sup. Matth.p.5.cap.18.quæst.77.

Gaudium erit Angelis super vno peccatore pœnitentiă agente, quam supra nonagintanouem q.n.s.p. Quomodo intelligatur de iustis, qui nunquam errauerunt, & non habent de quibus pœniteant. Vide super Matth.part.5.cap.18. quæstio.79.

DOMINICA QVARTA Post Pentecostes.

L V C Æ. V.

C*Vm turba irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, &c.* Aliquando Christus declinabat turbas, siue vellet totaliter recedere, siue non, intrando nauiculam, aliquando autem volebat manere apud turbas, & tamen quod non tangerent eum, & quia illæ irruebant in eum ascendebat. nauiculam, hoc patet in præsenti, quia docebat de nauicula turbas, & etiam Matth.13. quando turbæ multæ conuenerunt ad eum iuxta mare, ipse ascẽdit vnam nauiculam, & de nauicula sedens, docebat turbas manentes in littore, aliquando autem totaliter recedebat. vide super Matth.p.4.cap.15.q.112. vide etiam super Matth.p.5.cap.19.q.99.in medio.

Cum turba irruerent &c. In hoc Euangelio continetur vocatio Petri, & Andreæ, sed quia hic est diuersa sententia ab ea quă ponit Matth.cap.4.& Marc.ca.1. loquens de vocatione ipsorum, est dubium vtrum sit eadem vocatio, nam hic dicitur, quod piscatores descenderant, & lauabant retia. & Matth. ait, quod mittebăt retia in mare similiter hic dicitur, quod Christus dixerat Petro, qđ mitteret rete in mare, & conclusit multitudinẽ magnă piscium, &c. vnde non vr eadem vocatio, & ideo dicit Nicolaus, quod Petrus, & Andreas ter vocati sunt a Christo prima vocatio fuit immed. post baptismum Christi Ioan.1. quando duo discipuli Ioannis audierũt ipsum dicentẽ de Christo ecce agnus Dei, & secuti sunt eum, & ibidem dicitur, quod Andreas frater Simonis erat vnus ex duobus qui secuti fuerant Christum, & ibidem dicitur, quomodo vocauit Simonem ad Iesum. secunda vocatio fuit quæ habetur hic, tertia vocatio est q̃ describit Matth. Alii dicũt, quod est eadem vocatio, sed aliquid exprimitur hic, quod non exprimit Matth. & aliquid, quod Matth. exprimit, non exprimitur hic, & tunc dicetur, quod veritas est, quod antequam fieret ista vocatio erat Christus apud mare, & volens prædicare propter turbas irruentes, introiuit in nauem Petri, & capta est multitudo piscium, & dixit soli Petro, ex hoc iă eris homines capiens, & tunc Christus exiuit de naui, & ambulans iterum forte eodem die, vel pauco tempore post per littus eiusdem maris vocauit Petrum, & Andream, & postea Iacobum, & Ioannem, & licet isti sint duo actus, tamen videtur vna vocatio. Vide plura super Matth.p.1.cap.4.q.96.per totam.

In verbo autem tuo laxabo rete. Et si nihil per totam noctem laborans, non prehendiderit, tamen confidit laxădo rete in nomine Christi aliquid accipere, hoc autẽ est, quod Deus vult. s. vt confidamus ei, nihil enim est quod magis faciat nos indignos beneficiorum Dei, quă si de illo magna non confidamus, sic patet Iacob 1. postulet autem in fide nihil hęsitans, qui enim hæsitat, &c. quod autem debeamus semper confidere, probatur, nam vel aliquando confidendum est, vel nunquam, quod nunq̃ confidatur absurdum est, si autem aliquando ergo semper; tenet cõsequẽtia, quia nos nõ cognoscimus voluntatẽ Dei, nisi per operationes; iõ quousq; operetur, incerta est, & sic dato quod non operetur non constat, quid faciat, ideo semper nobis confidendum est, quod bona faciet, cum semper incertum sit quid faciet, alioquin nunquam confidendum est. vide super primum Reg. p. 1. cap.4.quæst.5. poterat ergo iure optimo Petrus in verbo Christi laxare retia. Confidere autem in Domino potest dupliciter intelligi, vno modo confidere, qđ Deus poterit facere id de quo dubitatur alio mõ quod firmiter teneamus, quod illud efficiet: primo modo dicitur aliquis credere, & non proprie confidere secundo modo dicitur vere cõfidere. de primo dicendum, quod omnis tenetur confidere de Deo illo modo, verbi gratia si quis pugnet cõtra alterum, debet credere, quod Deus potest eum liberare, de manibus alterius, vel facere superantẽ ẽt si aduersarius multo maiorem copiam exercitus habeat, quam ipse, & hoc confidere est de necessitate salutis. secundo aũt mõ non tenentur homines semper Deo cõfidere, immo interdum confidere Deo, quibusdam esset stultum, quia manifestum est, quod licet interdum speremus aliquid non euenit nobis, obligamur tamen confidere hoc modo circa illa, quæ Deus dixit se facturum. Vide super secundum Paralip. cap.16. quæstio.17. & applica quomodo D. Petrus, dicendo in verbo tuo laxabo rete, ostendebat hanc duplicem confidentiă. & tenebatur confidere ẽt sc̃do mõ. quia erat dictum Christi duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. quomodo autem in cõfidentia, importatur credere, &

dere, & confidere, & secundum non est sine primo bene tamen primum est sine secundo, vide super Matt. p.4.cap.16.qu.27.

Exi a me Domine, quia homo peccator sum. Hoc dicebat Petrus ex humilitate, quia agnoscendo se peccatorem, iudicabat indignum esse, quod Christus cum eo maneret, sicut etiam illi, qui eum rogabant, vt e regione recederet, Matth.8. vide super Matth.p.1.cap.8.quæst.143.

Exi a me Domine quia homo peccator sum. Idest non maneas mecum, quia periculum est mihi ex tua mansione; & non solum ille timuit, sed etiam omnes alij qui erãt ibi, dicitur, enim stupor circundederat eum, & omnes, qui erant in captura piscium. & dixit Christus Petro. noli timere, & ita videtur quod malum sibi à Deo inferendum potabat ex pręsentia tantę sanctitatis. vide super Matth.p.5.cap.19.qu.193. in medio.

Noli timere ex hoc eris homines capiens. Idest sicut nunc pisces capis, ita de cętero homines capiens. quod erat vocare Petrum ad officium nobilius, vt merito relinquere possent officium capiendi pisces. vide super Matth.p.1.cap.4.post.quæst.95. circa illud. faciam vos fieri piscatores hominum.

Ex hoc eris homines capiens. Hęc est metaphora, quia sicut pisces de mari capiuntur, & extrahuntur, hamo ita prædicatores verbi Dei educunt homines de amaritudinibus iniquitatum huius sęculi, quod vocatur mare propter multitudinem fluctuum, & pericula multiplicia ex amaritudine aquarum, quæ omnia sunt in rebus sęculi. vnde Christus semper comparauit homines piscibus, sicut Matth.13. f. simile est Regnum cęlorum, idest status pręsentis ecclesię, sagenę missę in mare, & ex omni genere piscium congreganti, scilicet quia nunc congregantur in Ecclesia boni, & mali &c. sicut etiam piscator capit piscem fallens eum pretenso cibo: ita pręd icator hominem monet promittendo ęternam beatitudinem. vide plura super Matth.p.1.ca.4.q.98. sed quomodo crediderunt, Petrus, & Andreas, quod deberent effici piscatores hominum, erant enim viri indocti, & sine litteris, nam actu.4. dicitur quod erant idiotę, & tamen ad docendum oportebat omnes esse peritos legis. dicendum, quod forte viderant Christum fecisse aliqua miracula, immo vere viderant, & ex hoc crediderunt, quod sic etiam posset facere eos doctores legis, sine aliqua longa exercitatione in litteris. aliter potest dici, quod isti senserant in se aliquid Diuinum, quando Christus eos vocauit, ita vt necesse esset quasi eos venire. vide super Matth.p.1.cap.4.q.99. quomodo autem viderant plura miracula, quæ poterant mouere ipsos ad credendum & vide ibidem.qu.100. in medio.

Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum. Hoc dicitur propter multa, primo ad ostendendũ obedientiam quam habuerunt ad Christum. secundo ad ostendendum eorum affectum laudabilẽ ad Christũ quia omnia contempserunt. tertio ad instructionem nostram, vt sciamus quia omnia relinquenda sunt si Christus mandauerit, & non potest aliquis perfecte Christũ sequi, nisi hęc omnia deseruerit, sic dicit Chris. super Matth.5. secuti sunt eum omnibus relictis, in quo nos docuerunt, quia nemo potest terrena possidere, & perfecte ad cęlestia peruenire. vide super Matth.p.1.cap.4. quæstion.109.

Relictis omnibus secuti sunt eum. Tria sunt, quę relinquere debet homo, qui venit ad Christum actus carnales, qui per retia piscationis significantur substantia mundialis per nauem, parentes per patrem quẽ reliquerunt Apostoli reliquerunt ergo nauem, vt fierent ecclesiasticæ nauis gubernatores, reliquerunt retia, vt non pisces afferrent ad ciuitatem terrenam, sed homines ad cęlestem, reliquerũt vnũ patrem, vt spirituales patres omnium fierent. vide super Matth.p.1.cap.4.qu.109.

Relictis omnibus secuti sunt eum. An reliquerunt nauem in littore, & retia, & non reduxerunt in domum. quidam dicunt, quod reduxerunt, licet dicatur quod statim relictibus retibus secuti sunt eum, quia etiam qui ingrediuntur religionem disponunt de omnibus, quę habẽt, in sęculo, & tamen dicuntur relinquere omnia, cum ingrediuntur, quia ea, quę poterant ipsi possidere, & gaudere in eis, relinquunt alijs possidenda, abdicantes à se omne dominium rerum, & omnem fructum, & iucunditatem, quę in possidendo esse potest, ita dicunt de istis verisimilius credi potest, quod ita fecerint, cum ista faciendo obedirent vocationi Christi sed aliter dicendum est, quod isti mox vt a Christo vocati sunt, secuti fuerunt ipsum, & non redierunt in domos suas, vt loquerentur vxoribus, filijs, &c. aut ne de eis, quę possidebant disponerent, sed de eis, quę in domibus erant non curauerunt, ea vero, quę ante oculos erant proiecerunt relinquentes. primum patet, quia obligabantur obedire vocationi, & obligabantur obedire modo vocationis. vide hoc super Matth. p.1.cap.4.q.101. quia sicut Christus potuit eos obligare, vt venirent per solum pręceptũ ita poterat eos obligare de tempore, et modo secundum patet quia dicitur Matth.4. at illi relictis retibus continuo, secuti sunt eum. vide super Matth.p.1.ca.4.q.110.

DOMINICA QVINTA Post Pentecosten.

Matth. V.

N*isi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in regnum cælorum*. Idest nisi iustitia vestra fuerit maior, quasi dicat Pharisæi, & scribę habent quandam iustitię rectitudinem sed non sufficientem, nam duplex est iustitia, recta facere, & recta docere, & si homo nihil doceat, sed recte operetur hoc sufficit ad salutem, si autem recta doceat, sed nõ recta faciat, hoc nõ sufficit, scribę aũt solũ recta docebãt sed recta nõ operabant immo & vltra necessaria addebãt aliqd, vt strictioris vitę, et maioris sãctitatis viderentur, & tñ non obseruabant ea, vt Matth.23. patet super cathedram Moysi sederunt &c. alligant onera grauia, digito autem nolunt ea mouere. vide super Matth. p.2.cap.5.post quæst.100. circa illud; Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia.

Nisi abundauerit iustitia. Hic mentionem facit de iustitia Pharisęorum tantum, et non de alijs virtutibus: quia de iustitia erat magis ad propositum, nam poterant discipuli delinquere bene docendo, & non recte operando, & sic non habuissent vitam ęternam nam Christus loquebatur semper de his, quæ magis erant ad propositum, & circa quę delinquerant homines, vt patet, cum ait. Matt.18. nisi efficiamini sicut paruuli, in cęlum non intrãt, qui facinor contra temperantię pręceptum, fornicando, crapulando. &c. tamen Christus ait solum de humilitate, quia discipuli superbierant appetendo primatum, & contendendo de illo. vide super Matth.p.5.ca.18.quæst.15.

Non intrabitis in Regnum cœlorum. Regnum cœlorum multipliciter accipitur aliquñ accipit̃ p Ecclesia ista militãti vt in hoc c.5. cum dr̃, qui soluerit vnũ de mãdatis &c. minimus vocabitur in Regno cœlorum, idest in Ecclesia militanti, nam in Regno vitę ęternę non erunt, qui talia faciant, quæ exprimuntur ibi, & illud Matth.13. mittet filius hominis Angelos suos & colligent de regno eius omnia scandala, idest de Ecclesia militanti, vel de mundo isto, quia inueniri non poterunt scandala in vita æterna. alio modo sumitur pro vita ęterna, & sic accipitur hoc in loco, vide super Matth.p.2, cap.5. post q.100 circa illud; non intrabitis in regnum cœlorum & p.5.21.q.174. in principio.

Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Quidam Iudęorum putabant, quod in pręceptis negatiuis phiberentur solum opera exteriora, & non affectionem animi, vt quod phiberetur adulterium & non desideriũ adulterandi, & phiberetur homicidium, sed non ira, Christus autem ostendit quod non solum opera exteriora, sed etiam affectus animi, ideo phibet homicidium & postea phibet iram, quæ incitat hominem ad homicidium. vide super Matth.p.2.c.5. post quæst.102.

circa

circa illud, audistis quia dictum est antiquis.

Non occides. Occisio est auferre vitam rei viuenti, & quia vbicunque est anima, est vita, quia ipsa anima est vita corporis animati, in omnibus rebus animatis potest esse occisio, v.g. in plãta si euellatur, similiter in animalibus irrationalibus. hęc etiam occisio non potest dici homicidium, sed oportet, quod homo sit, qui occidatur, aliquã do autem destruitur aliquis ne fit homo, non tamen est homicidium, sicut si aliqua mulier cogatur pati abortum, quando non est puer perfecte formatum; nam per hoc, impeditur ne fit homo ille conceptus, qui formabatur ad humanam speciem, si tamen nondum erat anima infusa homicidium non est, quia non aufertur vita, sed impeditur ne ad vitam perueniat. vide super Matth. p. 2. cap. 5. qu. 103.

Non occides. Non est autem prohibitum occidere plantas nam in statu perfectę iustitię Deus iussit homini comedere de omnibus lignis, quæ erant in paradiso. Gen. 2. vnde multi errauerunt circa plantas, quia motiuũ suũ erat ex iniqua causa vide super Matth. p. 2. cap. 5. quęst. 104. per totum immo nec prohibitum est occidere homines malos, immo laudabile valde est, quando fit, sicut fieri debet. homo autem malus secũdum quod malus est ordinatur ad mortem, nam sicut homo inquantum est natura quædam rationa'is capax summi boni ordinatur naturaliter ad beatitudinem, ita inquantum malus est ordinatur ad pęnam. & cum homo sit membrum morbidum, sicut iustum est sanati morbida, ꝙ interdum fieri non potest sine resecatione eorum & amputatione a solido; ita iustum est istum hominem malũ abscindi à corpore sano, cõmunitatis, & vt ne inficiat cętera membra sana cõmunitatis, & quia bonum, est homini malo, quod occidatur ex Boetio lib. 4. de consol. quia culpa, vel peccatum est deterius, quam pęna, cum peccatum ex eo, quod tale sit totaliter malum, pęna autem bona est, quanto autem aliquis habet plus de malo tanto deterior est, & quanto plus de bono, tanto melior. vide super Matth. p. 2. cap. 5. q. 105. per totam, quæ est longissima & continet explicationem plurimarum scripturarum. Non est autem alicui personæ priuatæ lici tum occidere peccatorem, quantumcunque malum, nisi habeat potestatem aliquam publicam ad illud faciẽ dum, nam non licet hominem occidi nisi inquantum vita sua est contra legem, vel in damnum Reipublicæ, non potest ergo occidi, nisi per illum, qui habet auctoritatem a lege, vel ab ipsa republica si autem aliquis sit omnino priuata persona non competit ei aliqua administratio per legem, ideo ad eum non licet occidere quẽ quam. vide plura super Matth. p. 2. cap. 5. q. 106.

Non occides. An dispensari possit per Papam, quod aliquis occidatur, & occidens non incurrat culpam homicidij, quidam negant; quia est præceptum negatiuum de non occidendo, quod obligat semper, & ad semper & quia triplex reperitur vnio in nobis, scilicet animę cũ corpore, vxoris cum viro, animę cum Deo, non potest dispensari per hominem, quod separetur anima à Deo, quia istud semper est peccatum, nec etiam quod separetur vxor à viro, quia Christus ait. Matth. 19. quos Deus coniunxit homo non separet, ergo nec potest dispensari in tertia vnione animæ cum corpore, quod separetur anima. dicendum tamen quod dispensari per Papam in homicidio potest intelligi dupliciter, vno modo in homicidio facto, alio modo in faciendo, in facto etiam potest dupliciter intelligi. vno modo dispensare, idest absoluere à peccato homicidij, & de hoc non est dubium, secundo dispensare in homicidio, idest in irregularitate contracta per homicidium; ita quod non obstante illa possit ascédere ad ordines sacros, vel ministrare in susceptis & in hoc etiam potest dispensare, sed difficultas est de homicidio faciendo, & ideo dicitur, quod dispensatio est relaxatio iuris, & fit per quandam iurisdictionẽ, ideo potest quilibet dispensare in lege, quam ipse condidit, vel si sit condita ab inferioribus, in lege aũt superioris nemo dispensare potest, Papa autem est superior omni homine, ideo in omni iure positiuo dispensare potest non potest autem dispensare in lege Dei, quia Deus est superior, sed quia duplex est lex, alia naturalis, alia scripta, quod dicendum sit de vtraque & quod ad rationes in oppositum. vide super Matth. p. 2. cap. 5. quæst. 107. & etiam quæst. 108.

Non occides. Licet tamen homini seipsum defendendo alium occidere, ita quod non habeat aliam intentionem nisi se defendere, quia ius naturale non potest, esse iniquum, quod liceat homini se defendendo alium occidere, quando non potest se aliter defendere, est sententia. D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 7. vbi dicit, quod nihil prohibet vnius actus, esse duos effectus, quorum alter sit in intentione, alter vero præter intentionem, morales vero actus recipiunt speciem secundum id, quod intenditur non autem ab eo, quod est pręter intentionem, cum illud sit per accidens, accidentalia autem nunquam possunt conferre ad speciem illius rei, cui accidentalia sunt, quia hoc est contra naturam accidentis, cuius est aduenire post esse rei. ex actu igitur alicuius se defendentis, duplex effectus sequi potest, vnus quidem conseruatio proprię vitę, alius vero occisio inuadentis, actus igitur per quem intenditur conseruatio proprię vitę, non habet rationem illiciti, cum sit cuilibet naturale, quod se conseruet in esse quantum potest. Alij tenent contra D. Thom. sed vide perlongam quæst. super Matth. p. 2. c. 5. q. 109. an vero liceat pro defensione rerum suarum aliquem occidere, vide ibidem q. 110.

Non occides. Quod homo possit occidere sine peccato se ipsum, aliqui dicunt, quia homicidium est peccatum inquantum contrarium iustitię, nullus autem potest sibi ipsi iniustum facere, cum sit volens, vt ostenditur, 5. Ethic. cap. vltimo ergo non facit iniustum qui se occidit, & sic non peccat. sed tamen dicendum, quod est peccatum, cum sit contra præceptum Dei, scilicet non occides, Exod. 20. & Deut. 5. nam solus Deus est, qui vitam donare potest, & ad eum solum pertinet iudicium de morte, & vita, iuxta illud, Deut. 32. ego occidam, & ego viuere faciam, qui antem se occidit vsurpat sibi potestatem super vitam suam, & sic iniuste agit contra Deum, & peccat, de his D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5. homicidium autem est illicitum non solum quia iniustum, sed etiam quia est contra charitatem. vide super Matth. p. 2. cap. 5. quæst. 112. vnde nec virgini licebit occidere se ne corrumpatur quia non licet homini facere malum, vt inde bonum sequatur Ad Rom. 3. occidere autem se, ne sequatur violatio virginitatis, est malum facere propter bonum; vnde non licet, & si inuita prostituatur in lupanari, virginitas non tollitur, sicut dixit Lucia Paschasio, si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. vide ibidem q. 114. si vis plura alia de homicidio vide per omnes q. sequentes.

Non occides. Istud est secundum mandatum secundæ tabulæ in mandatis pertinentibus ad proximum, & quantum ad literam videtur intelligi de sola occisione reali, & tamen manifestum est, quod qui vetat homicidiũ, non permittit membrorum mutilationem, aut percussionem, quæ homicidio proxima est, nec etiam contumelias, aut iram, cum ista sint occasio homicidij, & ex his soleat induci. prohibito ergo homicidio hęc omnia prohibentur, sicut qui prohibet concupiscentiam, omnia mala prohibet vide super Matth. p. 2. ca. 5. post. qu. 102. circa illud, non occides.

Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Idest qui occiderit hominem sponte non habens legitimam causam occidendi, erit reus iudicio idest de eo iudicabitur, quod occidatur, & erit reus mortis pro sanguine effuso. istud autem dictum fuerat antiquis, non inter præcepta moralia, sed inter iudicialia, in quibus taxantur pęnę. Exod. 21. qui percusserit hominem volẽs occidere, morte moriatur vide super Matth. p. 2. cap. 5. post q. 102. circa illud, qui autem occiderit.

Omnis qui irascitur fratri suo. Christus dixit iram esse peccatum, quę est aliquid pręcedens ad homicidium, et ponit hic tres gradus irę, primus est per iram in solo corde secundus per iram expressam in voce, quod ad contumeliam pertinet, est tamen vox quę non signat aliquid determinate. tertius est in ira expressa per vocem,

quando

quando determinate contumelia significatur de primo dicitur qui irascitur fratri suo, idest per solum motum animi appetendo ei aliquod malum, vel desiderando aliquam vindictam nihil exprimendo, secundus exprimitur cum dicitur, qui dixerit fratri suo Racha Racha est dictio hebraica nihil significans per modum conceptus, sed solum per modum affectus, tertius gradus exprimitur, cum dicitur, qui dixerit fratri suo fatue. vide plura super Matth. p. 2. cap. 5. post quæst. 102. circa illud omnis qui irascitur fratri suo. & circa illud, qui dixerit Racha, & circa illud, qui dixerit fatue.

Qui irascitur fratri suo. Ira est passio specialis, cõstat, enim quod non est habitus quia non habetur per acquisitionem, nec est potentia naturalis, quia non semper inest, sed motus quidam factus in nobis in potentia appetitiua, vide super Matth. p. 1. cap. 5. q. 121. quia autem potentia appetitiua non cognoscit, necesse est, quod omnis motus factus in potentia appetitiua sequatur aliquem actum virtutis apprehensiuę, quę est cognitiua. vis autem apprehensiua dupliciter apprehendit, vno modo per modum incomplexi, vt cum intelligimus, quid sit homo, alio modo per modum complexi, vt cum intelligimus hominem esse album; vtroque modo ipsa vis appetitiua põt tendere in bonum, & in malum, primo mõ cum appetitus simpliciter inhęret bono, vel refugit malũ. secundo mõ cũ appetitus fertur in hoc, quod aliquid boni vel mali fiat alicui, vel insit ei, & hoc tendendo in illud, vel fugiendo ab eo, vt apparet in amore, & odio, amamus, enim aliquid inquantum volumus bonum inesse illi, loquendo de amore in extraneum, qui vocatur amor amicitię; sicut etiam odimus aliquid, inquantum volumus ei malum inesse. illud autem est in ira, quia quicunque irascitur alicui quærit vindictam de eo, & sic motus irę duo quęrit, vel in duo tendit. s. in vindictã, quam appetit, & sperat sicut quoddam bonum, & sic ira habet quandam delectationem, quia bonum delectationem causat, & sic quando iratus consequitur vindictam, quasi adeptus, bonum, quod intendebat delectatur; fertur etiam ira in id de quo quærit vindictam, tanquam in quoddam malum, & nociuum, & hoc pertinet ad rationem mali, & sic ira semper fertur in duo, & ideo motus irę, est motus appetitiuus. vide super Matth. p. 2. cap. 5. q. 122. quomodo differat odiũ ira, & amor. vide ibidem.

Qui irascitur fratri suo. Ira tamen non semper est illicita, est, enim ira passio quędam, & naturaliter insurgens, si autem secundum se peccatum esset vel semper esset illicitum irasci, cogeretur homo interdum peccare, scilicet qñ ira in eo naturaliter insurgeret, & ideo dicendum, quod ira accipitur aliquando vt motus quidam insurgens in nobis cuius principium non est omnino in potestate nostra, & tunc manifestum est, quod ira non est peccatum, quia nihil est peccatum nisi sit voluntarium, & hoc modo ira non prohibetur hic alio modo accipitur ira pro vt manet ex cõsensu rationis iudicantis istud esse faciendum ad quod ira mouet, & dicendum, quod necessarie isto modo est semper illicitum irasci, quia istud esset si ira secundum se mala esset, & nunquam ratio consentiret illi, cum nunquam debeat consentire alicui malo, & tamen ira non est semper mala. per quo sciendum, quod in passionibus potest inueniri malum dupliciter vno modo secundum speciem passionis, quæ accipitur ex obiecto suo, cum dicitur passio mala, quando obiectum secundum suam rationem dicit aliquid malum, hoc modo non est malitia in ira, quia licet ira de malo quodam sit, quia intendit inferre nocumentũ, vel punitionem, tamen semper est sub ratione boni, & iusti, quia ira est appetitus vindictę vindicta autem dicit retributionem, inquãtum redditur malum aliquod punitiuum alicui pro malo, quod fecit, & istud iustum est. alio modo accipitur malum in passionibus ex quantitate ipsius passionis, idest ex abundãtia, & deffectu & sic excessus in irascendo malum quodam est, defectus etiam in irascendo malus est. vt si quis nulli, & pro nulla causa irascatur vide super Matth. p. 2. cap. 5. quæ. 138. cum autem ira sit motus appetitus sensitiui, si regulabitur à ratione bonus erit iste motus, si regulam rationis excludat malus erit potest autem ira regulari à ratione dupliciter vel quãtum ad ipsum appetibile per iram quod est vindicta, & si accipiatur pro retributione pęnarum debita alicui potest esse licita; si autem appetat, quod fiat qualitercunque, scilicet inferendo alicui pœnas, siue secundum ordinem rationis siue contra ipsum vt si appetat puniri illum, qui nihil meruit, vel plusquã meruit, vel quod puniatur non secundum debitum iuris, nec propter finem debitum, scilicet propter conseruationem iustitiæ, & sic ira est peccatum: vel quantum ad modum appetendi, scilicet vt motus iræ non immoderate feruescat, nec interius nec exterius in signis apparentibus, & si omittatur aliquid horum peccatum erit, etiam si homo iustam vindictam appetat. quia modus irascendi repugnat charitati, cum vehemẽtius quis mouetur in pęnam alterius vide super Matth. p. 2. cap. 5. quæst. 139. si autem ira, quæ est peccatum sit peccatũ mortale, vide ibidem q. 140. & sit grauissimum peccatũ vide ibidem q. 141.

Omnis qui irascitur. Ira habet sex filias, scilicet rixam, tumorem mentis, contumeliam, clamorem indignationẽ blasphemiam, ita assignat Greg. 31. moralium: & sic accipiendo eas generaliter, si autem particulariter accipiãtur erunt species subalternę illę, sub quibus erunt plures species specialissimę, nam sub illis aliæ magis particulares accipiuntur, vt sub rixa intelliguntur oĩa bella & seditiones, & quæcunque lites, & sub his est homicidium, & vulneratio, & omnia damna realiter inflicta. vide super Matth. p. 2. cap. 5. q. 143. Arist. autem 4. ethic. assignat tres species, scilicet acutos, amaros, & difficiles. sed istæ sunt tres species iracundorum, & pertinent ad superabundantiam, nam licet iracundia sit passio, tamen qñ pro peccato accipitur semper dicitur super abundantiam prima igitur species iracundorum, est eorum qui vocantur acuti, qui irascuntur quibus non oportet, & magis quam oportet, & velocius, & maiori tempore & quando non oportet secunda species est eorum qui dicuntur amari de quibus inquit Arist. q̃ sunt difficile solubiles ab ira, & retinent illam in se, multo, enim tempore irascuntur, & tunc quiescunt ab ira, quando retribuerint, si autem non potuerint retribuere habent in se quandam grauitatem, & afflictionem, & sunt molesti sibi ipsis, & amicis & dicuntur amari, ab amaritudine idest tristitia quam habent. tertia species est eorum qui dicuntur difficiles, & isti habent multas conditiones amorum nam irascuntur de quibus non oportet, & magis quam oportet, et maiori tempore, differunt ab amaris, quia ira etiam si in istis longo tempore manserit nũquam soluitur nisi retribuerint, in amaris aliquãdo tollitur ira sine retributione, scilicet quando digeritur per longum tempus vide super Matth. p. 2. c. 5. q. 145. Christus autem per effectus irę constituit tres alias species. quarum vna est, ira sine voce, quæ exprimitur per Ly, qui irascitur fratri suo, secunda ira cum voce non determinate significante, cum dicitur, qui dixerit Racha, & ira cum voce determinate significante, cum dicitur, qui dixerit fatue. vide super Matth. parte 2. cap. 5. quæstio. 152. & qu. 153. & per omnes quæstiones sequentes.

Reus erit iudicio. Sicut ponuntur tres gradus peccati irę, ita ponuntur tres gradus per habitudinem hominis, qui condemnatur ad pęnam. nam primus status eius, qui condemnari debet, est discussio causæ, & quod ei detur locus defensionis, & excusationis, secundus est postquam per discussionem aliquis conuincitur de crimine. manet ei, quod condemnetur licet nondum sit condemnatus, tertius est quod postquam quis per sentẽtiã fuerit condemnatus tradatur sententia executioni, isti gradus habent se per additionem mali. vide quomodo explicantur hi gradus per Ly reus erit iudicio, reus erit cõcilio, & reus erit gehennæ ignis. super Matth. p. 2. cap. 5. post quæst. 102. circa eadem verba, reus erit &c. & quomodo stare possit hęc taxatio pęnę, secundum istos gradus, vide ibidem quæst. 159.

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris &c. Pharao peccauerat contra Deum, & contra Moysen, & Aaron

gno

gno foris ostendatur, reconciliatio petenda non est, vt cum quis proposuit in animo suo alteri nocere nam per hoc non solum Deum offendit, qui in quolibet peccato nostro offenditur sed etiam aliquomodo proximum, cum ad offensionē illius ista cogitatio ordinaretur quia tamen realiter proximus non fuit offensus nec ista cognitio ad eum peruenit non dicitur communiter offendit quia non esse, & non apparere pro eodem reputatur si autem offensa sit in facto, aut erit in voce, aut in rebus si in voce petenda est reconciliatio in voce, & de hac loquitur Christus, si in rebus, aut hoc est, quia realiter quis damnum, aut iniuriam intulit, aut, quia fecit aliqua præparatoria, si solum fecit præparatoria ad iniuriam aut fuerunt illa manifesta, aut occulta, si occulta non tenetur petere reconciliatione si manifesta quid sentiendum sit, vide super Matth. p. 2. c. 5. q. 170.

DOMINICA SEXTA Post Pentecosten,

Marc. 8.

CVm turba multa esset cum Iesu, nec haberet, quod manducaret &c. Totum hoc Euangelium explicatum est Dominica Quarta Quadragesimæ, vide ibi.

DOMINICA SEPTIMA Post Pentecosten.

Matth. 7.

Attendite à falsis Prophetis. Idest diligenter cauete, & non dixit, aspicite, quia aspicere est ad illud, quod palam videtur attendere autem est cum solicitudine inquirere, vt videamus, & hoc est, quia isti falsi prophetæ non palam venturi erant, sed dissimulato habitu, & ideo erat difficile cauere illos, nisi sollicite attenderemus, vocantur falsi Prophetæ falsi doctores, quia docent contra veritatem fidei, & non loquitur Christus de doctoribus, qui errant ex ignorantia, quia isti non se occultant, cum putent se bene dicere, sed de doctoribus prauis, qui habent intentionem subuertendi fidei puritatem, & ad hoc se dissimulant, vt eis fallendi locus sit, & vocantur prophetæ per similitudinem, quia prophetæ sunt, qui futura, vel abscondita reuelant, quæ nemo scire potest, nisi Deus ei ostenderit, & quia isti erudiunt populum in eis, quæ populus scire non potest: nisi à doctore sacræ scripturæ instruatur, vocantur prophetę non simpliciter, sed non populi, sicut etiam aliquis dicitur Deus, quia gerit vicem Dei, vt Moyses. Exod. 7. ecce constitui te Deum Pharaonis, &c. vide super Matth. p. 3. cap. 7. circa illud, attendite à falsis prophetis. post q. 27.

Attendite à falsis prophetis. Dantur duæ regulæ ad cognoscendum aliquem esse falsum prophetam. prima quod dicat aliquid contra cultum Dei, vt si dicat, quod Deus mandat coli Deos alienos, & non solum si mandet, hoc sed etiam si dicat, vel mandet aliquid contra legem, quia constat legem esse veritatem inuiolabilem, quia à Deo dictam. Deus autem sibi ipsi non contradicit sed contra est, quia aliqui Prophetæ contra legem dixerunt & fecerunt, vt patet de Dauid, quia sacrificauit in area ornam Iebusæi, vt patet 2. Reg. cap. vltimo, cum tamen prohibitum esset in lege sacrificia facere extra atrium tabernaculi, vt patet Leuit. 17. & 12. & Elias bonus propheta dicebatur, & tamen induxit populum, vt sacrificium fieret in monte Carmelo, vt patet. 3. Reg. 18. Ratio quod aut Propheta dicit aliquid, quod contradicit alicui, quod affirmatur esse in lege, aut mandat, vel persuadet fieri aliquid contrarium ei, quod in lege mandatur, si primo modo propheta est singulariter malus, quia ea quæ affirmātur esse in lege immobiliter sic sunt, ideo contrarium semper falsum est vt si aliquis propheta diceret, quod Deus non creauit mundum, vel non eduxit Israelem de Ægypto, quorum opposita asseruntur in sacra scriptura, si secundo aut illud est malum simpliciter aut malum solum quia prohibitum si primo propheta malus iudicatur vt si mandet accipere vxores alienas, vel colere Idola, quæ in lege prohibentur & de se mala sunt, & huic nullo casu credendum est etiam si signa faciat, si est malum, quia prohibitum, tunc distinguendū est, quia ac propheta ille, qui mandat, vel facit est approbatus per alia præcedentia, & veritates, ita quod non præsumi posset de eo, quod hoc ad malum finem, tunc iudicabitur de eo, quod est bonus, & quod hoc ad maiorem laudem Dei facit, sic patet de Dauid 1. Reg. 16. & de Helia 3. Reg. 17. si autem illi qui ista faciunt, vel dicunt sunt tales, quod nōdum per aliqua facta approbati sunt, si talia dicant, vel faciant, eis credendum non est secunda regula est, quod quando prophetę prędixerunt signum futurum, & non euenerit, non fuit a Deo prophetia, quia Deus fallere nescit, nec qđ vult potest non euenire. vide plura super Deut. cap. 18. qu. 7.

Attendite à falsis Prophetis. Prophetarū quidam præmittunt signa ad confirmationē eorum quæ dicunt quidā non, si autem non pręmittant signum non potest cognosci veritas prophetię, sed solum creditur prophetę illi, quia alias vera dixit, vel quia approbatus est, sicut in prophetis, qui iam mortui sunt, quorum dicta suscepit Ecclesia, tamquam verissima, & in his non oportet inquiri certitudinem veritatis alio modo, nam & prophetia eorum iam in factis Messię completa sunt, quando autem prophetę erant uiuentes, & nō credebatur eis faciebant signa, sicut patet in Helia de sacrificio facto in monte Carmeli 3. Reg. 18. cum autem credebatur eis simpliciter dicentibus non oportebat esse alias probationes, sed dato, quod aliquis nō crederet prophetę à principio prædicenti aliqua, antequam illa per signum demonstraret, non credebatur aliquis modus certitudinis indictis, nec etiam non credens, non videbatur peccare nisi omnes illi assentirent, & iam esset approbatus, & vnus, vel rari nollent ei consentire si autem propheta vult confirmare dicta sua per aliquod signum, aut signum venit antequam dicantur verba, quæ vult confirmare per signum, aut prius dicunt verba, & postea euenit signum, se primo modo dicitur quod nullo modo, confirmatur veritas eorum quæ dicuntur per signum; quia signum non venit ad confirmandum illa si autem dicantur verba ante euentum signi, aut illud miraculū euenturum ponitur tamquam signum illorum, quæ prędicuntur post illud futura, aut non si non ponitur, tanquam signum, sed solum illud miraculum prædicitur & post illud alia futura prędicuntur quamquam eueniat miraculum illud non confirmatur veritas eorū quę dicuntur euentura post ipsum miraculum, vt si Iosue dixisset, ecce prędico vobis esse Iordanem diuidēdū & annuncio vobis, quod post annum debemus colere Idola, & non Deum, quamquam eueniret Iordanis diuisio, non erat intelligendum, quod Idola, vtcumque colenda forent, & hæc satis stant, quia primum propheta potuit cognuscere à Deo, secundum vero confingere potuit ex animo suo, quia eo quod aliquis est propheta non sequitur quod sit factus nunquam peccans, nam contrarium patet de Balaam qui prędicebat ea, q̄ Deus iubebat, & tamen habebat intentionem faciendi contra ea, quæ Deus ei mandabat, vt patet Num. 22. 23. 24. prędicta patent Deut. 13. cum dicitur si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium se vidisse dicat, & prędixerit signum, atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, eamus, & sequamur Deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis, non audies verba prophetę illius. Ecce, enim Deus dixit: ista posse stare, scilicet quod propheta prædicat verum signum futurum, & postea adiungat falsa alia, quę futura non sunt, vel quę fieri non oportet. vide plura si placet. super Iosue p. 1. cap. 3. quæst. 24. & quæst. 25. & qu. 26. & qu. 27 & quæst. 28.

Attendite a falsis Prophetis. Propheta malus est, qui ad malum incitat, & ista profetia est profetia impropriè dicta, quia omnis prophetia à spiritu sancto dictante fit,

vt pa-

vt patet 2. Petri. 1. sed quãdo ad malum incitat propheta, illa prophetia non est à Deo, vt communiter, potest tamen aliqua Prophetia esse à Deo ad aliquod bonum & ille qui suscipit eam ex malitia sua conuertit ad malũ vt Balaam qui a Deo reuelationes recipiebat, sed per eas contra voluntatem Dei facere nitebatur volendo maledicere Iudæis, vt patet Num. 22. & talis est malis ꝓpheta sic etiam de Caipha, qui à Spiritu Sancto locutus est. vt patet Ioan. 11. sed verba illa ad malum intellectũ retorsit, & Deus permittit istum deprauare verba sua. ad tentandum gentem illam, sicut hæreticos in Ecclesia permittit ad confirmandum sacram scripturam. & vt nos cautiores redderet, & multę veritates notę fierent, potest etiã aliqua prophetia esse à Deo mediate; ita qđ aliquis verus propheta audiret aliquid à Domino, deinde falsus propheta audiens à vero propheta antequam alijs notum fieret, publicaret, & tunc adiungeret, quod irent ad colendos Deos alienos. vide super Deut. ca. 13, quæstion. 2.

Attendite a falsis prophetis. Si aliquis dixerit aliquid, & ad confirmationem illius aliquod signum futurum, vel portentum prædixerit, & euenerit signum, vel portentum, & postea subiunxerit aliquod malum ex hoc malo, quod subiunxit, patet quod ille falsus propheta sit, quia v.g. impossibile est, quod Deus mandet nobis colere Deos alienos, cum ipse hoc maxime detestetur si autem factis, vel dictis bonum aliquod subiunxerit, quod legi congruat, credendum est bonum esse talem prophetam, & à Deo missum, & tanquam veritatem dicenti assentiendum est ei. potest aliquando contingere, quod propheta falsum dicat, & quod Deus miracula faciat ad petitionem illius prophetę, sed in hoc distinguendũ est, quia aut propheta dixit aliquod verum admiscẽdo falsitatem, aut puram falsitatem dicit, si secundum impossibile est Deum illam falsitatem per miraculum confirmare, non quia Deus impotens sit facere miraculum quandocunque voluerit, sed quia fidelis est, & veritas est, se ipsum negare non potest. 2. Tim. 2. si autem veritatem ad mixtam falsitati dixit distinguendum est, quia aut veritatem, & falsitatem simul dixit ante operationẽ signi, vel portenti, aut primo dicit veritatem puram, deinde operatur miraculum, & post coniungit falsitatem. si primo mõ impossibile est, qđ Deus ad cõfirmationẽ veri, & falsi coniunctorum mirabile operetur quia seipsum negaret, ac si purum falsum confirmaret si secundo mõ, vt v.g. si diceret aliquis ꝓpheta, qđ Deus iudicaturus esset in fine sæculi omnes homines, deinde miraculo comprobaret, post diceret, nunc ergo mandat vobis Deus, quod eatis ad colendum Idola, & hoc modo propheta falsum dicens miraculũ demonstrare potest &c, vide super Deut. cap. 13, q. 2, circa illud, nõ audies verba prophetæ illius.

Attendite á falsis Prophetis. Hoc signum dedit Deus Hebræis ad cognoscendum quis esset verus propheta, scilicet si diceret propheta aliquid se audiuisse à Deo, & in testimonium illius induceret miraculum aliquod, ille erat verus propheta, & iubebat Deus sibi credi: vide super 1. Reg. p. 1, cap. 12. quæst. 8. & quæst. 11. & 12. super Matth. p. 1. cap. 4. quæst. 12.

Attendite à falsis Prophetis. Ad esse Prophetam Domini nõ solum requiritur interdum verum dicere, sed etiam nunquam mentiri: alioquin, enim prophetæ Dei nihil amplius haberent à maleficis qui arte Dęmonum multa vera dicunt, sed interdum, errant, propheta autem Dei habet se circa veritatem inquirendam in comparatione ad maleficos, vel Astrologos, sicut se habet scientia demonstratiua ad opinionem, scientia, enim demonstratiua non solum verum dicit in plurimis, sed etiam impossibile est etiam in aliquo errare. opinio autem licet multoties verum dicat, errare potest, & interdum errat, ita autem propheta Dei, nam sicut scientia demonstratiua procedit ex principijs necessarijs, & quæ sunt simpliciter principia & ob hoc impossibile est eam errare, ita propheta Dei cognoscit veritatem per altissimã causam, & principium immutabile, scilicet per lumen propheticum diuinitus infusum, Malefici autem & Astrologi iudiciarij procedũt ex quibusdam principijs permutabilibus, ideo scientia eorum est vertibilis in contrarium vide super 1. Reg. p. 1. cap. 9. qu. 7.

Attendite a falsis prophetis. De falsis prophetis Baal, vide super secundum Paralip. cap. 18. q. 24. & q. 25. & q. 26. & super Matth. p. 6. cap. 22. q. 336. quomodo autem falsi prophetæ mandantur occidi. vide super secundum Paralip. cap. 18. quæst. 42 & 43.

Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Simulant, enim sanctitatem, quod grauissimum peccatum est. vide super Matth. p. 4. cap. 15. quæst. 33. in respon. ad tertium.

Intrinsecus autem sunt lupi. De hypocrisi vide sup. Matth. p. 4. cap. 15, q. 27. & q. 32. & sequentibus, vide etiam in tabula generali verbo hypocrisis.

Qui veniunt ad vos &c. Sicut Iudæi, & pharisæi Deum honorabant ore, sed non corde, honor, enim est exhibitio reuerentię, ista autem exhibitio reuerentiæ in cæremonijs exterioribus, consistit, ille ergo labijs honorat, qui loquendo magnalia de aliquo impendit ei reuerentiam, & quia Iudæi sola voce Deum magnificabant, dicuntur labijs honorare, & potest intelligi de toto populo Iudęorum ad Christũ, nam asserebant istum cultores se esse veri Dei, & tamen Christum qui verus Deus erat oderant sic dicit Remig. 5. Iudæorum namque populus labijs & ore Deo appropinquare, & honorare eum videbatur, quia vnius Dei cultum se habere gloriabatur, sed corde longe à Deo recessit, quia visis signis, & miraculis, nec Deitatem eius cognoscere, nec eum suscipere voluerunt etiam potest intelligi cum Christo quia Iudæi interdum laudabant eum, & tunc nitebantur eum decipere, vel potest accipi quod honor oris, sit omnis honor in exteriori cæremonia impensus. vide super Matth. p. 4. c. 15. q. 30. sic ergo falsi prophetæ fingunt sanctitatem, vt postea decipiant.

Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Simulator aliorũ mala exaggerat, vt solus bonus videatur horum narrans intrinsece se collaudans, nam cum ista mordaciter increpuerit, innuit se horum nihil facere, sed vehementer habere exosa. vide super Leuitic. cap. 18. q. 9. fere in fine.

Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Sicut multi qui scripserunt Euangelium, qui sibi falsum nomen assumebant, s. singulorum Apostolorum, & hoc faciebant intẽtione fallendi Ecclesiam, s. vt putaret Ecclesia vera esse Euangelia, & susciperet illa, & sic cogeretur suscipere errores hæreticorum; ista autem est pessima deceptio quãdo quis sub specie religionis alium fallit, quia simulata sanctitas duplex est iniquitas, vt ait Hieronimus & dabant occasionem faciendi schismata, & procreandi hæreses in Ecclesia. vide super primum prologo. D. Hier. super Matth. p. 1. q. 7, qui autem simulant sanctitatem Deus odit eos. vide super Matth. parte. 4. cap. 19. quæstion. 153.

Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Idest qui ostendunt se simplices, & sine dolo habentes rectam doctrinam. dicit Chrisost. oues Christiani sunt, vestimentum autem ouium est species Christianitatis, & simulatæ Religionis aliqui intelligunt hanc literam de omnibus hypocritis, qui foris offendunt, q. non sunt, sed tamen Christus non loquitur de omnibus hypocritis, quia hypocrita, si nihil aliud est; nisi hypocrita sibi soli nocet, quia hypocrita quærit gloriam mundi, nam omnia opera sua agunt, vt videantur ab hominibus, & hoc eis nocet, quia perdunt vitam æternam alijs aũt nõ nocent, quia non quærunt ab eis hypocritæ nisi gloriam, nihil tamẽ nocet nobis, quod aliquos opinemur viros bonos qui non sunt, & tanquam bonis exibeamus eis honorem debitum virtuti, si nihil aliud sequatur, vnde Christus tunc non diceret, ab eis, ita cauendum cum magna attentione & daret signa ad cognoscendum eos. loquitur ergo de aliquibus qui noceri possunt, & intendunt, & isti sunt falsi prædicatores, nullum, enim maius nocumentum esse potest, quam veræ fidei corruptio, ideo cauendum ab eis, quia tamen isti non poterant hoc facere ostendendo se malos palam, oportet quod hypocrisi vtantur vide super Matth. parte. 3. cap. 7 post quæstion.

27. circa

27. circa illud. qui veniũt ad vos in vestimentis ouium.
Intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Idest habent interius desiderium destruendi, & peruertendi rectam fidem, ex hoc apparet, quod etiam non intelligitur de quocun que falso doctore, nec de quocunque hypocrita, quia hypocrita gloriam quærit, isti autem quærunt capere, & destruere, quia vera docent, & male viuunt, volentes eo cultare morum prauitatem. vide super Matth. p. 3. cap. 7. post quæst. 27. circa illud, intrinsecus autem.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Quia ipsi se simulant in vestimentis ouium, & videretur impossibile euitare eos quos non possemus cognoscere, dedit signum cognoscē di eos, sc. fructibus ipsorum, idest ab operibus, s. quia falsus doctor falsa docebit, & etiam qui in moribus hy pocrita est in fructibus suis cognoscitur quia interiora eorum quę non sunt talia sicut exteriora ostendent eos vide super Matth. p. 3. cap. 7. post quæst. 27. circa illud, a fructibus eorum sed quomodo cognosci possunt ex operibus, si non ostendunt se tales, quales sunt, sicut Christus præsupponit cum attipsos esse falsos prophetas, etiam quia dicitur, quod veniunt in vestimentis ouium. vide ibidem. quæst. 28. per totum.

Nunquid colligunt de spinis vuas. Probat quod necesse sit cognosci istos hypocritas ex operibus quia mali sunt, et ideo non possunt bona opera facere. vide super Matth. p. 3. cap. 7. post quęst. 27. circa illud, nunquid colligunt.

Aut de tribulis ficus. Tribulus genus cardi est, & dicitur à terendo, vel tribulando quia mēbra nostra cōfigit, & at terit, & de illis non nascuntur ficus, sed solum spinę. vide sup. Matth. p. 3. c. 7. post q. 27. circa illud, aut de tribu lis. Nō est autem mirum si Lucas ca. 6. dicit e contrario nec enim de spinis colligunt ficus, nec de rubo vindemiant vuam, nam est eadem sententia licet per diuersa verba proferatur nam quādo dicitur hic nunquid colligunt de spinis vuas, dicitur Lucę 6. nec de rubo vindemiat vuam, quia rubus, & spina idem sunt, est rubus arbuscula spinosa, spina autem est nomen generale ad omnem arborem habentem spinas, & sic Matth. posuit spinam, tanquam genus, accipiens tamen pro vna specie spinarum, s. pro rubo, & illum expressit Lucas, & cum dicitur hic nec de tribulis ficus, dicitur Lucę. 6. nec de spinis colligunt ficus, & verum est, quia etiam tribulus est arbuscula spinosa, & Matth. posuit hic nomen speciei dicens de tribulis, Luc. autem nomen generis dicens de spinis, quia tribulus spina est, vide ibidem, q. 30.

Sic omnis arbor bona bonos fructus facit. Scilicet homines qui vere boni sunt fructum bonum faciunt, idest operabuntur bona, si autem sint mali mala opera facient, & ex illis cognoscentur vide super Matth. p. 3. cap. 7. post q. 27. circa illud, sic omnis arbor bona bonos fructus.

Non potest arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala &c. Sicut boni se habent determinate ad faciendum bonum, ita male determinate ad faciendum malum, & nemo potest vsurpare vices alterius. vide super Matth. p. 3. cap. 7. post quæst. 27. circa illud, non potest arbor bo na &c, sed quomodo dicitur hic quod arbor bona non potest malos fructus facere R ndē quod si Christus loqueretur hic vere de arboribus planum esset, quia arbor non operatur per libertatem, sed per naturam, quæ determinat eam ad vnum. vnde si arbor bona est, necesse est, quod bonos fructus faciat, quia habet formam, & virtutem naturalem ad faciendum bonum fructum, & non malum sed loquitur Christus de hominibus, vt pa ret Lucę. 6. vbi ponitur ista eadem materia, & post illa verba subditur bonus homo, de bono thesauro cordis profert bonū, et malus hō de malo thesauro ꝓfert malū & tunc est dubium quomodo homo malus non possit bonum facere, & bonus non possit malum facere. vide Dominica prima post Pentecosten. super illud, non est arbor bona, quæ facit fructus malos.

Non potest arbor bona, &c. Sine gratia enim motrice cor humanum durum manet, ita vt sit quasi lapis, sicut. n. lapis quia durus est volentem formam leuiter imprimere non permittit, ita & qui obduratus est bonum recipere non potest quia taliter dispositus est. vide super Exod. p. 1. cap. 10. q. 1. circa illud, indurauit cor eius, & cap. 4. quæst. 12. & cap. 10. quæst. 6. circa illud, indurauit Dominus.

Non potest arbor bona &c. Vide plura, in tabula generali verbo, gratia.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. I. ois hō, qui non operatur bonū excidetur scilicet de præsenti vita, & mittetur in ignem, scilicet æternum, sic dicitur Matth. 3. iam securis ad radicē posita est, quod autem intelligatur de igne inferni apparet, quia dicitur ibi immediate in alia parabola, paleas autem comburet igni inextinguibili. I. æterno igne inferni. vide super Matth. p. 3. cap. 7. post q. 27. circa illud omnis arbor, quæ non facit, &c. si vis aliqua de igne inferni vide in tabula generali verbo ignis.

Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in Regnum cœlorum. Regnum cœlorum est vita æterna, & ista est finis propter quem obseruamus legem aufert autem Christus nobis fiduciam habendi vitam æternam per solam fidei confessionem, vel per sola bona verba, vt dicendo Domine Domine. vide super Matth. p. 3. cap. 7. post q. 30. circa illud, non omnis, qui dicit.

Non omnis qui dicit mihi Domine, Quomodo potest stare hoc, quia nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. 1. Cor. 12. qui tātum Spiritum sanctum habent, vitam æternam habent. Dicit August. li. de sermone Domini in monte, quod Apostolus accepit dicere ꝓ prie prout mente, & verbo aliquid dicitur, & tunc, qui dicit Dominus Iesus per Spiritum sanctum dicit, Christus autem accepit hic dicere large. i. dicere verbo, quan do in mente non sic tenetur iuxta illud, ad Titū primo, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant, & hoc dicere Deus non approbat, sed redarguit Matt. 15. & Isai. 29. populus iste labiis me honorat, cor aūt eorum longe est a me aliter potest dici & melius, quod nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto, qa etiam si quis hæreticus sit, vel pessimus omnium virorum, inquantum bonum aliquod facit à Deo mouetur. quia Christum vocare Dominum, est in se bonū quod dam nemo potest hoc dicere, nisi Deus moueat ipsum, & sic per Spiritum Sanctum dicit, & tamen non propter hoc oportet, quod sit bonus, quia non efficitur homo bonus nisi per gratiam Spiritus Sancti. potest tamē sine gratia moueri ad aliqua bona &c. vide sup. Matth. p. 3. cap. 7. q. 31.

Sed qui facit voluntatē patris, mei &c. Vide sup Matth. p. 3. cap. 7. post q. 3. circa illud, sed qui facit voluntatem.

DOMINICA OCTAVA
Post Pentecosten.

Lucæ. XVI.

HOmo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Diffamator est qui ex apparentibus malis bona dicta, & facta obnubilat, vt innocens condemnetur. vide sup. Leuit. c. 18. q. 9. in fine.

Hic diffamatus est apud illum. Diffamare dupliciter accipitur, vno modo, idest crimen falsum alicui publice apponere, alio modo verum crimen, vel defectum, aut ignominiam alicuius declarare, primo modo diffamare semper est peccatum grauissimum, tum quia falsa dicuntur & perniciosę, tum quia ista redundant in magnum præ iudicium eius, qui infamatur secundo modo infamare contingit dupliciter, quia aut habet quis causam legitimam dicendi, aut non, si primo modo infamare non est peccatum: quia non est proprie infamare, sed infamatū, aut se infamantem ostendere, & hoc est quando quis in prosecutione iuris sui proprij publicat crimina alterius, vt pote opponendo ea per viam exceptionis, vt repellat eum ab agendo, vel testificando, vel ab aliquo honore consequendo in quo ān bo sunt competentes, & non potest aliter causam suam sufficienter prosequi, vel saltem non tam conuenienter, sicut objiciendo illa crimina, ita etiam

etiam quando quis in persecutione iuris sui directo accusat alterum de crimine, quantumcunque & qualecũque illud sit, nam in hoc nulla iniuria fit accusato, vel ei, cui obiciuntur crimina per viã exceptionis, quia nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo. Sic etiam est, quando qs cogitur a iure dicere crimina alterius sicut est de monitio ne fraterna, cuius tenorem obseruando possunt crimina alicuius multis publicari si ipse non vult per primã admonitionem cessare, Matth. 18. si autem accipiatur secũdo modo. s. quando quis sine persecutione iuris sui, aut coactione facta a iure, vel a iudice manifestat peccata alterius, quæ occulta erant, dicitur eum proprie infamare, & peccat licet illa peccata vera sint, quæ dixit. vide sup. Matth. p. 1. cap. 1. q. 26.

Hic diffamatus est. Diffamare aliquem valde malũ est, quia in cõicatione politica nihil magis valet homini, q̃ nomẽ bonum, aut malum, quod habet. si enim aliquis in politica bonæ opinionis sit, apud omnes tenebitur in magna reputatione, & dabitur ei magnus honor, si autem malæ opinionis habeatur apud omnes vilipendetur. atq; vt nihil reputabitur nec dabitur ei aliquis honor publicus, & erit quasi non esset in cõicatione aliorum hominũ, & huic melius foret mori, aut communicationem politicã deserere, quam sic opprobriosam vitam ducere, valde et go offendit, qui alterum in fama cædit. vide sup. Exod. p. 1. cap. 20. q. 25. in princ. vide etiam sup. Matth. pa. 5. cap. 18. q. 100. in medio.

Hic diffamatus est. Magis infamatur proximus viua voce, q̃ per libellos infamatorios, nam quando ponuntur libelli infamatorii, & non constat de persona, quæ posuit libellum, non tanta infamia sequitur sicut si aliquis illa eodẽ ore proferret cum enim non constet de auctore, non datur fides: quia fuit factus libellus ab aliquo leuissimo viro, cui nulla fides attribuenda est, & dato, quod ille esset persona, cui deberetur fides, quia infamauit sic nõ expresso nomine, suspectum se reddidit quia cum ex odio processisset, ideo nulla fides et circa talia merito adhibenda est, cũ autem aliquis proprio ore alium infamat, magis habet radicem, vt ei credatur, quia audet illud dicere, quod non videtur, nisi verum esset. vide sup. Exod. p. 1. ca. 20. q. 35. circa illud, non loqueris contra proximum.

Quasi dissipasset bona ipsius. Substantia Domini dissipatur dupliciter vnomodo percutiendo seruos, quia sic illi fugiunt, & perdit Dominus possessionem suam, nã seruus possessio Domini est 5. Ethic. aut turbatur pax domestica, & sic pereunt multa opera, quæ à quiete impenderentur, alio modo dissipatur substantia Domini illam consumendo sine causa, & hoc est cum seruus inebriatur, & crapulatur de illa, vide super. Matth. parte. 5. cap. 24. quæstione 275.

Quid hoc audio de te. Interrogat vt patientiam seruet, nam Dominus, & prælati præcipue debent patienter se habere ad subditos, vt sint tanquam speculum. 1. Petri. 5. non dominantes in clero, sed forma facti gregis, ex animo, & licet interdum subditos puniant magis ibi mansuetudo, quam ira appareat. vide sup. Matth. p. 3. c. 10. q. 93. in medio.

Quid hoc audio de te? Debet fideliter, & prudenter prælatus facta subditorum, inquirere. hęc enim duo. s. fidelitas, & prudentia debent in prælato reperiri quod tamen rarũ est, & ideo Christus dixit: quis putas est fidelis seruus, & prudens quasi dicat rarus est de hoc dicit Origenes sup. Matth. quicunq; in fide proficit, & si nondum in ea perfectus est, fidelis vocatur, & qui naturalem habet mẽtis velocitatem, dicitur prudens. vide super. Matth. p. 6. cap. 24. quæst. 265.

Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ, iã non poteris villicare. Interrogat & minatur quia officium prælatorũ est non solum docere, sed etiam corrigere subditos, sed quantum ad primum potest aliquando desistere propter scandalum, vt non doceat, simpliciter autẽ a doctrina cessare nõ licet propter aliquod scandalum quãtũ ad secundũ quod est corrigere, dicẽdũ, quod ad tempus licet cessare a correctione quorundam, qui non possent sine magno scandalo corrigi, vel puniri. vide sup. Matt. p. 4. cap. 15. q. 46. ante finem.

Quid hoc audio de te? redde rationem. Ad Prælatos duplici iure corrigere pertinet, fraternaliter, & iudicialiter, fraternaliter & ideo interrogat, iudicialiter, & ideo ait redde rationem iam non poteris villicare. vide super Matth. p. 5. cap. 18. quæst. 88. in medio.

Redde rationem villicationis tuæ. In die iudicii non solum reddituri sumus rationem de mortali, sed etiam de veniali, nam de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines super terram reddent rationem in die iudicii. verba tamen otiosa secundum se non sunt mortalia, nisi aliquando per accidens efficiantur mortalia. Vide super Num. parte secunda cap. vigesimo, quæstione decimaquarta.

Quid faciam, quia Dominus meus aufert a me villicationem. corrigere peccatum inquantum est aliorum nociuum est actus iustitiæ. vide super Matth. parte quinta, cap. decimooctauo quæstione 80. ante responsionem argumentorum.

Dominus meus aufert à me villicationem. Vnusquisque enim pro peccato suo proprio punitur, & non vnus pro alio, nam quantum ad pœnam, quæ debita est pro peccato personali, quod est priuati hominis non recipit vnus homo pœnam pro alio, sed quilibet pro se; vnde neque pro peccato personali patris punitur filius, aut econtrario; ita etiam pro peccato populi non punitur nisi ipse populus, & ipse idem non alius, quia autem hic peccauerat dissipando bona Domini sui, merito ipse punitur. vide super Matth. parte sexta, cap. vigesimotertio quæst. 259. in medio.

Dominus meus aufert a me villicationem. Cuilibet peccato correspondet. (etiam veniali) sua acerbitas, & diuturnitas; vnde aliqui sunt, qui in purgatorio longo tẽpore manent, & quamdiu ibi sunt semper grauem pœnam habẽt alii autem sunt, qui pauco tempore manent, & leuem ꝑ tunc cruciatum sustinent, & hoc vel quia hic in paucis peccauerunt, vel quia aliquam partem satisfactionis exegerunt, sic, vt in purgatoriis pœnis eluendum parum restet. vide super Matth. parte 7. cap. 25. 731. in fine. & quæstione. 461. ad secundum.

Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem. Ait S. Thom. p. 2. quæst. 87. artic. 1. in corpore. quod per peccatum fit homo reus triplicis pęnę. secundum quod homo pręuaricatur tres ordines quib. subiicitur est vnus ordo rõnis alius, ordo œconomicus, vel politicus, qui est humanæ cõicationis, alius est ordo vniuersalis diuini regiminis pro primo est quędã peccati pœna, quæ à se ipso. s. conscientiæ remorsus, de qua inquit August. in lib. cõfessionum, iussisti Domine, & sic est, quod pœna sit sibi omnis inordinatus animus; ista pęna sequitur immediate post peccatũ in quibusdam hominibus, in aliis autem nunquam est, sicut in illis, qui venerunt in profundum malorum, qui cum male fecerint gloriantur habebũt autem in inferno istum remorsum pro pœna. Sap. 5. & Isai. vltimo vermis eorum non morietur, & loquitur de verme consciæ, quem remorsum appellamus. vide sup. prima parte defensorii. cap. 5. ibi. de pęna autem, & omnia poteris applicare.

Dominus meus aufert à me villicationem, fodere non valeo. Idest subtrahit mihi gratiam suam Deus, quia Dei gratia non stat cum peccato mortali, vnde sicut homo voluntarie peccauit, ita voluntarie gratiam repulit, cum ipsum peccatum sit causa expulsionis gratiæ, natura, aut origine licet vtrumque sit simul tempore nec est dicendum, q̃d Deus tollat a nobis gratiam antequam peccemus: quia tunc nos nihil mali mereremur quæcunque agentes, q̃a nullus sine gratia bene quicquam agere potest. vt patet, Ioan. 15. sine me nihil potestis facere, sed hoc est falsum, quia tunc Deus mandaret nobis impossibile, quod irrationabile valde est, & puniret nos iniustissime, quæ omnia sunt absurda. manet ergo gratiam perdi ex peccato mortali. Cum autem aliquis per mortale peccatum a recto, & bono decidit, nisi Deus eum iterum per gratiam mouentem ad statum boni relictum, inuitet manebit durus quasi lapis ita vt quantacunque persuasoria verba ab extra dicantur, aut quantalibet ingruant flagentia mala, mori quidem poterit, conuerti tamen minime. Cum ergo aliquis ad tantam venit malitiam, vel toties frequentatam, quanta Dei iudicio digna, & magis

27. circa illud. qui veniūt ad vos in vestimentis ouium.

Intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Idest habent interius desiderium destruendi, & peruertendi rectam fidem, ex hoc apparet, quod etiam non intelligitur de quocunque falso doctore, nec de quocunque hypocrita, quia hypocrita gloriam quærit, isti autem quærunt capere, & destruere, quia vera docent, & male viuunt, volentes occultare morum prauitatem. vide super Matth. p. 3. cap. 7. post quæst. 27. circa illud; intrinsecus autem.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Quia ipsi se simulant in vestimentis ouium, & videretur impossibile euitare eos quos non possemus cognoscere, dedit signum cognoscē di eos, s. à fructibus ipsorum, idest ab operibus, s. quia falsus doctor falsa docebit, & etiam qui in moribus hypocrita est in fructibus suis cognoscitur quia interiora eorum quę non sunt talia sicut exteriora ostendent eos vide super Matth. p. 3. cap. 7. post quæst. 27. circa illud, a fructibus eorum sed quomodo cognosci possunt ex operibus, si non ostendunt se tales, quales sunt, sicut Christus pręsupponit cum ait: ipsos esse falsos prophetas, etiam quia dicitur, quod venient in vestimentis ouium. vide ibidem. quæst. 28. per totum.

Nunquid colligunt de spinis vuas. Probat quod necesse sit cognosci istos hypocritas ex operibus quia mali sunt, et ideo non possunt bona opera facere. vide super Matth. p. 3. cap. 7. post quæst. 27. circa illud, nunquid colligunt.

Aut de tribulis ficus. Tribulus genus cardi est, & dicitur à terendo, vel tribulando quia mēbra nostra cōfigit, & atterit, & de illis non nascuntur ficus, sed solum spinę. vide sup. Matth. p. 3. c. 7. post q. 27. circa illud, aut de tribulis. Nō est autem mirum si Lucas ca. 6. dicit e contrario nec enim de spinis colligunt ficus, nec de rubo vindemiant vuam, nam est eadem sententia licet per diuersa verba prolatas nam quādo dicitur hic nunquid colligunt de spinis vuas, dicitur Lucę 6. nec de rubo vindemiant vuam, quia rubus, & spina idem sunt, est rubus arbuscula spinosa, spina autem est nomen generale ad omnem arborem habentem spinas, & sic Matth. posuit spinam, tanquam genus, accipiens tamen pro vna specie spinarum, s. pro rubo, & illum expressit Lucas, & cum dicitur hic nec de tribulis ficus, dicitur Lucę. 6. nec de spinis colligunt ficus, & verum est, quia etiam tribulus est arbuscula spinosa, & Matth. posuit hic nomen speciei dicens de tribulis, Luc. autem nomen generis dicens de spinis, quia tribulus spina est, vide ibidem. qu. 30.

Sic omnis arbor bona bonos fructus facit. Scilicet homines qui vere boni sunt fructum bonum facient, idest operabuntur bona, si autem sint mali mala opera facient, & ex illis cognoscentur vide super Matth. p. 3. cap. 7. post q. 27. circa illud, sic omnis arbor bona bonos fructus.

Non potest arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala &c. Sicut boni se habent determinate ad faciendum bonum, ita male determinate ad faciendum malum, & nemo potest vsurpare vices alterius. vide super Matth. p. 3. cap. 7. post quæst. 27. circa illud; non potest arbor bona &c, sed quomodo dicitur hic quod arbor bona non potest malos fructus facere. R̄ndet quod si Christus loqueretur hic vere de arboribus planum esset, quia arbor non operatur per libertatem. sed per naturam, quæ determinat eam ad vnum. vnde si arbor bona est, necesse est, quod bonos fructus faciat, quia habet formam, & virtutem naturalem ad faciendum bonum fructum, & non malum sed loquitur Christus de hominibus, vt patet Lucę. 6. vbi ponitur ista eadem materia, & post illa verba subditur bonus homo, de bono thesauro cordis profert bonū, et malus hō de malo thesauro ꝓfert malū & tunc est dubium quomodo homo malus non possit bonum facere, & bonus, non possit malum facere. vide Dominica prima post Pentecosten. super illud, non est arbor bona, quæ facit fructus malos.

Non potest arbor bona, &c. Sine gratia enim motrice cor humanum durum manet, ita vt sit quasi lapis, sicut. n. lapis quia durus est volentem formam leuiter imprimere non permittit, ita & qui obduratus est bonum recipere non potest quia taliter dispositus est. vide super Exod. p. 1. cap. 10. q. 1. circa illud, indurauit cor eius, & cap. 4. quæst. 12. & cap. 10. quæst. 6. circa illud, indurauit Dominus.

Non potest arbor bona &c. Vide plura, in tabula generali verbo, gratia.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. I. ois hō, qui non operatur bonū excidetur scilicet de præsenti vita, & mittetur in ignem, scilicet æternum, sic dicitur Matth. 3. iam securis ad radicē posita est. quod autem intelligatur de igne inferni apparet, quia dicitur ibi immediate in alia parabola, paleas autem comburet igni inextinguibili. i. æterno igne inferni. vide super Matth. p. 3. cap. 7. post q. 27. circa illud omnis arbor, quæ non facit, &c. si vis aliqua de igne inferni. vide in tabula generali verbo ignis.

Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in Regnum cælorum. Regnum cœlorum est vita æterna, & illa est finis propter quem obseruamus legem aufert autem Christus nobis fiduciam habendi vitam æternam per solam fidei confessionem, vel per sola bona verba, vt dicendo Domine Domine. vide super Matth. p. 3. cap. 7. post q. 30. circa illud, non omnis, qui dicit.

Non omnis qui dicit mihi Domine, Quomodo potest stare hoc, quia nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. 1. Cor. 12. qui tātum Spiritum sanctum habent, vitam æternam habent. Dicit August. li. de sermone Domini in monte, quod Apostolus accepit dicere ꝓprie prout mente, & verbo aliquid dicitur, & tunc, qui dicit Dominus Iesus per Spiritum sanctum dicit, Christus autem accepit hic dicere large. i. dicere verbo, quando in mente non sic tenetur iuxta illud, ad Titū primo, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant, & hoc dicere Deus non approbat, sed redarguit Matt. 15. & Isai. 29. populus iste labiis me honorat, cor aūt eorum longe est a me aliter potest dici & melius, quod nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto, quia etiam si quis hæreticus sit, vel pessimus omnium virorum, inquantum bonum aliquod facit à Deo mouetur. quia Christum vocare Dominum, est in se bonū quoddam nemo potest hoc dicere, nisi Deus moueat ipsum, & sic per Spiritum Sanctum dicit, & tamen non propter hoc oportet, quod sit bonus, quia non efficitur homo bonus nisi per gratiam Spiritus Sancti. potest tamē sine gratia moueri ad aliqua bona &c. vide sup. Matth. p. 3. cap. 7. q. 31.

Sed qui facit voluntatē patris, mei &c. Vide sup Matth. p. 3. cap. 7. post q. 3, circa illud, sed qui facit voluntatem.

DOMINICA OCTAVA
Post Pentecosten.

Lucæ: XVI.

HOmo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Diffamator est qui ex apparentibus malis bona dicta, & facta obnubilat, vt innocens condemnetur. vide sup. Leuit. c. 18. q. 9. in fine.

Hic diffamatus est apud illum. Diffamare dupliciter accipitur, vno modo, idest crimen falsum alicui publice apponere, alio modo verum crimen, vel deffertum, aut ignominiam alicuius declarare, primo modo diffamare semper est peccatum grauissimum, tum quia falsa dicuntur & perniciose: tum quia ista redundant in magnum præiudicium eius, qui infamatur secundo modo infamare contingit dupliciter, quia aut habet quis causam legitimam dicendi, aut non, si primo modo infamare non est peccatum: quia non est proprie infamare, sed infamatū, aut se infamantem ostendere, & hoc est quando quis in prosecutione iuris sui proprij publicat crimina alterius, vt pote opponendo ea per viam exceptionis, vt repellat eum ab agendo, vel testificando, vel ab aliquo honore consequendo in quo ambo sunt competentes, & non potest aliter causam suam sufficienter prosequi, vel saltem non tam conuenienter, sicut objiciendo illa crimina, ita

etiam

etiam quando quis in persecutione iuris sui directe accusat alterum de crimine, quantumcunque & qualecunque illud sit, nam in hoc nulla iniuria fit accusato, vel ei, cui obiciuntur crimina per viã exceptionis, quia nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo. Sic etiam est, quando quis cogitur a iure dicere crimina alterius sicut est de monitione fraterna, cuius tenorem obseruando possunt crimina alicuius multis publicari si ipse non volt per primã admonitionem cessare, Matth. 18. si autem accipiatur secũdu modo .s. quando quis sine persecutione iuris sui, aut coactione facta a iure, vel a iudice manifestat peccata alterius, quæ occulta erant, dicitur eum proprie infamare, & peccat licet illa peccata vera sint, quæ dixit. vide sup. Matth. p. 1. cap. 1. q. 26.

Hic diffamatus est. Diffamare aliquem valde malũ est, quia in cõuiuatione politica nihil magis valet homini, q̃ nomẽ bonum, aut malum, quod habet. si enim aliquis in politica bonæ opinionis sit, apud omnes tenebitur in magna reputatione, & dabitur ei magnus honor, si autem malæ opinionis habeatur apud omnes vilipendetur. atq; vt nihil reputabitur nec dabitur ei aliquis honor publicus, & erit quasi non esset in cõuicatione aliorum hominũ, & huic melius foret mori, aut communicationem politicã deserere, quam sic opprobriorem vitam ducere, valde ergo offendit, qui alterum in fama cædit. vide sup. Exod. p. 1. cap. 20. q. 25. in princ. vide etiam sup. Matth. pa. 5. cap. 18. q. 100. in medio.

Hic diffamatus est. Magis infamatur proximus viua voce, q̃ per libellos infamatorios, nam quando ponuntur libelli infamatorii, & non constat de persona, quæ posuit libellum, non tanta infamia sequitur sicut si aliquis illa codẽ ore proferret cum enim non constet de auctore, non datur fides: quia fuit factus libellus ab aliquo leuissimo viro, cui nulla fides attribuenda est, & dato, quod ille esset persona, cui deberetur fides, quia infamauit sic nõ expresso nomine, suspectum se reddidit quia cum ex odio processisset, ideo nulla fides ei circa talia merito adhibenda est, cũ autem aliquis proprio ore alium infamat, magis habet radicem, vt ei credatur, quia audet illud dicere, quod non videtur, nisi verum esset. vide sup. Exod. p. 1. ca. 20. q. 35. circa illud, non loqueris contra proximum.

Quasi dissipasset bona ipsius. Substantia Domini dissipatur dupliciter vnomodo percutiendo seruos, quia sic illi fugiunt, & perdit Dominus possessionem suam, nã seruus possessio Domini est 5. Ethic. aut turbatur pax domestica, & sic pereunt multa opera, quæ à quiete impenderentur, alio modo dissipatur substantia Domini illam consumendo sine causa, & hoc est cum seruus inebriatur, & crapulatur de illa, vide super. Matth. parte. 5. cap. 24. quæstione 275.

Quid hoc audio de te. Interrogat vt patientiam seruet, nam Dominus, & prælati præcipue debent patienter se habere ad subditos, vt sint tanquam speculum. 1. Petri. 5. non dominantes in clero, sed forma facti gregis, ex animo, & licet interdum subditos puniant magis ibi mansuetudo, quam ira appareat. vide sup. Matth. p. 3. c. 10. q. 93. in medio.

Quid hoc audio de te? Debet fideliter, & prudenter prælatus facta subditorum, inquirere. hæc enim duo. s. fidelitas, & prudentia debent in prælato reperiri quod tamen rarũ est, & ideo Christus dixit quis putas est fidelis seruus, & prudens quasi dicat rarus est de hoc dicit Origenes sup. Matth. quicunq; in fide proficit, & si nondum in ea perfectus est, fidelis vocatur, & qui naturalem habet mẽtis velocitatem, dicitur prudens. vide super. Matth. p. 6. cap. 24. quæst. 265.

Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ, iã non poteris villicare. Interrogat & minatur quia officium prælatorũ est non solum docere, sed etiam corrigere subditos, sed quantum ad primum potest aliquando desistere propter scandalum, vt non doceat, simpliciter autẽ a doctrina cessare nõ licet propter aliquod scandalum quãtũ ad secundũ quod est corrigere, dicẽdũ, quod ad tempus licet cessare a correctione quorundam, qui non possent sine magno scandalo corrigi, vel puniri. vide sup. Matt. p. 4. cap. 15. q. 46. ante finem.

Quid hoc audio de te? redde rationem. Ad Prælatos duplici iure corrigere pertinet, fraternaliter, & iudicialiter, fraternaliter & ideo interrogat, iudicialiter, & ideo ait redde rationem iam non poteris villicare. vide super Matth. p. 5. cap. 18. quæst. 88. in medio.

Redde rationem villicationis tuæ. In die iudicii non solum reddituri sumus rationem de mortali, sed etiam de veniali, nam de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines super terram reddent rationem in die iudicii. is verba tamen otiosa secundum se non sunt mortalia, nisi aliquando per accidens efficiantur mortalia. Vide super Num. parte secunda cap. vigesimo, quæstione decimaquarta.

Quid faciam, quia Dominus meus aufert a me villicationem. corrigere peccatum inquantum est aliorum nociuum est actus iustitiæ. vide super Matth. parte quinta, cap. decimooctauo quæstione 80. ante responsionem argumentorum.

Dominus meus aufert à me villicationem. Vnusquisque enim pro peccato suo proprio punitur, & non vnus pro alio, nam quantum ad pœnam, quæ debita est pro peccato personali, quod est priuati hominis non recipit vnus homo pœnam pro alio, sed quilibet pro se; vnde neque pro peccato personali patris punitur filius, aut econtrario; ita etiam pro peccato populi non punitur nisi ipse populus, & ipse idem non alius, quia autem hic peccauerat dissipando bona Domini sui, merito ipse punitur. vide super Matth. parte sexta, cap. vigesimotertio quæst. 259. in medio.

Dominus meus aufert a me villicationem. Cuilibet peccato correspondet. (etiam veniali) sua acerbitas, & diuturnitas; vnde aliqui sunt, qui in purgatorio longo tẽpore manent, & quamdiu ibi sunt semper grauem pœnam habẽt alii autem sunt, qui pauco tempore manent, & leuem ꝑ tunc cruciatum sustinent, & hoc vel quia hic in paucis peccauerunt, vel quia aliquam partem satisfactionis exegerunt, sic, vt in purgatoriis pœnis eluendum parum restet. vide super Matth. parte 7. cap. 25. 731. in fine. & quæstione. 461. ad secundum.

Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem. Ait S. Thom. p. 2. quæst. 87. artic. 1. in corpore. quod per peccatum fit homo reus triplicis pęnę. secundum quod homo præuaricatur tres ordines quib. subiicitur est vnus ordo rõnis alius, ordo œconomicus, vel politicus, qui est humanæ cõicationis, alius est ordo vniuersalis diuini regiminis pro primo est quędã peccati pœna, quæ à se ipso, .i. conscientiæ remorsus, de qua inquit August. in lib. cõfessionum, iussisti Domine, & sic est, quod pœna sit sibi omnis inordinatus animus; ista pęna sequitur immediate post peccatũ in quibusdam hominibus, in aliis autem nunquam est, sicut in illis, qui venerunt in profundum malorum, qui cum male fecerint gloriantur habebũt autem in inferno istum remorsum pro pœna. Sap. 5. & Isai. vltimo vermis eorum non morietur, & loquitur de verme consciẽ, quem remorsum appellamus. vide sup. prima parte defensorii. cap. 5. ibi. de pęna autem, & omnia poteris applicare.

Dominus meus aufert à me villicationem, fodere non valeo. Idest subtrahit mihi gratiam suam Deus, quia Dei gratia non stat cum peccato mortali, vnde sicut homo voluntarie peccauit, ita voluntarie gratiam repulit, cum ipsum peccatum sit causa expulsionis gratiæ, natura, aut origine licet vtrumque sit simul tempore nec est dicendum, qđ Deus tollat a nobis gratiam antequam peccemus: quia tunc nos nihil mali mereremur quæcunque agentes, q̃a nullus sine gratia bene quicquam agere potest. vt patet, Ioan. 15. sine me nihil potestis facere, sed hoc est falsum, quia tunc Deus mandaret nobis impossibile, quod irrationabile valde est, & puniret nos iniustissime, quæ omnia sunt absurda. manet ergo gratiam perdi ex peccato mortali. Cum autem aliquis per mortale peccatum a recto, & bono decidit, nisi Deus eum iterum per gratiam mouentem ad statum boni relictum, inuitet manebit durus quasi lapis ita vt quantacunque persuasoria verba ab extra dicantur, aut quantalibet ingruant affligentia mala, moti quidem poterit, conuerti tamen minime. Cum ergo aliquis ad tantam venit malitiam, vel toties frequentatam, quanta Dei iudicio digna, & magis

quam digna videtur ad perditionem, vel Deus eũ nõ mo uet, vel debiliter mouet, ita quod ad bonum ille nunquã flectetur & quia peccato cuilibet pęna debetur, & secundum grauitatem peccatorũ, ita debet esse mensura dolorũ, vt patet Deut. 25. iuxta mensuram delicti erit plagarum modus, & cum malũ pęnę sic se habeat, quod secũdum speciem minus quolibet malo culpæ etiã, sic, quod cũ alj quis peccauerit modicũ merebitur pęnã, q̃ est dolor aliquis, cum aũt magis peccauerit, magis dolere merebitur & in tñ deuenjet ista deordinatio, vt aliqs tñ, vt toties peccet, vt iam nulla pęna, quę sit dolor ei sufficiens sit, da tur ergo ei pęna, quæ nec inflictio doloris, sed mitior oĩ dolore, nec est culpa, vel peccatum, sed minor peccato, est tamẽ occasio ad peccandũ, vel ad nõ resurgendũ a malo, & quando illa pęna alicui in fligitur idem est, ac si actua liter in infernum demergatur. vide. sup. Exod. p. 1. cap. 4. q. 12. nõ appositio aũt, siue subtractio gratiæ est maxima pęnarum, quas Deus in hoc seculo tribuit, vide sup. Exo. p. 1. cap. 9. q. 7. in principio.

Mendicare erubesco. Quia credebat se debere mẽdicare, eo quia Dominus auferebat villicationẽ? nã ex mãdato Dei apud hebræos nõ erant mendici, & pauperes oino Deut. 15. omnino indigens, & mendicus non erit inter vos. i. facite vt nullus inter vos sit omnino pauper, ita quod coga tur mendicare, sed vos date illi vt non mendicet, vide super Exod. p. 1. cap. 12. post q. 5. circa illnd; sin autem minor est numerus. Christus tamen ait, cum diceretur poterat vnguentum istud dari pauperibus, nam pauperes semper habebitis vobiscum, &c.

Conuocatis singulis debitoribus Domini sui. Et si potius debitor creditorem adire debebat, nam quando est aliquod debitum quod est debitum certæ personæ, & certo mõ, siue sit temporale, siue spirituale, tenetur debitor quærere creditorem, siue eum cuius est debitor, vt soluat: & de hoc debet habere solicitudinem. de temporali debito, vt in debitore cui pecunia credita est, patet, nam si tempus statutum fuerit ad soluendum non expectat debitor creditorem, vt pecuniam petat, sed ipse diligenter illum inquirit, quia dies statuta interpellat pro homine, de spirituali etiam debito patet, vt si cui incumbat spiritualis cura alicuius personæ, vel personarum determinatarum, vt erudiat illas in fide, & moribus, vel corrigat de peccatis, non debet expectare, quod illæ petant correctionem, vel eruditionem istam, sed ipse tenetur eas quærere, ad impendendum debitum officii sui, etiam si ipsæ se subtraherent, correctionem subterfugiendo. vide sup. Matt. p. 5. cap. 18. q. 95. ad secundum.

Aufert à me villicationem. Dissipando bona Domini sui, priuabat ipsum Dominum suis bonis, & iõ merito Dominus priuat seruum villicatione. i. bonis quibus gaudebat dum villicationem haberet sic etiam Deus priuat nos bonis illis, quibus nos priuamus eum. s. si nos priuamus eũ sapientia, ipse etiam priuat nos sapientia, & si nos priuamus eum potestate circa aliquam rem, ipse quoq; priuat nos potestate in eadem. de sapiẽtia patet, quia Gẽtiles antiqui dixerunt Deum non cognoscere facta humana nec regulare illa, iõ Deus tradidit eis defectum sapientiæ, & sic patet ad Rom. p. 5. & sicut non probauerũt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobũ sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt. de potentia patet, quia Syri dixerunt, qd Deus Israel non erat Deus vallium, sed mõtium; ideo quod non posset adiuuare cultores suos in vallibus, & ob hoc Deus abstulit Syris potestatem resistendi scilicet quod quamquam multo plures essent, quam Hebræi, & possent destruere illos, Deus fecit, quod fugerent à facie illorum, & non auderent resistere eis. vide sup. 4. Reg. cap. 7. q. 10.

Aufert a me villicationem. Propter peccata Deus priuat homines suis dignitatibus sic patet de Saule 4. Reg. 15. qui erat minimus in toto populo, Deus fecerat eum regem, & non solum erat minimus secundum rem, sed etiã minimum ipse se iudicabat, cum cap. 9. dixerat ad Samuelẽ nunquid non filius Gemini ego sum de minima Tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter filios Beniamin, & tamen peccauit ingratus vnde Deus eum eiecit de Regno, nam statim post peccatum, abiecit Deus Saulem, ita vt de facto priuaretur Regno nam post iniq tatem iussit Deus Samueli, quod ungeret Dauid in Regem, vt vnxit vt patet c. 16. & per unctionẽ tradebatur titulus regni, & quia duo non possunt in solidum determinate habere ius eiusdem rei sequitur quod statim post peccatũ Saul priuatus fuit Regno, quantum ad ius regnandi, non tamen dico fuit immediate de facto spoliatus ipso regno, quia semper possedit Regnum dum vixit. vide super 4. Reg. c. 15. q. 27. fuit tamen etiam de facto priuatus Regno immediate quantum ad filios, quia quando Deus instituit Saulem Regem, non solum instituebat, vt ipse solus regnaret, sed etiam vt tota posteritas eius post eum, vt patet c. 13. cum dixit Samuel ad Saulem, stulte egisti, nec custodisti mandata Domini, quod si non fecisses, iam nũc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum Regnum autem non poterat esse æternũ, nisi per successionem filiorum fuit tamen priuatus de facto, quia nemo de posteris Saulis regnauit, nisi Isboseth. & iste etiam pauco tempore & infeliciter, & ad extremũ à seruis fuit occisus vide ibid. q. 26.

Quantum debes Domino meo? & c. accipe cautionem tuam, & scribe quinquaginta. Sacerdos potest quidem dispẽsare cum pœnitente, non tamen põt agere omnino ad arbitrium suum, sed tenetur sequi regulam aliquam sic dicit Greg. & habetur de pœnitẽtia, dist. 5. c. falsas. f. falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem sanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur sed est considerandum, quod actus clauium est soluere, & ligare, esset autem libertas Sacerdotum in vsu clauiũ, si tantum soluerent, & ligarent, quantum vellent, actus tamen clauis se extendit ad culpam, & ad pœnam, de culpa clarum est, quod vllo mõ est in arbitrio Sacerdotis q̃tum soluat, & liget. nam culpa, i. macula, vel tenebra, aut reatus mortis æternę, aut offensa Dei, aut totaliter manẽt aut totaliter tolluntur manere autem ex parte est impossibile, iõ vel totaliter absoluetur peccator ab his, vel totaliter manebit ligatus, & ita non erit libertas clauis circa culpam, sed determinatus modus agendi. de pœna aũt dicendum, quod duplex pęna considerari potest pro peccato postquam remissum est peccatum per contritionem, vna est quę taxatur q̃tum ad diuinam iustitiã pro quolibet peccato, de qua nos nescimus, nec scire possumus q̃ta sit, cum variari infinitis modis per magnum, & paruum, alia est quam Sacerdos imponit pœnitenti, & hæc est determinata, de prima dicendum quod Sacerdos soluit, & ligat circa illam, & tamen non est in arbitrio eius quantum soluat, vel liget, primum patet quia Sacerdos soluit circa hanc pęnam, quia virtute clauium tollitur de pœna illa, quæ manebat secundum Dei taxationem deleto peccato per contritionem, etiam ligat circa hanc pœnam, i. ligatum ostendit, vel ligat. i. non absoluit, nam soluit a quadam parte pœnæ, & non à tota pœna (sicut homo Euãgelicus non remittebat oẽ debitum, sed aliquid de debito) & in illa pęna à qua non absoluit dr ligare, vel ligatum ostendere in illa. secundum est quod non est in potestate Sacerdotis quantum tollat de illa pęna, sed solum Sacerdos applicat vsum clauium ad cõtitentẽ, & ille proficiunt ei, quantũ prodesse possunt, vel quantũ Deus vult qđ psint. vide plura sup. Matt. p. 4. c. 16. q. 79.

Et scribe quinquaginta. Aliqui dicũt, quod sine sacerdos imponat magnam pœnitentiam, siue paruam liberatur peccator à tota pœna futuri sæculi, expleta pænitentia, quæ imponitur per Sacerdotem, & præsupponit gloſa, quod quãdo imponitur peccatori tota pęna imposita a iure p peccato, liberetur a tota pęna purgatorii, sed falsum est, quod pœna a iure imposita pro peccato æquiualeat pœnæ purgatorii, & tollat eam, nam Ecclesia nescit quanta est pęna quæ peccato debetur in purgatorio, nec est illa pęna vera pro omnibus peccatis, sed pro quolibet alia, & alia. similiter irrationabiliter dicitur ab aliquibus qđ potest dispensare Sacerdos circa pœnam futuram, quod ponendo scienter minorem pœnam, quam debeatur auferat totam pœnam futuram si fuit intentio sua dispensandi; nam tunc efficacia clauis penderet à voluntate Sacerdotis, quod tamen non est verum, quia clauis tantum prodest, quantum prodesse potest, vel quantum prodesse Deus vult, non tamen quantum vult quilibet sacerdos vtens claue, non est ergo in potestate Sacerdotis dispensare a pœna

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Dicunt aliqui quod mammona iniquitatis sunt diuitiæ inique acquisitæ, & quod de illis possumus facere nobis amicos (dando pauperibus eleemosinam) qui recipiant nos in æterna tabernacula, sed dicendum, quod aliquando pōt fieri, aliquando autem non quando enim aliquid illicite acquiritur aut transit dominium in acquirentem, aut non si non transit, nunquam potest fieri eleemosina, quia hō non habet administrationem illius rei, quæ non est sua, nec cōputatur in bonis suis, vt de pecunia acquisita furto. si autem transit dominium, aut cōpetit repetitio contra acquirentem, aut non si primū non potest fieri eleemosina, quia licet acquirens efficiatur Dominus per acquisitionem, quia tamen de iure competit contra eū repetitio, non potest iste illam alteri tradere, cum teneat restituere, vel dāti, vel alteri, vt patet de pecunia acquisita per symoniam, & per vsuram. si autem secundū potest fieri eleemosina, vt patet de pecunia acquisita a meretrice, cum autem dicitur de mammona iniquitatis nō est sensus, quod liceat nobis furari, vt inde eleemosinas demus, sic dicit Aug. lib. de verb. Domini illud verbum Domini quidam male intelligendo rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant se facere, quod præceptum est, sed intellectus iste corrigendus est. vocantur autem mammona iniquitatis omnes diuitiæ etiam bene acquisitæ, quia diuitiæ quæcunque sunt iniquæ sunt, quia nec sunt, nec reputantur diuitiæ, nisi iniquis, qui in eis spem ponunt. vt exponit Aug. 21. de Ciuitat. Dei. & in lib. de q. Euangelii. qui ergo eas diuitias putat iniquus est, vel potest intelligi secundum Ambro. iniquum mammona, quia variis diuitiarum illecebris nostros tentat affectus, vel aliter vt exponit Basilius diuitiæ sunt iniquæ, qa in pluribus prædecessorib. quibus in patrimonio succedis, aliquis reperitur, qui iniuste vsurpauit aliena quamuis tu nescias. vide plura alia. super Matth. p. 3. c. 6. q. 36. per totum, sed præcipue in responsione ad primum argumentum.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Auctor super illa verba. Thesaurizate vobis Thesauros in cœlo, ait: Thesaurizare in cœlo est hic Thesauros expendere, vt ibi illos recipiamus; sicut fit in pecunia traiectitia, quæ in uno loco datur, vt alibi sine periculo recipiatur, & ita nos quicquid pro Christo hic effuderimus in cœlo habebimus. Vide ipsum sup. Matth. p. 3. cap. 6. post quæst. 176. circa illud; Thesaurizate vobis Thesauros in cęlo.

Facite vobis amicos, &c. Quomodo eleemosina ducit ad vitam æternam. Vide plura in tabula generali verbo eleemosina.

DOMINICA NONA

Post Pentecosten.

LVCÆ XIX.

V*Idens Ciuitatem fleuit super illam.* Deus omnia semp videt, tam bona, quam mala, Prouer. 15. in omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos, & omnia nuda, & aperta sunt oculis eius, neque est ei inuisibilis aliqua creatura, & ad Heb. 4. & tamen dicitur interdum aliqua videre, quæ prius videbat, quia circa aliqua disponit aliquid efficiendo, quod prius non efficiebat, & ita quia in præsenti multa mala sunt, q̄ Deus nunc non punit; dicitur illa non videre, neque facientibus pręsens esse, quando vero pro aliquibus pœnam imponit dicitur videre illa, & præsens esse, sic dicitur Gen. 18. d. descendam, & videbo, an clamorem opere cōpleuerint. vide sup. Matth. p. 6. c. 22. q. 60.

Videns Ciuitatem. Deus non habet oculos, nam non est animal, quę habet potentiā visiuā vnde neque videt, sed dicuntur oculi de eo per metaphoram, in quantum intellectus est quidam oculus, lib. 1. Ethic. & quia Deus intellectum habet, dicitur habere oculos, & si haberet oculos falsum diceret. Apostolus ad Heb. 4. quod non est ei inuisibilis aliqua creatura, quia omne incorporeum esset ei inuisibile, vide sup. Gen. ca. 13. q. 618. & sup. Exod. c. 28. q. 11. circa illud; sup. vtrumq; humerū.

Videns Ciuitatem. Semper respicit Deus bonos, & malos in omni loco, & in omni tempore, & dicitur aliquē respicere, quando eum, aut eripere inchoat, aut punire, & sic respexit castra Ægyptiorum, in vigilia matutina, quia in tertia vigilia licet mare incępissent intrare, Deus eis nihil nocebat, in quarta autem vigilia, quæ erat matutina incępit Deus mittere super Ægyptios, pœnam debitam, Ægyptii enim in tota nocte præcedenti non viderant Hebręos, quia erat inter eos nubes tenebrosa quantum ad partem Ægyptiorum, & illuminans noctem, q̄tum ad Hebręos, illa autem obscuritas adempta est, cū Hebręi essent in fine maris, vel quasi, & Ægyptii essent in littore nondum audentes intrare, aut videntes qualiter intrarent, & viderunt Ægyptii transisse Hebręos, iō ipsi quoque ingrediar usi sunt, & cū iam omnes ingressi essent, & aliqualiter ambulassent forte per omnes duodecim vias. vide sup. Exod. p. 1. c. 14. q. 8. in princ.

Videns Ciuitatem fleuit super illam. Plurimi Iudæorū, qui credebant Ioannem Baptistam esse virum sanctissimū, crediderunt, quod destructio gentis Iudęorum facta a Romanis esset propter peccatum occisionis Ioannis Baptistæ lib. 18. antiquitatum, tamen errauerunt, quia hęc destructio facta est pro morte. Christi, & quia noluerunt agnoscere Saluatorem suum, dicitur enim non relinquetur in te lapis super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. vide sup. Matth. p. 4. cap. 14. quæst. 28.

Videns Ciuitatem fleuit super illam. Christus secundū humanitatem habuit affectionem quandam specialem ad Iudęos, de quorum progenie erat, & ad vrbem Ierusalē in qua conuersabatur, quia erat ei tanquam terra natalis, & considerata nimia calamitate Iudęorum quę super Ierusalem euentura erat. f. quod non relinqueretur lapis super lapidem, passus quandam humanam teneritudinem, fleuit. sic etiam Elisęus ex quadam compassione ad Israelitas fleuit, nam Dominus ostenderat Elisęo quanta mala facturus esset Hazael in terra Israel. f. Ciuitates munitas succēderet, & iuuenes interficeret gladio, & paruulos ad parietes elideret, & pręgnantes diuideret, & quia erat de terra Israel condolebat contribulis suis; quod tanta mala passuri essent. Erat tamen differentia inter Elisęum, & Christum quia affectus humanus vicit Elisęum; ita vt non posset lacrimas continere, voluisset enim cōtinere lacrimas, quia erubescebat flere coram Hazaelē, & tamen non potuit sustinere, sed Christus flebat, quia volebat flere. vide sup. 4. Reg. c. 8. q. 21.

Videns Ciuitatem fleuit super illam. Christus ab instāti suæ conceptionis sciebat omnia, quæ nunc scit, & sic sciebat semper vrbem Ierusalem aliquando destruendam per Romanos, non tamen semper flebat pro illa, sed semel, veniens de Ierico, cum inciperet videre Ierusalem, incœpit flere. hoc autem fuit, quia tunc præsentata est species illa tristitiæ de destructione gētis, & Ciuitatis huius, q̄ ipse diligebat, & prius non præsentabat sibi talem speciem, iō tunc cœpit flere. vide sup. 4. Reg. c. 8. quæst. 22.

Fleuit super illam. Fletus causatur ex commotione viscerū per quandam teneritudinem affectionis facientē fluere lacrimas, sic patet Gen. 43. quando vidit Ioseph fratrem suum Beniamin, quia commota sunt viscera eius, & fleuit abscondens se a fratribus suis. sic etiam Gene. 45. cū multa eloquenter de verbis viscerosis Iudas protulisset pertinētibus ad fraternam pietatem, & affectionem Beniamin, ita medullitus fuit ex totis præcordiis Ioseph cōmotus, vt iam contra fletū luctari non posset. vide super Gen. c. 45. circa illud; non se poterat vltra continere. prouenit etiam fletus ex quacunque tristitia, aut dolore & ita qui in tenebris carceris esset, propter præsentiam malorum, quæ pateretur, & absentiam bonorum, quæ desideraret, & quibus careret, fleret. vide super. Matth. parte sexta cap. 22. quæst. vigesimaoctaua, fletus autem dicit lacrimarum emissionem, quando visis aliquibus tristibus, & terribilibus dolere, & deplorare non sufficimus, & sic oculi ex nimio fletu caligant, & a naturali humiditate deficiunt, quia lacrimarum materia ar-

dote suo omnia consumit, & aciem visus bebetat: vnde qui in vnum lacrimas, fundunt, post modicum tempus nihil vident differt autem fletus à mærore, quia meror dicit interiorem tristitiam sine lacrimis. vide sup. Deut. cap. 28. post q. 9. circa illud, & deficientes oculos, & animam merore consumptam. Dolor tamen & tristitia nõ turbabat rationem ipsius. vide sup. Parad. 2. c. 75.

Fleuit super illam dicens quia si cognouisses &c. Quod etiã describitur Matth. 23. ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. vbi Christus prædixit Iudæis pœnam infligendam, quia noluerunt congregari, & intelligitur de vrbis Ierusalẽ destructione vocatur autem domus, qa Ierusalem erat sedes pręcipua totius gentis Iudæorum ideo autem dicitur quod domus relinquenda est deserta, quia noluerunt congregari sub alas, quãdo Christus eos congregare voloit, hæc eadem causa ponitur hic cũ dicitur, eo quod nõ cognoueris tẽpus visitationis tuę. s. non cognoueris me, qui volebam congregare filios tuos vide sup. Matth. p. 6. c. 23. q. 273.

Videns ciuitatem fleuit super illam. &c. aliqui credunt, qđ dies vltionis, ꝑ cõstructione vituli de quo dicitur Exo. 32. ego autem in die vltionis, &c. sit tempus destructionis Ierusalem per Romanos, quia ibi accerime fuerunt puniti, occisi venundati, atque dispersi plerique autẽ magna fame succubuerunt, sed hoc non põt stare, quia a tepopore fabricationis vituli, & adorationis eiusdẽ vsque ad Romanorum irruptionem in Ierusalem, q̃ fuit anno 42. post mortem Christi transierunt multæ generationes, vt potest colligi per lineam saluatoris, quæ describitur ab Abraham, vsque ad ipsum Christum Item causa huius captiuitatis, & deletionis vrbis, assignatur hic cum dicitur, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. i. nolueris aduertere ad tempos in quo Christus venit ad predicandom tibi, & te conuertendũ. non fuit ergo predicta deletio Ierusalẽ. Exod. 32. vide apud auct. super. Exod. parte secunda, c. 32. q. 46. in princ.

Videns ciuitatem fleuit super illam. Compatiens cæcitati eorum & de peccato dolẽs, tamen ipse ab oculis Iudæorũ absconderat mala superuenientia ipsis, quæ si audiuissent forte pœniterent, & poterat eis tantam gratiam dare, vt conuerterentur, quare autem hoc non fecerit, vide sup. Deut. c. 5. q. 10. in princ. sic etiam doluit de exitu miserabili Iodæ. sed nunquid non poterat eũ a tanto malo eripere? profecto poterat, si voluisset, nã & poterat mortem euadere, mori tamen venerat, nec enim Christus agere debuit omnia q̃ facere poterat, quia sic nemo peccaret, nemo periret, & etiam qui perierunt saluarentur, Deus tamen non disposuit agere, quicquid potest, quia tunc fustra esset ipsum esse iustum sufficiebat enim esse potentem, egit ergo Christus cum Iuda, nõ quicquid absolute potuit quia sic etiam nunc posset eum saluare; sed quantum æquum, & bonum fuit fieri distrahendo eum à peccato, obseruato ne maius scandalum causaret quod forte fieret si Christus diceret Iodę, tu me tradis, ideo non facias, quia per hoc valde scandalizaretur Iudas, cum in isto verbo constitueret eum inimicom capitalem, & per hoc Iudas non cessaret, negaret enim verũ esse, quod Christus dicebat, & exequeretur quod conceperat, nisi Christus vellet interius tangere cor eius auferendo ei istud prauum desiderium, hoc tamen erat diuinitus operari; ideo hoc non fecit, doluit tamen valde Christus de miserabili exitu Iudę, quia & illum tradidit, & seipsum ęterna morte damnauit, sic etiã fuit hic per Ierusalẽ, nam Christus videns Ciuitatem fleuit sup illam dicens: si cognouisses & tu quę ad pacem tibi mõ autem abscondita sunt ab oculis tuis, compatiebatur. n. Christus illi Ciuitati, quod peritura esset; ita vt ex quadam intima compassione lachrymaretur pro illa, fecit etiam quantum potuit humanitus fieri ad hoc euitandum; nam dixit Ierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemad. gallina cõgregat pullos sub alas, & noluisti, ecce relinquetur vobis domus vestra deserta idest peribit ista Ciuitas, & templum. Matth. 23. & Luce. 13. poterat tñ Christus absolute si voluisset facere ne periisset Ierusalem, & non opus erat lachrymari pro ea, & tamen lacrymabatur quasi fecisset iam, quicquid facere poterat de bono, & ęquo, & non potuisset auertere malum ipsorum, & ita solum restabat ei, ex compassione lachrimari, vide sup. Matt. p. 3. c. 10. q. 43. in fine.

Fleuit super illam &c. pro peccato infidelitatis fuit inflicta Iudęis duplex pęna, vna est destructio Ierusalẽ, quę hic describitur secunda quod fuerunt dispersi. vide super Matth. p. 3. c. 8. q. 26.

Videns Ciuitatem fleuit super illam. Idest compatiebatur Ciuitati an autem compassio aliqua sit in Deo, dicendũ qđ aut passio accipitur pro electione de repellendo alienam miseriam, aut pro motu quodam partis inferioris sequente ad electionem prędictam si primomodo accipiatur magis habet Deus compassionem, quam aliquis alius etiam beatus, quia illa compassio est actus charitatis, & magis Deus diligit homines; quã aliquis bonus diligat alium, cum charitas nostra dependeat a Deo, & apparet ẽt in effectu, quia ꝑꝑ nimiam charitatem, qua Deus dilexit hominem, volens tollere eius miserias misit filium suum, vt Apostolus ait: & Christus Deus noster ex nimia charitate se ipsum pro nobis obtulit cõpatiens miseriis nostris, & nulla charitas maior esse potest hac, sicut ipse dixit de se, maiorẽ charitatem nemo habet, quam, vt animam suã ponat quis pro amicis suis Ioan. 15. accipiendo secundomõ non põt esse passio neque cõpassio in Deo, quia iste est motus partis affectiuæ, & iõ non est affectio, neq; motus, & quia tamen est motus iste laudabilis, eo modo quo põt esse in Deo, est; vndecum Christus Deus acceperit naturam nostram, quę est passibilis, in illa habebat non solum compassionem, secundum electionem, sed etiam maxime secũdũ passionem, quia commouebãtur viscera sua, vel potius ipse commouebat ea, & flebat, sicut cum suscitaturus Lazarum infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & fleuit. Ioan. 10. & videns Ciuitatem fleuit super illam, & tamen accipiendo Deum simpliciter prout dicit naturã Diuinam magis est elongatus Deus à compassione, quã aliquis alius, quia Deo repugnat secundum naturam talis motus, & est in eo impossibilis & cum dicitur quod Deus est misericors, verum est secundum compassionẽ vel misericordiam, quæ dr̃ electio, non autem secundũ compassionem, quę dicitur passio, vel motus affectus. vide sup. Matth. p. 7. c. 25. q. 635. in fine.

Si cognouisses & tu, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt &c. Intrabat Christus in Ciuitatem Ierusalẽ, sedens super asinã, & pullum, vt dicitur ecce Rex tuus venit tibi. venit, enim populo illius Ciuitatis, vt magnam vtilitatem consequeretur si illum reciperet, & magnum damnum si non reciperet. Sic dicit Chris. Ecce Rex tuus, cum ergo videritis eum nolite dicere non habemus Regem nisi Cæsarem venit tibi, i. si intellexeris, vt saluet te si non intellexeris venit contra te. vide super Matth. p. 5. c. 21. q. 30. in medio.

Inimici tui circundabunt te &c. Illi sunt homines, & non Angeli; sed exercitus Romanorũ, qui sub duce Vespasiano, & Tito filio eius superatis Iudęis diruerunt vrbem, & succẽderunt, & hic est exercitus Romanorum de quo dicitur Matth. 22. quod aliquis explicãt de Angelis, sed Hieron. ait per hos exercitus Romanos intelligimus, qui sub duce Vespasiano, & Tito occisis Iudeę populis præuaricatricem succenderunt ciuitatem sed quõ Romani vocantur exercitus Dei? Ratio quod omnia sunt Dei, & inter omnia erant Romani exercitus, secundo dicitur & melius, quod vocantur exercitus Dei, quia Deo incitante venerunt, contra Ierusalem, & non venissent, nisi Deus illos incitasset. sic patet de Senacherib Rege Assyriorum quem Deus duxit contra Iudęos vt puniret eos. Vide super Matth. parte sexta cap. 22. quęst. 51.

Fleuit super illam. Quia debebat punire peccata illius Ciuitatis, semper enim quando debet punire dolet, vt habetur Genesi. 6. cap. tactus dolore cordis intrinsecus, & dicitur Deus doluisse, vel quia doluit, idest pęnituit eũ fecisse hominẽ, vel quia puniturus erat totam multitudinem generis humani, ideo quasi compatiens dolebat de malo, quod ei illaturus erat, vt patet Luc. 19. dicitur dolor cordis more humano verus dolor, quia aliqui fingunt se dolere, & non dolent: qui autem in corde dolet vere dolet. dolor autem Dei dicebatur verus ꝑꝑ intẽsio

nem tropicam, quia multum detestabatur homines illius tēporis, vel quia dolebat cordialiter pro magna offensa à multis temporibus facta, & semper continuata: vel quia intense dolebat propter magnam plagam, quā illaturus erat, destruēdo totaliter in diluuio peccatores vide sup. Gen. c. 6. q. 11. circa illud tactus dolore cordis, & pœnitet se fecisse homines. i. qa eos deleturus erat magis vellet non fecisse eos. quod D. Bonauentura in vita Christi exponit dicens, pęnitet me fecisse eos. i. pœnitentiam me agere oportet, quia feci eos. i. quia feci homines, & peccauerunt, oportet me pati moriendo ꝓ eis; si autem non fecissem eos non oporteret me pati ꝓ eis, vide sup. Gen. cap. 6. q. 13. circa illud; pœnitet me fecisse eos.

Fleuit super illam. Flebat Dominus, quia cum vellet punire populum suum, nullus orabat eum, vt nō puniret, vel vt plaga non esset nimis dura. ipse enim vult punire, & vult orari vt cesset punitio sua, vel vt minus puniat, vt patet quando volebat punire Mariam, & qđ Moyses esset præsens, vt oraret, cum esset percussa lepra, quod liberaretur plaga inflicta, & quod plaga nō fieret durior & si aliquis oret pro hoc placet ei, & interdum exaudit deprecantem, & dato, quod nō exaudiat placet sibi, qđ oretur pro hoc & si non oratur, indignatur, quia nemo est qui oret, iuxta illud; Ezechi. non fuit qui se opponeret murum pro domo Israel. i. qn̄ ego volui punire, nemo fuit qui oraret interponēdo se in medio. idest inter Deum, & illos quos volebat punire, quasi esset murus intermedius resistens hosti volenti intrare. causa autem quare Deus hoc dixit est, quia Deus nō punit ex ira, sed mouente rōne, qui aūt punit ex ira non vult, qđ aliquis sibi resistat impediēdo de facto, vel orādo ne faciat, qui autem punit ex ratione, potest dupliciter facere aliquando vt satisfaciat rationi inferendo pęnas ei qui meruit illas, aliquando autem propter honorem suum. s. qa forte fuit sibi facta offensa, & erit sibi dedecus, si non retribuat, vel saltem oretur, vt cesset à retributione, & interdum, qui sic offenditur iubet non retribuere pęnā, sed quod oraretur remittere iniuriam, vt sic impēderetur ei aliquis honor, orando ipsum, aut saltem non videretur contemni. De Deo sic est, cum ipse nō puniat ex ira, sed ex ratione infert interdum pęnas, quia iudicat sic expedire pp aliquas cās, & tunc etiam si oretur nō cessabit, sed potius reuelat orantibus, qđ non orent vlterius, quia exaudiet eos super hac re. sic fuit de Samuele, Vide sup. Num. p. 1. cap. 12. q. 27.

Fleuit super illam. Flendo prænunciabat mala, vt si pęnitētiam agerent, nō punirentur etenim ex Ierem. 18. iste est modus Dei, quod permittit alicui homini multa mala, & si agit pœnitentiam, cessat illa inferre, & confert ei multa bona, e contrario ēt Deus permittit alicui multa bona, & si recedit a Deo mutat Deus sententiam, & nihil confert. de promissis. vide sup. Matt. p. 1. c. 3. q. 32. in medio,

Fleuit super illā. i. compatiebať miseriæ illius ciuitatis, sed sciendū, qđ cōpassio aliqn̄ accipitur vt est nomē passionis, q̄ proprie importat passionē tristitiæ de aliena miseria aliqn̄ accipitur pro actu voluntatis, quo alicui displicet aliena miseria ēt non existente aliquo motu in parte sensitiua, qui vocatur passio, & hæc cōpassio in Deo est, quia ei mala nostra displicent voluntate antecedente, & etiam voluntate cōsequenti voluntas antecedēs est qua aliquid volumus nō cōparādo ad aliquid aliud, & hoc mō Deus non vult aliquod malū, quia tunc vellet, malū absolute, & sic displicet ei de pęnis omniū hominum, quia Deus non est crudelis, vt delectetur absolute in pęnis hominū, quasi ipsę in se bonæ sint, volūtas cōsequēs est, qua aliquid volumus, vel nolumus solū in cōparatione ad alterum, & sic Deus vult homines aliquos dānari inquantū iustum est eos damnari pp sua demerita, & ita vult aliquos puniri hic inquantū merentur tunc aūt Deo displicent miseriæ nostræ voluntate antecedente, qn̄ non vult eas absolute inquantū miseriæ sunt, & hac voluntate Deo displicent miseriæ omnium hominū, & etiam dæmonum tunc tn̄ non liberat a miseria, quia voluntas antecedens nunq̄ impletur; nisi qn̄ coincidit cū voluntate consequente, tunc aūt displicent Deo miseriæ nostræ voluntate consequente, qn̄ non vult illas absolute, nec etiam per cōparationē ad aliquid, & tunc, qa nullo mō Deus eas vult, necesse est nos liberari ab illis, vel non incidere in eas, & sic in Deo est compassio. vide super Matth. p. 3. cap. 6. q. 22. in fine.

Fleuit super illam. Vt ostendat, quod nos debemus tristari etiam de miseria inimicorum; sicut ipse flebat destructionē Iudæorū Deus tn̄ non proprie hēt inimicos, qa ad esse inimicū duo saltem requiruntur primū est, qđ aduersetur secundū est quod ille cuius inimicus est oderit eum, vt vice versa inimicus sit. hæc aūt non competunt Deo, nam Deo nemo resistit Iob. 9. & ita nemo aduersatur secundū ēt non competit, quia Deus nemine odio hēt, ideo nemo est inimicus eius, qui enim inimicum hēt, vult eū delere, vel nocere ei. Deus autē si delere vellet aliquā rē statim illa deleretur &c. hēt tamē inimicos improprie, est. n. dupliciter aliqs inimicus meus, vno modo quia mihi aduersatur, vel aduersari cupit, alio modo quia aduersatur amicis meis, quib. ego in auxilium esse debeo, vtroque modo Deus hēt inimicos, de primo patet, quia scriptura sæpe vocat aliquos inimicos. Psal. 138. super inimicos tuos tabescebam, & Ps. 54. inimici Domine mentiti sunt ei, & vocantur inimici Dei non quod Deo nocere possint, vel resistere voluntati eius, sed quia resistunt cultui eius impediendo, vt non perfecte colať, vel cultum contrarium inducēdo. &c. de secundo patet, quia Deus hēt Iudæos in populum peculiarem, & quicunq; erant inimici Iudæorum, quā diu colebant Deum, vocabantur inimici Dei. Exod. 23. si feceris omnia, q̄ loquor inimicus ero inimicis tuis. sic ēt Christus cum sit Deus dicitur nō habere proprie inimicos, sed improprie. vide super Matt. p. 6. c. 22. q. 348.

Quia si cognouisses et tu, profecto non peccasset si cognitionē habuisset, omne. n. peccatum est per ignorantiā, & non potest esse absque illa sed considerandum est secundū sententiā Arist. 3. Ethic. quod peccatum secudū ignorantiam est duplex quoddam est peccatum per ignorātiā, quoddā propter ignorantiam, peccatū per ignorantiam dicitur, quando ipsa ignorantia non se habet, vt causa, vel occasio actus praui, sed vt concomitans ipsum actum prauū; peccatū aūt propter ignorātiā dicitur, cū ipsa ignorantia aut causa, aut occasio peccati est, quoniā propter, dicit habitudinem causalitatis, de ignorantia, quæ est concomitans actum prauum, de qua dicitur, quod agimus per ignorātiam, dicendū est quod illa est in omni peccato, & impossibile est aliquod peccatū esse, quod non sit per ignorātiā, qđ patet, quoniā in omni peccato intellectus, & volūtas sūt principia cū peccatū sit actio humana; sed peccatū malū ē ergo si nulla ignorātia in peccāte esset totaliter malū eligeret volūtarie. s. eligendo malū sub ratione mali hoc aut impossibile est quoniam potentiæ, naturaliter feruntur in sua obiecta, & nō est possibile trāsgredi illa obiecta & quāuis potentia libera sit, non cōsistit eius libertas in hoc, qđ vltra obiectū velle possit, s. velle malū, sed dr̄ libertas eius in eo, quod propositis partibus obiecti sui, idest quibusdā indiuiduis subsistentibus sub rōne uniuersali obiectali, non cogitur se determinare ad aliquid illorū, aut ad qđ libet. vide super Leuit. c. 4. q. 6. vide etiam ibi de peccato propter ignorantiā quando est causa, vel occasio. &c.

Circūdabunt te, & ad terram prosternent te. annunciare futura soli Deo competit vide super Paralip. c. 17. q. 32. circa illud. nō est alius Deus & sic Christus, qui ē Deus prædicebat aliqua futura antequam fierent, non quasi nō esset ea facturus, ēt si nō prædiceret, sed ut prænūciādo ea antequā fierēt, cōstaret de sua diuina virtute. Ioā. 14. nūc dixi vobis priusquā fiat, vt cū factū fuerit credatis. s. credatis, quia ego sum Deus qui scio futura anteq̄ fiāt. vt dr̄ Isa. 41. annunciate nobis quæ ventura sunt in futurum, & dicemus, quod Dij estis vos vide super Genes. c. 13. q. 670. in fine. & in tantum est proprium Dei annunciare futura; vnde aliqui qui prædicunt aliquo modo futura, vocantur diuini, quasi proprietatem Dei habeant, cum non solum sciant ea, quæ humanitus sciri possunt, sed etiam quædam quæ pertinent ad modū excellentiorem sciendi. vide quomodo etiam erāt multi diuini. super 1. Reg. part. 1. cap. 6. quæst. 7. sic Iacob

a Deo

à Deo motus præmunciabat futura, vt patet de benedictionibus, quas protulit super filios suos instante morte, nam illas prophetice dixit, Gen. 49. f. congregamini, vt annunciem, que ventura sunt vobis diebus nouissimis, et inter illa locutus est de principatu Iudę, sic etiam quando transtulit ius primogenituræ in Ioseph, & benedixit duobus filijs eius, prophetice locutus est, nam dixit iste quidem erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, & semen eius crescet in gentes. Gen. 48. & sic patet quod qui prænunciat futura Deo mouente prænunciat vide super primum Paralip. cap. 5. quæst. 10. in principio aliqui etiam sapientes dicebant aliqua, quę quamquam essent nota ex principijs naturę, vel scientia humana, tamen pluribus hominum incognita erant, & sic si aliqui dicant, quædam incognita hominibus, dato, quod diabolus eis illa reueler, immo moneat eos ad dicendum hoc, sicut est in arreptitijs, datur prophetare, sicut patet 1. Reg. 18. de Saule cũ dr, qđ Spiritus Dei malus inuasit Saul, & prophetabat in medio domus suæ, sed vere non sunt prophetæ, quia nó spũ scientifico loquuntur. vide super primum Paralip. cap. 25. q. 10. in fine similiter puella actu. 16. habebat spiritum Phitonem, & diuinandu magnum quæstum præstabat dominis suis. sic 1. Reg. 28. Cum dixit Saul ad mulierem phitonissam; diuina mihi in phitone, & suscita mihi quem dixero tibi. quando autem dæmon loquitur per arreptitium, non est in potestate eius tacere, nec loqui, & interdum loquuntur contraria eorum, quæ volunt, vt patet de Balaam, qui volebat maledicere Iudæis, & conabatur ad hoc. Deus tamen vertebat linguã illius, & cogebat, quod benediceret, Num. 23. & 24. & postea dolebat, quod benedixisset. eod. cap. vide super Matth. p. 3. cap. 8. q. 114. in fine. Qui aũt vt sciant futura declinant ad magos, & qui inquirunt per inutilia. sicut per auguria, & necromantiam, & geomantiam, & alias prohibitas artes. magnam iniuriam afferũt Deo, quia tollunt Deo, quod ipsius proprium est, & iõ ait Dominus Leuit. 19. ne declinetis ad magos. vide super Leuit. cap. 19. q. 28. in fine, circa illud; ne declinetis ad magos.

Et ingressus in templum cœpit eijcere vendentes in illo, & ementes. dicens domus mea, domus orationis vocabitur. circa totum residuum Euangelij. vide feria tertia post primam Dominicam Quadragesimæ, & Matt. 21. cap.

DOMINICA DECIMA

Post Pentecosten.

LVCÆ XVIII.

DVo homines ascenderunt in templum. erat enim altũ, & priusquam accederetur ad portam, & porticũ templi erant quindecim gradus per quos ascendebant, & quando erant magnæ festiuitates ascendebant cantores per illos gradus, & in quolibet gradu cantabãt vnum psalmum de his, qui dicuntur canticum graduũ vide sup. Gen. in Epistola. D. Hier. ad Paulinum. cap. 7. post illud, qui centum, & viginti.

Duo homines ascenderunt in templum. Antiqui latini omnia magna amplaque ædificia templa vocauerũt, & hoc siue talia ædificia ad cultum Dei, siue ad hominum inhabitationem, forent, quia tamen habitationes in quibus Deus, siue dæmonia colebantur, ampla, magnificaque erant super ædificia habitationis hominum ꝓpter honorẽ diuinum, cui honor humanus exęquandus non erat, hæreditario iure domus cultus diuini, hoc nomen acceperunt, vt templa vocarentur alia autem ædificia, iam templa per dissuetudinem nominis non vocantur. vide sup. Exod. p. 2. cap. 26. q. 1.

Duo homines ascenderunt in templum. Templum dupliciter accipitur aliquando stricte, & tunc vocatur templũ domus illa, quæ erat clausa parietibus, & operta tecto, in quam soli Sacerdotes intrabant, alio modo accipitur templum large pro toto illo spatio sacro clauso muro in quo stabat altare holocaustorum, de templo hoc secũdo modo sumpto, dicitur Ioan. 10. ambulabat Iesus, in templo in porticu Salomonis, accipiendo autem primo modo nunquam Iesus illuc intrauit, neque Iudæi laici. vide super Matth. p. 6. ca. 23. q. 262. sed vt sciamus quomodo illi duo homines ascenderunt in templum not. est, quod templum aliquando accipitur pro quibusdam partibus, & aliquando pro alijs, ad aliquas enim licebat intrare omnibus laicis etiam Christu aliæ erant ad quas licebat solis Leuitis, & Sacerdotibus introire, & aliæ adquas solis Sacerdotibus. vide sup. Matth. p. 5. ca. 21. quæst. 62. in principio & templum Salomonis erat longitudinis cubitorum 60. latitudinis vero viginti, altitudinis autem centum viginti cubitorum. 2. Paralip. 3. & secundum lõgitudinem diuidebatur in duas partes pars anterior erat cubitorũ quadraginta in lõgitudine, & totidem in latitudine, & vocabatur Sanctum vel Sanctuarium pars posterior, quæ erat ad occidentem, erat cubitorum viginti in longitudine, & totidem in latitudine, & vocabatur Sancta Sanctorum. 3. Reg. 6. & ista domus tota erat operta tecto, et erat in modum turris, quia altitudo erat dupla ad longitudinem & sextupla ad latitudinem, & in partem anteriorem non intrabant nisi sacerdotes ad ministrandum quotidie, illi scilicet quibus sorte prouenicbat ministratio; in secunda parte, quæ vocabatur Sancta Sanctorum, non intrabat quisquã, nisi Sacerdos magnus, semel in anno, & in his non intrabant Laici, neque Leuitæ. extra templum autẽ ad partem eius orientalem iuxta portam erat spacium qđdam viginti cubitorum in longitudine, & latitudine cubitorum, decem 3. Reg. 6. erat iuxta illud spacium, qđ vocabatur porticus, quędam platea quadrata, etiam ad partem orientalem templi, clausa muro, sed non habens tectum, & vocabatur atrium Sacerdotum, quia officia Sacerdotum interius fiebant, ad istud conueniebant Sacerdotes, & Leuitæ, non autem laici, nam isti quãdo volebant offerre sacrificia accedebant ad ostiũ illius atrij, & ibi præstabant animalia offerenda sacerdotib. erat autem alius murus magnus, qui claudebat templum intra quem erant magna spacia, ad quæ conueniebant laici ad orandum. vide super Matth. parte 5. cap. 2. quæst. 62. ante finem.

Duo homines ascenderunt in templum. Instituit Deus orationis loca in qbus cõgregentur homines ad orandum, in veteri testamento instituit Deus Sanctuarium ad qđ conueniebant omnes Israelitæ ter in anno. Exod. 33. & 34. instituit etiam Synagogas per singula loca, Apostoli etiam in nouo testamento instituerunt Ecclesias, in qbus conueniebant ad orandum fideles. vide sup. Matt. p. 3. cap. 7. quæst. 89. ibi sexto quia orare. In scriptura suademus sępe orare in Ecclesia, vt Psal. 21. narrabo nomen tuum fratribus meis in medio ecclesiæ laudabo te. & Psal. 25. in Ecclesijs benedicam te, & Psal. 67. in Ecclesijs benedicite Dñm. vide in eadẽ q. ibi. 4. qa scriptura. quia autem Christus ait, cũ oraueris intra in cubiculum tuum, sciendum est, quod quædam oratio est necessaria, quæ fit a ministris Ecclesiæ & exhibetur Deo nomine totius communitatis, quia cum non possit tota communitas simul Deo vacare orando, dat ministros loco sui, quorum officium sit vacare Deo, & his constituitur victus de communibus eleemosynis scilicet decimis, &c. & ab his orationes debent fieri in publico, vt ab omnibus percipiantur, aliæ sunt non necessariæ, vt illæ quas singuli faciunt, & hæ possunt fieri in secreto, & in publico scilicet, in Ecclesia. vide super Matth. loco citato. ibi. per hoc autem sciendum, locus tamen directe non confert, sed confert vt orationes quæ fiunt à ministris Ecclesiæ innotescant, orationes autem priuatæ si fiant in vno loco magis quã in alio possunt aliquid prodesse, nam quando venerint fideles ad illum locum, locus ipse monet eos, vt orent, nam ideo vocatur domus orationis. Isai. 66. sunt etiam aliæ causæ. vide ibidem, quæst. 90.

Duo homines ascenderunt in templum, vt orarent. Orationes quæ fiunt in templo pręcipue exaudiuntur à Deo,

accipere, qui ab eis non videtur, sicut dixerunt Christo parentes eius, Ioan. 7. transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse secundo sic orabant, vt deciperent viduas vide super Matth. p. 6. cap. 25. q. 85.

Unus Pharisæus. Peccabat Pharisæus orando, quia gloriā propriam quærebat, quia laudabat seipsum cum intentione laudandi, præsumens de sanctitate sua, & quia cōtemnebat reliquos in oratione sua laudando seipsum. vt patet ex discursu Euangelii. Etiam Ezechias orauit laudando se, & dicendo, quod ambulauerat coram Domino in omnibus operibus suis, non tamen peccauit dicendo illa, quia Deus exaudiuit eum faciendo retrocedere solem, & tamen Deus peccatores non exaudit, & quia dicebat hæc bona intentione, scilicet ex feruore deuotionis, cum maximo fletu, vnde non præsumebat de sanctitate sua, sed dicebat ad inflammandum se in amorem Dei, & ad prouocandum ad miserendum sibi & etiam neminem vituperabat, sed ennarabat paruitatem cordis sui. vide sup. 4. Reg. cap. 20. quæst. 6.

Unus Pharisæus & c. ieiuno bis in sabbato &c. In oratione non debet homo regulariter referre bona, quæ ipse fecit propter Deum quia per talia, quatenus est ex se ipsis, non laudatur Deus, sed homo, & talis est oratio huius Pharisæi. sed debet referre, quæ a Deo recepit, & maxime illa, quæ non reddunt ipsum orantem laudabilem, caueat tunc ipse orans, ne extollatur aduertēs ad seipsum: sed consideret solam Dei bonitatem, quia talia voluit eis conferre, & sic orauit Dauid. primo Paralip. cap 17. dicens, quod fecit eum spectabilem super omnes homines. vide sup. primum Paralip. cap. 17. quæst. 32. ibi dicēdum est, quod possunt dici in oratione, & c. non debet referre ea, quæ gessit pro Deo, quia magnificus non libenter ea audit, sed libenter audit ea quæ ipse fecit pro alijs, & ideo quando quis vult impetrare aliquid à magnifico, non poterit suadere si dicat, quod pro eo magnis laboribus se exposuit, sed melius suadebit, si referat alia beneficia, quæ ab eo recepit, & super illa petat adhuc alia recipere, sic enim fecit Dea Thetis quando orauit Iouem: nam non retulit ei id, quod pro eo fecerat, sed alia beneficia, quæ ab eo susceperat, sic autem Lacones orantes suscipere auxilium ab Atheniensibus faciebant, ex Aristot. quarto. Ethicor. cap. de magnanimitate. sic Iacob quando orauit Deū, vt liberaret, eu de manu Esau non retulit aliquod bonum, quod ipse fecisset propter Deum, sed bona, quæ Deus fecit pro ipso, scilicet in baculo meo transiui Iordanem, & c. Genes. 32. sic quando Moyses rogauit Deum, ne deleret Israelitas propter vitulum aureum, retulit, quod Deus fecisset multa bona pro populo; ideo quod tunc non deberet delere eum Exod. 32. & Numer. 14. vide super 1. Paralipomen. cap. 27. q. 12. in medio vsque in finem.

Gratias tibi ago &c. vide super Matth. par. 5. cap. 18. quæst. 18. in medio.

Gratias tibi ago quia non sum sicut cæteri hominum. Multū attendere debent orantes, quod magis orationes suas, per modum humiliationis meritorum suorum, quam per modum cuiusdam iustificationis & compassi concipiant, melius enim sic orantu cōcipitur Domine Deus meus, licet omnium beneficiorum, quia & pane quo vescor carere merebar, nec in hoc aere saluberrimo flatus vitales attrahere, tua tamen immensa, innataque benignitate, qua nos caducos, & miserabiles redemisti, mihi indigno talia, vel talia cōcedo: quam si sic cōcipiatur. Nosti tu Domine Deus meus, quod dilexerim te in toto corde meo, & in puritate manuum mearum, ambulauerim, faciens, quod rectum erat in conspectu tuo, ideo miseratus mei talia, vel talia tribue, vtraque orationis conceptio bona est ad aliud & ad aliud sumpta. debet tamē orās duo semper attēdere, s. quib. verbis magis humilietur, & quibus in amorem crucifixi pauperis inflammetur. vide sup. Gen. c. 32. q. 2. in medio.

Gratias tibi ago Domine quia non sum sicut cæteri hominū raptores, & c. De omnibus nobis collatis debemus gratias referre Deo, quia sic ipse vult, & sic dicebat Dauid cum conseruauit Domino omnia quæ manserunt Salomoni filio suo, ad fabricationem Sanctuarii, quis ego, & quis populus meus, vt possimus, &c. & non solú vult quod voce ei gratias agamus, sed etiam operis exhibitione. vide super Iosue p. 1. cap. 6. quæst. 15. in princip. Quanto autem aliquid est magis gratuite donatū tanto maiores gratiarum actiones pro eo exhibendæ sunt, vt casus pluuiarum, per quem sustētamur scilicet quia terra producit cibos, est ex gratuito dono Dei, sine meritis nostris; imo etiam si nos demereamur, vt enim dicitur Matth. 5. Deus facit oriri solem suum super bonos, & malos, & pluit super iustos, & peccatores, & ideo ei multas gratias referre debemus. vide sup. Matth. p. 4. ca. 14. q. 99. ibi. sexto quia quanto.

Non sum sicut cæteri hominum, raptores, &c. Pharisæi totum bonum esse putabant in ostendendo exteriorē apparatum, & mundiciam, de mente autem non curabant vt patet Matth. 15. & Marci. 7. vide super Matth. p. 4. c. 15. quæst. 4. & putabant. quod exterior mundicia faceret hominem simpliciter mundum, & illa sufficeret homini, & immunditiam exteriorem reputabant simpliciter immunditiam, & sic discipulus tamquam immundos simpliciter arguebant, quia non lotis manibus mā ducabant. vide sup. Matth. pa. 4. cap. 15. quæst. 17. ideo vocantur à Christo hypochritæ. vide ibidem. quæstio. 27. & dicitur Pharisæi. i. diuisi quia sanctitatis habebant habitum à reliquo populo diuisi, & tamen non habebant vitæ sanctitatem, & interius pleni erant rapina, & omni iniquitate. vide ibidem, quæst. 32. ibidem de Pharisæis, & scribis.

Non sum sicut cæteri hominum. Per inanem gloriam perit merces operis, siue sit mortalis, siue venialis, nam peccādo non potest quis mereri, etiam si solum venialiter peccet, quia non potest, quis mereri, nisi per hoc, quod opera eius Deo placent, nullum tamen peccatum placet Deo, quia si placeret ei, iam peccatum non esset. vide super Matth. parte 3. cap. 6. quæst. 8. in responsione ad primum De gloria inani habes multas quæstiones super. Matth. p. 3. cap. 6. insidiatur inanis gloria bonis operationibus ad hoc, quod pereant, & ideo Christus in singulis generibus bonorum operum, suasit cauendam esse inanem gloriam, tam in ieiunio, quam in eleemosina vide sup. Matth. p 4. cap. 14. quæst. 144.

Non sum sicut cæteri hominum. Iactabat se, & iactantia pertinet ad superbiam, & ad inanem gloriam, sed diuersimode est enim species superbiæ, quantum ad causam interiorem, quæ est arrogantia, & c. sed quantum ad finē est filia inanis gloriæ, vide sup. Matt. p. 3. cap. 6. q. 10. in responsione ad primum.

Raptores. Rapina est violenta oblatio rerum præsente Domino, & defendere non potente, vide sup. Leuit. c. 19 q. 6. super illud; non facies furtum differt autem rapina à furto, & vsura. nam ista tria sic se habent per ordinem, quod furtum se habet plusquam rapina, & rapina plus quam vsura. de ratione furti sunt duo, primum vsurpatio rei alienæ, secundum quod sit occulta per primum furtum includit rapinam, per secundum distinguitur ab ea, de ratione rapinæ sunt tria, primū quod sit vsurpatio rei alienæ, & ex hoc extenditur ad vsuram, & etiā collocatur sub furto secundum est quod vsurpatio sit sciente Domino, & per hoc rapina differt à furto, & extenditur ad vsuram tertium est, quod vsurpatio sit penitus violenta, & per hoc distinguitur ab vsura in qua nō est talis violentia, de ratione vsuræ sunt tria quæ omnia vide sup. Iudic. cap. 11. q. 62. in princip.

Iniusti, adulteri, &c. Vide in tabula generali, verbo iniustus, & iniustitia. & adulter, atque adulterium.

Non sum sicut cæteri hominum raptores, adulteri. &c. Peccauit Phariseus iste, dicendo hæc, licet diceret coram Deo, primo quia mentitus est dicens: non sum sicut cæteri hominum idest non sum malus, sicut alii homines, & tamen ipse malus erat, quia ex hoc, quod dicebat se non esse malum, sicut cæteri, erat superbus, & superbia quædam iniquitas est secundo quia condemnauit alios homines, vocans eos adulteros iniustos, raptores, & in particulari condemnauit Publicanum, qui [illegible] abat corā

Domino,

Domino, iudicare autem alios peccatum est tertio quia dixit hoc ex quadam superbia, scilicet confidens de iustitia sua, & contemnendo alios, vt patet in eod. ca. 18. cum dicitur dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant, & aspernabantur cæteros parabolam, &c. duo homines, &c. quarto peccauit quia publice hęc dixit in tēplo, & poterat ab alijs audiri, & sic potius in laudē suā; quam in laudem Dei dicebat quinto quia manifeste apparet, quod dixit illa animo laudandi se, eo quod nō dixit beneficia, quæ Deus ei contulerat, sed bona quæ ipse faciebat. vide super primum Paralip. cap. 17. quæst. 31. vide etiam super 2. Reg. cap. 18. quæstio. 13. in fine quibus in locis perspiciens, quod non semper referre in oratione bona quæ homo gessit est peccatum.

Non sum sicut cæteri hominum raptores, adulteri, &c. Pharisæi non sunt contenti, vt similes alijs sint, sed vt meliores omnibus videantur. vide sup. Matth. p. 6. c. 23. q. 231. in medio.

Ieiuno bis in Sabbatho. Ieiunant Pharisęi bis in sabbatho, i. in hebdomada. vide super Matth. parte 4. cap. 15. quæstio. 31. in fine.

Decimas do omnium, quæ possideo. Quomodo decimæ sint debitę in substentationem ministrorum Ecclesię, & q d sit decima, & quomodo cadant sub pręcepto, vide in tabula generali: verbo: Decima Decimæ.

Publicanus autem à longe stans, nec audebat oculos ad cælum leuare. Cum petere velit à Deo remissionem peccatorum primo humiliat se, quia maxime necessaria est humilitas in principio omnium bonorum operum, nō solum inquantum est ipsa bonum quoddam, sed etiam potius in quantum est conseruatiua cęterorum bonorū nam si humilitas deest, mox per superbiam, aut per inanem gloriam, omnium virtutum fructus peribit. vide super Matth. p. 3. cap. 11. quęst. 61. in fine. ipsa igitur sola custodit alias virtutes ne pereant; nam ipsis virtutibus diabolus insidiatur per inanem gloriam, quam tollit humilitas. vide super Matth. parte 5. cap. 18. quęst. 17. in medio.

Nec audebat oculos ad cælum leuare. Humilium ista est cōditio, vt non respiciant, quantum proficiunt, sed quantum à profectione deficiunt, non quid merentur, sed quod demerentur bona autem aliorum humiles considerant, & appretiantur. vide super Iudic. cap. 8. quæst. 6. Dupliciter autem se potest habere humilis humiliando se, vel non æstimando se tantum, quantus est, vel negando de se aliquam profectionem, quæ in eo est. primo mō non est peccatum, immo est conditio vere humilium, quod nunquam surgant ad considerandum laudes suas, sed magis considerant defectus, & ex his reputant se indignos omni bono, qui vero superbi sunt nunquam humiliantur ad cognoscendum deffectus suos, sed si aliquid est in ipsis laudabile considerant, secundo modo humiliare se, potest esse cum peccato, vt si aliquis quæreret, ieiunasti, aut orasti vnquam? & ipse, vt ostenderet humilitatem diceret, nunquam ieiunaui, aut oraui. si quis tamen de se falsa existimat propter humilitatē, nō peccat, vt reputando se indignum aliquo honore, & dignitate. Vide super primum Reg. p. 2. cap. 18. quæst. 29. in medio.

Sed percutiebat pectus suum. Hic enim se Deo subiicit, quia vera humilitas importat præcipue subiectionem hominis ad Deum. vide super Matth. pa. 5. cap. 18. quæst. 17. post medium.

Domine propitius esto mihi peccatori. In oratione sunt petēda illa bona, sine conditione, quæ absolute bona sunt, & nullo modo possunt esse mala, cuiusmodi est vita æterna, virtutes, remissio peccatorum, & c. vide super secundum Paralip. cap. sexto. quæstio. decimaseptima versus finem.

Domine propitius esto mihi peccatori. Oratio semper fit pro eo, quod desiderandum est, & per nos ipsos haberi non potest, siue sint bona temporalia, siue spiritualia. Vide super Matth. p. 2. cap. 6. quæst. 112.

Domine propitius esto mihi peccatori. Petit remissionem à Deo, quia ipse est, qui vere remittit peccata, tanquam efficiens principale, & sic quando Sacerdos absoluit à peccatis, Deus agit principaliter, quia effectus, qui ibi intenditur est spiritualis, quem homines non possunt per se inducere immediate, ideo à Deo inducitur & homines sunt ministri, vide super Matth. p. 5. cap. 18. quęst. 118. & licet, sint tres personę diuinę, non tamen sunt tres remissiones peccatorum, quia eadem remissione qua remittit vna persona, remittunt cęterę, & omnes tres personę sunt vnus remissor peccatorum, sicut sunt vnus creator, & vnus Dominus, quia in personis non multiplicantur actus? nisi rationales, non autem essentiales, qualis est iste. vide super Matth. p. 5. cap. 17. quæst. 75. in fine.

Descendit hic iustificatus in domum suam. Remissio peccatorum attribuitur fidei, charitati, & pęnitentiæ, primo fidei quia qui non credit iam iudicatus est, & non potest placere Deo, & hoc quia ipse est principium iustificationis, s. credidit Abrahā Deo, & reputatū est illi ad iustitiam. Gen. 15. & Ad Rom. 10. secundo attribuitur charitati, quia charitas operit multitudinem peccatorum tertio pænitentiæ quæ est immediatum remediū ad remissionem peccatorum vide super Matth. p. 5. ca. 18. quæst. 146.

Descendit hic iustificatus Si aliquis sit in peccato, & oret pro peccatis alterius, s. quod alterius peccata remittantur, non exaudit Deus talem orationem, si tamen aliquis sit in peccato, & oret, vt dimittantur sibi peccata propria confestim remittuntur; homo, enim ad orandū pro se ipso nulla indiget dispositione præuia; sicut ad orandum pro alio vide super Exod. p. 2. cap. 29. quæst. 9. quasi in medio.

Descendit hic iustificatus. Et non est mirum, quia Deus statuit iustas virorum iustorum orationes apud se exaudire. vnde cum Moyses vir iustus oraret, Deus eum exaudire volebat, & ideo dicebat, dimitte, vt irascatur furor meus, Moyses, enim tenebat oratione Deum, vt non deleret Israelitas, & loquitur ad modum alicuius patris, qui offensus à filio suo leuet gladium in manu, & signat se velle percutere filium, dicitque astantibus, dimittatis me percutere eum, in quo notat quod vult teneri ne lædat vide super Exod. parte 2. cap. 32. post qu. 16. circa illud; dimitte, vt irascatur.

Descendit hic iustificatus. Oratione, enim sanantur pestes animę, ieiunio vero pestes corporis immo tria sunt quę faciunt contra peccatum, oratio ieiunium, & eleemosina. oratio quia repugnat immediate spiritui superbiæ, & tollit locū prauis cogitationibus propter hoc, quod occupat mentem eleuando eam in Deum, ieiunium directe repugnat vitijs carnis, quia macerat carnem; vt dicit Terentius: sine Cerere, & Baccho friget Venus; eleemosina autem directe repugnat auaritiæ, vide pulchra super Matth. parte 3. c. 6. q. 32. in resp. ad primum argumentum.

Qui se humiliat exaltabitur. Talis conditio superborum est, quod modicam humiliationem in tantum intolerabilē reputent & putent se infimos esse, cum modicum humiliati fuerint. vide super Gen. cap. 16. super illud, affligente igitur eam.

Qui se exaltat humiliabitur. Sicut Senacherib, ita superbus erat, vt contemneret habitatores Ierusalem, indicans, quod nullo modo possent ei resistere, nec etiam Deus suus posset liberare eos, irridebat, enim populos Ierusalem, dum ipsi non aspicerent; sicut dicitur 4. Regu. 19. post tergum tuum caput mouit filia Ierusalem. Deo exprobrabat, & ipsum blasphemabat, cōtra ipsum exaltabat vocem, in excelsum oculos leuabat, dicebat in multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium, Deus tamen nimis eum humiliat, & ait, verba superbiæ tuæ ascenderunt ad me, quando, s. dicebat; quod Deus non posset liberare Ierusalem de manu sua; sicut nec etiam dij gentium liberauerant terras suas de manu Assyriorum, & ideo (ait Dominus) ponam circulum in naribus tuis, s. domabit eum Deus trahendo vbicunque voluerit, cum posuerit circulum ferreum in naribus suis, quod ad bubalos pertinet, & sunt animalia ad modum boum. & minatur quod in labijs ponet frenum, siue capistrum, tanquam si esset iumentum, &

multa

munita aliu. vide super 4. Reg. cap. 19. post qu. 15. super illud, spreuit te, & subsannauit te virgo filia Syon per totum vsque ad quæst. 16. vide etiam ibidem quæst. 18. post principium.

Qui se exaltat humiliabitur. Hoc potest dupliciter intelligi primo quod qui exaltat iactando se de bonis, quæ habet, vel de illis, quę non habet apud homines, humiliabitur, i. tenebitur vt humilis, vel abiectus apud Deum, & hoc modo, omnis qui peccat, humiliabitur apud Deum, i. paruus reputatur qui autem se humiliat, idest paruum iudicat se, & contemptibilem etiam si habeat excellentiam, exaltabitur apud Deum, quia Deus reputat illum, vt excelsum. alio modo potest intelligi, quod qui se exaltat in hac vita superbiẽdo de aliqua excellentia, quam habet, vel non habet, vel se de ea iactat, humiliabitur, idest deprimetur in inferno, quia non potest esse status contemptibilior quam manere in inferno, eo quod ibi nullum bonum manet, in quocunque autem alio statu, vel manet bonum, vel species boni, quę in inferno non est tertio modo potest intelligi pro statu præsenti, qui se hic exaltat, humiliabitur hic nam aliqui extolluntur premendo proximos suos, quasi subditos & illos Deus interdum deijcit à statu suo, & hoc est humiliare eos; & e contra qui se humiliat exaltabitur, s. quia aliqui humiliant se hic corám Deo, & hominibus nullo modo dignos se reputando. & Deus illos extollit hic, dando magnos honores in vita. sic dicitur 1. Reg. 15. de Saule, s. cum paruus esses in oculis tuis caput factus es in tribubus Israel. & Lucæ. 1. esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes, i. exaltauit humiles, & depressit diuites. vide super Matth. p. 6. cap. 23. q. 72.

Qui se humiliat exaltabitur. Vide Dominica sextadecima post Pentecost. super illud; qui se humiliat exaltabitur.

Qui se humiliat exaltabitur. Qui plura desiderat de humilitate. videat super Matth. p. 5. cap. 18. a q. 15. vsque ad vigesimam secundam in quibus enumerantur gradus humilitatis, & alia pulchra habentur.

DOMINICA VNDECIMA Post Pentecosten.

Marci 7.

Exiens Iesus de finibus Tyri. Tyrus Ciuitas est Phenitiæ prouinciæ in qua sepultus est Origenes doctor eximius, qui inter Christianos tempore suo floruit. vide super secundum Paralip. cap. 2. q. 1. super illud misit quoque ad Hiram Regem Tyri. & est hęc Ciuitas in littore maris iuxta Sydonem, quæ coniungitur terrę promissionis in angulo lateris occidentalis, & septentrionalis. vide auctorem super Gen. Tyrus Ciuitas famosissima est in littore maris Mediterranei, quæ quondam fuit domina mercatorum, & tantum diuitijs affluebat, vt Rex eius Deum se appellaret, dicẽs quod in cathedra Dei sedit in corde maris. Ezech. 26. gloriam autem Ciuitatis huius, & frequentiam populorum, & nationum venientium ad Ciuitatem istam, late ponit Ezech. contra eam loquens. cap. 27. erat Tyrus Ciuitas famosior, quam Sydon, quæ postea per Alexandrum magnum destructa est. vide super secundum Paralip. cap. 2. q. 1. circa illud. misit quoque ad Hiram. vide etiam super 1. Paralip. cap. 14. quæst. 2.

Exiens de finibus Tyri venit per Sydonem. Sunt, enim ambę Ciuitates in Syria in terra Phænicis nõ multũ distãtes a Ierusalem, & sunt in confinio terrę sanctę, vel vt aliqui volunt intra eam, vide auct. locis citatis. & super Matth. p. 3. c. 11. post qu. 43. sup. illud, quia si in Tyro, & Sidone, vide etiam Iosue 19. & 3. Reg. 5. & sunt duæ vrbes, vt dictum est in terra Phænicis, quæ data est Iudæis in sortem tribus Aser, vel iuxta illam, vt ait Iosue 19. & tota circundatur mari, nisi ex vna parte, qua est accessus ad terram. Sydon etiam est iuxta mare, sed non est circũdata mari, & distat a Tyro per viginti unã leucas, vel quasi, & sunt istæ ciuitates ad radices montis Libani ex parte occidentali ipsius montis, vbi mons ipse magis appropinquat ad mare, & Tyrus est magis propinqua Ierusalem, quam Sidon, quæ est magis Aquilonaris, quam Tyrus per vndecim leucas per littora maris mediterranei & Tyrus fuit gloriosior vrbs, quam Sidon propter magnum concursum mercatorum, & de vrbe Tyro fuit Dido, quæ condidit Cartaginem, & c. vide sup. Matth. p. 4. c. 15. q. 55.

Venit per Sydonem. Vt Tyrios Sydoniosq; curaret, faciẽdo miracula. vide super Matth. parte 4. cap. 15. quæst. 58. & quæst. 63. & q. 87.

Inter medios fines Decapoleos. Ad redeundum de terra illa in mare Galilææ, oportebat, quod transiret per regionem Decapolis terra decem Ciuitatum, quæ incipit à Sydone in parte occidẽtali, & terminatur in parte Oriẽtali in mari Galilææ, & sunt ibi decem vrbes præter parua oppida. vide sup. Matth. p. 4. c. 15. q. 87.

Et adducunt ei surdum, & mutum. Vide Dominica tertia quadragesimæ super illud, & illud erat mutum.

Adducunt ei surdum, & mutum. In tribulationis recursum debemus habere ad Christum qui est Deus, nam ipse ab omni tribulatione liberat, & hoc quadrupliciter. Primo faciendo ne nobis aduersitas superueniat, hoc tamẽ raro facit quia potius viri sancti in mundo affliguntur quia qui pie viuere volunt persecutionem patiuntur. 2. Timo. 3. interdum tamen Deus liberat quosdam viros bonos ne affligantur. eo quod scit eos esse impotẽtes ad sustinendum, & in malum flecterentur, si in tribulationes inciderent. Secundo modo liberatur homo à malis per hoc, quod Deus hominem consolatur in aduersitatibus præsentibus, & grauantibus nemo enim sustineret tribulationes si Deus non consolaretur secundo ad Cor. 1. nolumus vos ignorare de tribulatione & c. 3. liberatur homo à Deo qui afflictis tot bona facit post tribulationem, quod præterita mala obliuioni traduntur 4. liberatur homo à Deo, quia tribulatio, & angustia cõuertuntur homini in bonum, vide sup. Matth. p. 3. ca. 6. quæst. 119. in medio.

Et deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Quisquis est in tribulatione, & angustia, orare debet, vt liberetur ab ea. vide sup. Matth. p. 4. cap. 14. q. 140. in fine.

Misit digitos suos in auriculas eius. Vide super Matth. p. 4. cap. 15. quæst. 92. & feria quarta post Dominicã quartam quadragesimę, super illud; expuit in terram. & super illud, vade, & laua in natatoria Siloe. & feria quinta post quartã super illud, noli flere, tibi dico surge. & feria sexta post quartam super illud, vbi posuistis eum, vsque in finem. quibus in locis agitur de miraculis Christi, & de modo faciendi ea.

Et præcepit ne cui dicerent. In Christo nõ erat gloria vana, & non gloriabatur de suis operationibus. licet inanis gloria reperiatur vt plurimum in viris magnis. vide super Matth. p. 5. cap. 18. q. 5.

Misit digitos suos in auriculas eius. Vt ostenderet quod ipse erat, qui sanabat eos. vide super Matth. parte 3. cap. 9. quæst. 142.

Et præcepit ne cui dicerent. Ad ostendendum, quod debemus fugere inanem gloriam, volebat, enim sepissime miracula sua aliqualiter occultare, vnde & cęcos illuminauit Matth. 9. in domo solus, & non in via coram tota multitudine vide super Matth. p. 3. cap. 9. qu. 139. quare autem præceperit eis ne cui dicerent, possunt assignari eędem rationes quas auctor adducit Matth. 9. de cęcis. & ratio prima est, propter humilitatem, vt non videretur gloriam sęculi quęrere secundo quia annunciare miracula pertinebat ad Apostolos. tertio quia ipsi volebant laudare eum in se ipso, hoc autem nolebat. vide super Matth. p. 3. cap. 9. quæst. 144.

Tanto magis plus prædicabant. Vide doctrinam quæ traditur de cęcis loco citato quæst. 145.

DOMINICA DVODECIMA Post Pentecosten,

LVCÆ. X.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Apostoli dicuntur oculi Christi, quantum ad speculationẽ, vel altissimã cognitionem, quia illi profundissime intellexerunt mysteria Ecclesię, quæ nobis paruulis celantur. vide super Gen.cap.49. post quæstio. 4. circa illud; dentes eius lacto candidiores.

Beati oculi qui vident. Vtique beati, quia tota beatitudo consistit in visione Dei, & non datur alicui per ministros, sed Deus dat illam per se ipsum cuilibet, immo etiam disponit homines immediate per se ipsum ad illã dando eis habituale lumen glorię, vt videre possint Diuinam essentiam. vide super Matth.p.5.cap.20.q.5. ibi. dicendum, quod hoc non stat, & qui vident Christum sunt beati, nam ipse est Deus, & finis noster, & eius visio est vita ęterna vide super Matth.p.7.cap.25. quæst. 44. in medio.

Beati oculi qui vident. Idest beati oculi mentis, qui cognoscunt ipsum Deum. nam in sola cognitione Dei constituitur vera beatitudo hominis, cognoscitur autẽ Deus quadrupliciter, confuse, & vniuersaliter, qualis est cognitio vulgarium, alia est cognitio per demonstrationẽ secundum quam aliqua de Deo philosophi tradiderũt alia est cognitio per fidem, quarta est cognitio per essentiam, & in hac cognitione consistit beatitudo vide super Matth.p.2.cap.5. qu.37. & quæst.38. & quæst.39. & quæst.40.

Beati oculi qui vident. Non est sensus quod Apostoli viderent in hac vita diuinam essentiam oculis corporalibus; si videbant vt D. Paulus vidit, raptus ad tertium cęlum quia hoc est impossibile, quia nec etiam in vita ęterna post resurrectionem eam videre poterunt oculis corporalibus quia per nullam potentiam poterit eleuari oculus ad hoc, quod Deum videat; vnde Hieronimus. non solum Deitatem patris, sed nec filij, nec spiritus sancti oculi carnis videre possunt, nec aspicere; sed oculi mentis, de quibus dicitur: beati mundo corde. &c. vide super Matth.p.2.cap.5.q.41. quandiu homo in corpore viuit, non potest videre Deum per essentiam. quia Exo. 23. dicitur: non videbit me homo, & viuet. Glosa dicit; quandiu in corpore viuit, videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem videri non potest. repugnat ergo quodammodo, quod aliquis sit in statu viæ, vt videat Deum per essentiam; sicut repugnat, quod aliquis sit in termino motus, et tamen adhuc moueatur, nam visio Diuinæ essentiæ est beatitudo cuiuslibet intellectus, sed beatitudo est finis vltimus ergo qui habet illum non mouetur ad aliquid, via tamen dicit motum, quia est medium inter terminum a quo, & in quem. ergo quando aliquis est in via non videt per essentiam Deum. vide super Matth.p.2.cap.5.q.46. quomodo autem Moyses, & D. Paulus viderint, vide ibidem in solutione argumentorum.

Beati oculi qui vident. Duplex est beatitudo, quædam imperfecta, qualis, s. in hac vita est, ad quam requiritur corpus: alia est perfecta, quæ consistit in Dei visione, & ad hanc non requiritur corpus, quia totum quod est de substãtia huius beatitudinis, anima separata potest habere, contra quosdam, qui dixerunt, quod animę separatę non habent beatitudinẽ, vsque ad diem iudicij, requiritur tamen corpus ad perfectionem beatitudinis quo ad bene esse, quia corpus aliquomodo pertinet ad perfectionem animæ, vide super Matth.p.1.cap.5. quęst. 53.

Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Vnde Petrus in transfiguratione dicebatur bonum est nos hic esse, quia tantam degustauerat dulcedinem in visione, claritatis gloriosę Christi, quod cupiebat nunquam deficere illã visionem, nunquam, enim putabat, quod posset in hac vita aliquid iucundius videre, & quia si inde recederẽt, forte non continuaretur illa delectatio, vel saltem ad modicum tempus interrumperetur dum illinc se transferrent, optauit, quod nunquam inde recederent, sic dicit Beda. si enim transfigurata Christi humanitate duorumque sanctorum ad punctum visa societas delectat vt eos ne discendant in obsequia Petrus sistere velit, quanta erit felicitas visionis Deitatis inter choros Angelorum adesse perpetuo. vide super Matth.p.4.c.17.qu. 61. immo & tabernacula facere volebat, vt in ęternum maneret in illa visione ibidem. quæst.62.

Beati oculi, qui viden. Non solum claritas, & decor corporis Christi erit ad glorificationem corporis eius, sed etiam ad glorificandum alios beatos quodam modo, quia sicut beatitudo animæ omnium beatorum erit in visione Deitatis, ita aliqua pars beatitudinis corporalis erit in videndo claritatem, & decorem corporis Christi, vt sicut eius deitas nos beatificat; ita & humanitas quodammodo beatificet, vide super Matth.p.4.ca. 17.q.39. ante medium.

Multi prophetæ, & Reges voluerunt videre. Humanitas, etiam Christi solum a beatis intuetur gloriosa, & licet in die iudicij appareat Christus in forma humanitatis gloriosæ, tamen & prophetis, & Regibus, & alijs, qui non erunt beati, non dabitur hoc ad gloriam vel gaudium, sed ad tristitiam, & licet Christus non dabit eis videre illam gloriam humanitatis ad hoc, quod tristentur, quasi iste sit finis, tamen ipsa visio potius inducet eos ad tristitiam, quam ad gaudium. vide super Matth.p.7.c. 25.q.328. in responsione ad quartum argumentum.

Multi prophetæ & Reges. &c. Vnde Ioan. 1. vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti, dicitur quasi vnigeniti, licet vere esset vnigenitus, ad ostendendum, quod totum, quod apparere debebat in vnigenito vero, ad hoc, quod putaretur vnigenitus apparuit in illo. vide super Matth.p.4.cap.16. quæst.50.

Multi prophetæ, & Reges. Nomen prophetę specialius cõpetit Apostolis, tria, n. sunt nomina, q specialiter illis cõueniunt, s. Propheta iustus, & discipulus, erãt, n. Apostoli Prophetæ, & plusq Prophetæ quia plura ipsi cognouerunt, q Prophetæ, & viderũt quę Prophetis non ostẽsa sunt, vt patet in littera fuerunt etiam Prophetę, quia multa de futuris prædixerunt, & quandocunque opus erat reuelabat eis spiritus sanctus futura. vocantur etiã iusti, &c. vide super Matth.p.3.cap.10. quæstio. 143. ibi tertio. pręferuntur etiam ipsi Apostoli Prophetis in maioritate gratię gratis datæ. vide super Gen. in præfatione D. Hier. in Pentate: post textum: quid igitur? damnamus veteres? circa illud. quos ante Prophetas inter spiritualia excesserunt etiam Prophetas veteris testamenti in faciendis miraculis. nam illi per alios non faciebant, alij autem faciebant nomine Apostolorum vt patet de mortuis suscitatis per tunicam B. Ioan. quam posuit super eos ex mandato eius quidam infidelis, vide plora & pulchra. super 4. Reg.c.4.q.50. per totum. excesserunt Prophetas veteris testamenti, primo in modo Prophetiæ, quia Deus erat promptus ad loquendum, per Apostolos, & alios ministros noui testamenti, quandocunque vellent, in tantum, quod non oportebat eos cogitare quid loquerentur sed spiritus sanctus immediate loquebatur per eos. Matth. 10. non erat autem sic in aliquo Propheta veteris testamenti nam non habebant Deum promptum, quando volebant aliquid cognoscere, sicut dixit Elisæus 4. Reg. de sunamite. &c. secundo excesserunt ex parte rerum reuelatarum tertio ex parte miraculorum quarto quia loquebantur omnibus linguis. vide super Matth.p.1. in præfatione quæst.6. ante finem. Ioan. Baptista fuit Propheta, & plusquã Propheta, tamen Apostoli fuerunt maiores eo, Ioannes excellit Prophetas in hoc, quod Prophetę prænunciabant, & non ostẽdebant, Ioan. autem etiam ostendebat, sed solũ Iudęis ostendit. Apostoli autem toti mundo eum ostendebant, & ideo excedunt Ioannem, etiam plenius cognouerunt Christum quam Ioan. quia audierunt semper doctrinam eius, & conuersati sunt cum eo, quod denotat magnam excellentiam, vt patet in litteram, Ioann. autem non conuersabatur cum eo. vide super Matth. parte 3.cap.11. quæstion.34. vide etiam ibidem quæst. 35. in fine.

Et ecce

Et ecce quidam legis peritus tẽtans eum; & dicens. magister quid faciendo vitam æternam possidebo? Licet ille tentaret, tamen Deus ei directe respondet, nam semper respõdit omnibus quærentibus siue tentatione, siue quomodocunque petant, ne videatur ignorans facere. sed differt, quia eis qui quærunt bono animo respondet Christus plane, satisfaciendo intentioni eorum qui autem tẽtatione agunt, an id super quo eum tẽtant est tale quod oporteat taceri, siue non fieri, aut aliquid, quod potest dici, & fieri. si primo modo respondet, ostẽdendo quod non potest fieri, quod petunt, vel respõdet ad id, quod quæritur si autem id super quod fit tentatio est tale in quo aliquid respondere potest, aut tentatores sunt maligni, scilicet ad nocendum tentantes, vel vani, s. solum ad habendum aliquam gloriam ipsis, si primo modo respondet conuincens eos circa malitiam, & tamen non aperit eis, id de quo quærunt, iuxta intentionem ipsorũ seu circa hoc differt, quia vel tentator percunctatur in suo re, aut conuertitur ab iniquitate, si pri mum sic vt dictũ est. i secundum respiciat si autem vanus, quærens sibi laudem & non intẽdens inferre Christo aliquod malum, respondet ei sed malum sumi ut aliquando pro nocumento corporali, aliquando pro quocunque quod homo nollet sustinere, s. quod alius ratione superet eum & vincat, primo modo non resp. directe. si autem tentãs vult solum sibi ipsi aliquam gloriam, licet non intendat superare Christum neque ponere eum in aliqua ig ominia, & talibus respondet Christus directe, & talis est tentator hodiernus cui respondet Christus vide plura super Matth. p. 6. cap. 22. q. 263. per totum.

Tentans eum. Tentator signat officium, diabolus autem vocatur tentator cum dicitur, & accedens tentator ergo officium tentandi est diab li quia alias non vocatet eum absolute tentatorem. super Gen. cap. 13. qu. 419.

Tentans eum. Tentare Deum proprie dicimur, cum negle to eo, quod per humanam industriam agere possumus, totos nos diuino regimini subijcimus expectantes a Deo escam, aut vestem, aut omnium aduersitatum liberationem, & hoc intelligitur, nisi propositum sit sub præcepto; vt de non portando sacculum, neque peram, &c. Luc. 10 & de non præmeditando, quid loquendũ sit coram principibus, &c. Luc. 22. dum fiet ante Reges, aut præsides. vide super Exod. p. 1. ca. 2. qu. 3. in responsione ad secundum argumentum.

Tentans eum. Tentare Deum est implorare, vel experiri velle diuinam virtutem sine necessitate, & vtilitate. vide super Matth. p. 2. cap. 5. q. 255. in responsione ad quartũ argumentum, & super Exod. loco citato. & ob hoc vetitũ est tentare Deũ, quod tentans dubitat de potestate eius, quem tentat. Matth. p. 4. c. 16. q. 12.

Tentans eum. Tentare proprie nihil aliud est, quam experimentum sumere de aliqua re, & sic tentare hominem est velle habere experimentum de virtute eius, & dupliciter habetur experimentum de virtute hominis, secundum quod ad virtutem pertinent duo. s. declinare à malo, & facere bonum. psal. 33. declina a malo, & fac bonũ. & c. vide super Matth. p. 3. cap. 6. q. 117. & sup. Deut. c. 6. q. 10. & cap. 6. quæst. 6. circa illud, non tentabis Dominum Deum tuum. & sup. Gen. c. 22. sup. illud tentauit Deus Abraham, & super Matth. parte 4. cap. 16. quæst. 4. & quæst. 12.

Tentans eum magister quid faciendo &c. Tentare potest aliquis tripliciter interrogando, vno modo quando ex responsione alterius vult inferre aliquod malum contra respondentẽ, & ista est pessima interrogatio tentatoria, sic faciebant Pharisæi, &c. aliquando tentans interrogat vt experiatur scientiam respondentis, sic faciunt magistri interrogantes discipulos, &c. tertio interrogat vt ostentationem sui faciat conuincendo respondentem, vel cogendo eum ad confitendum ignorantiam suam, & istum modum tentãdi tenuerunt Saddacæi cum Christum interrogauerunt, &c. Matth. 22. vide sup. Matth. parte 6. cap. 22. 138. ibidem sed dicendum, quod illi tentabant.

Magister quid faciendo &c. Quomodo Christus dicatur Magister vide in tabula generali, verbo Magister.

In lege quid scriptum est. In lege Moysi erãt quædam, quæ partim in Deum, & partim in proximum ordinabantur & alia quæ totaliter in Deum, & alia totaliter in proximum, ad primum pertinebant præcepta decalogi, ad secundum cæremonia, ad tertium præcepta iudicialia. vide sup. Exod. p. 1. cap. 18. quæst. 4. super illud, ostendasque populo cæremonias, & quia data est lex ad faciẽdos homines amicos Dei oportuit, vt haberet præcepta moralia ad faciendos homines bonos, quod præsupponebatur ad amicitiam Dei. vide super Exod. part. 1. cap. 20. quæst. 32.

In lege quid scriptum est? Bene hoc ait; quia doctrina legis ad tria extendebatur, & ordinabatur primo ad cognitionem Christi in lege promissi. secundo ad salutis consecutionem per mandatorum impletionem, quia dicitur Matth. 19. si vis ad vitam ingredi serua mandata tertio, ad cultum vnius Dei obseruandum. vide sup. Matth. p. 6. cap. 23. post quæst. 72. circa illud; væ vobis Scribæ, & Pharisæi.

In lege quid scriptum est? Diliges Dominum. Hoc est præceptum lex autem & præceptum idem sunt, licet non conuertibiliter, quia quodcunque præceptum quodcunque fuerit, illud præceptum est non tamen lex, quia lex vnum concernit nec etiam quia lex proprie circa scripta sunt mandata autem possunt esse etiam non scripta. vide super Exod. parte 2. c. 24. quæst. 16. super illud; & legem, ac mandata.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. De amore Dei, vide, in die Pentecostes, & Feria secunda.

Diliges Dominum Deum tuum. Hoc mandatum de dilectione Dei et. in lege, accipiẽdo etiam lex multipliciter, & quomodocunque accipiatur quã unicunque stricte, est mandatum illud in lege nam ponitur Deut. 6. cap. & ille liber vocatur Moysi sed de quibus mandatis est? vide sup. Matth. p. 6. cap. 22. q. 268.

Diliges Dominum. Quomodo hoc sit primum mandatũ. vide ibidem quæst. 269. quare autem dicitur in lege, diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. vide ibidem quæstio. 270. & quæst. 281. quid significetur per hæc ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus, & tota mente. vide quæst. 272. quare in hoc præcepto dilectionis Dei ponantur istæ determinationes scilicet ex toto corde, & c. & non in aliquo alio. vide ibidem, q. 274.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. Ad diligendum Deum in toto corde oportet auferri omnia obstacula, quæ impediunt dilectionem eius, & potissime cultum aliorum Deorum, vt patet 1. Reg. 7. cum dixit Samuel ad totum Israelem reuertimini ad Deum in toto corde vestro, auferte de medio vestri Deos alienos, Baalim, & Astaroth & præparate corda vestra, & seruite Deo soli. vide super secundum Paralip. c. 6. q. 8. sup. illud; qui ambulant coram te.

Diliges Dominum Deum &c. Homo in statu naturæ cõditæ vel integræ poterat diligere Deum super omnia sine aliquo dono gratiæ gratis datæ & etiam sine gratia gratum faciente; non tamen poterat hoc sine auxilio Dei mouente eum ad hoc, quod sic accipiendum est, homo in statu naturæ integræ poterat operari virtute naturæ suæ bonum sibi connaturale absque additione gratuiti doni, quia alias esset priuatæ naturam omni operatione, & tam statu autem naturæ corruptæ indiget homo duobus ad diligendum Deum super omnia scilicet quod mouatur a Deo, & quod detur ei donum gratuitum, per quod sanetur corruptio naturæ, vt non impediat hanc dilectionem, & ista est gratia vel charitas, quæ naturæ corruptionem sanat. vide super Matth. par. 5. cap. 19. quæst. 177.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. An sit possibile diligere Deum ex toto corde, quia totum, & perfectum idem sunt ex Arist. 3. Phys. & ratio perfecti consistit in hoc, quod nihil desit quod dupliciter contingit: & secundum hoc attenditur duplex totalitas in dilectione Dei, vna qua nihil deerit de his, quæ hõ potest expendere in amore Dei, quin totum dilectione eius ponat, & hoc est quod nihil cogitemus vnquam

vitæ æternę? aliqui dicunt quod non, quia merces est finis eorum quæ diliguntur propter mercedem, sed finis magis diligitur quam ea, quæ sunt ad finem, si ergo Deum propter aliquam mercedem diligitur magis illa merces, quam Deus diligeretur sed veritas est, quod charitas Dei stat cum intuitu mercedis, quia vt dicit glossa spes generat charitatem, sed spes est expectatio mercedis, ergo charitas potest esse cum intuitu mercedis, & ad Hebr. 11. dicitur, quod sancti patres aspiciebant ad remuneratorem. vide super Matth. p. 6. ca. 22. quæst. 304. merces autem dicitur præmium, quod quis ex labore, vel opere aliquo meretur, præmium autem est, quod alicui in bonum eius redditur. vide ibidem.

Hoc fac & viues. Vtrum obseruare legem Moysi sit necessarium ad vitam æternam, vide super Matth. pa. 5. cap. 19. quæst. 128.

Sacerdos viso illo præteriuit. Sed quid? sacrificia offeret? profecto melius est exercere opera misericordiæ ad proximum, quam sacrificare, iuxta illud misericordiam volo & non sacrificium, sed hoc non intelligebant pharisæi, quia putabant totum bonum hominis ac eius sanctitatem consistere in sacrificare Deo, &c. vide super Matth. p. 4. cap. 15. q. 19. misericordia est subuenire homini patienti necessitatem, sacrificium autem dicitur quicquid ad cultum Dei pertinet, inter omnes autem ceremonias diuini cultus sacrificium excellebat, cum autem dicitur misericordiam volo &c. est sensus, quod Deus vult magis, quod pereat aliqua de cærimonijs cultus eius, quam quod subtrahatur misericordia, idest prouisio in necessitatibus humanis quibus miserendum est. vide sup. Matth. p. 4. cap. 12. quæst. 28.

Qui fecit misericordiam cum illo. De misericordia habes Dominica prima post Pentecosten. super illud; estote misericordes.

Quod supererogaueris ego veniens reddam tibi. Ibi laudat, & promittit Christus mercedem magnam his, qui super ea ad quæ obligantur ex lege aliquid boni operis supererogant, & tamen Deut. 12. dicitur nec addas quicquam, idest in colendo Deum, supra id quod est in lege, quomodo potest hoc stare? Ratio quod facere aliquod bonum supra legem sanctum est. sed facere supra legem aliquid quod est contra legem, hoc malum est, & prohibetur. vide super Deut. cap. 12. qu. 12. in fine, circa illud, nec addas quicquam.

Quod supererogaueris ego veniens reddam tibi. Cuilibet supererogantis in operando supererogatur aliquid in præmio, vide super lib. Iudic. cap. 19. q. 31. in medio. & super primum. Paralip. cap. 15. q. 29. circa medium. vnde de non est peccatum facere bona super erogationis, nam licet Deus præceperit Moysi Num. 10. quod faceret duas tubas argenteas, si tamen plures fecisset non peccasset licet dicatur Deut. 12. nec addas quicquam, vel minuas; quia circa cęremonias cultus Diuini in sacrificijs, & oblationibus, quando à Deo determinata erant, non licebat alicui addere, vel minuere, & illud erat ad tollendum, ne inciderent Israelitæ in cæremonias Idolatratũ, nam si Israelitę præter cęremonias legis possent addere quascunque vellent, obseruarent simul cęremonias cultus diuini, & cultus idolorum; sed erat Deo odibile, & ideo circa cęremonias sicut peccatum erat minuere, sic, & addere, in alijs autem rebus in quibus periculum nõ erat incidendi in cultus Dęmonum, si opus bonum esset non erat peccatum superaddere ad id, quod Deus iubebat, sed potius meritorium. sic erat de tubis. vide super 1. Paralip. cap. 15. quęst. 29. in medio.

DOMINICA DECIMA TERTIA Post Pentecosten.

LVCÆ XVII.

Occurrerunt ei decem viri leprosi. Quod in tribulationibus recursum debeamus habere ad Christum, vide Dominica Vndecima post Pentecosten. super illud. adducunt ei surdum, & mutum.

Occurrerunt ei decem viri leprosi. Lepra cognoscebatur ex aliquo trium signorum primo si pilorum color mutatus esset in album, rufum, vel flauum à colore pristino, secundo si plagę locus esset profundior, vel humilior reliqua carne, quę vicina est tertio si color naturalis carnis esset mutatus in alborem, vide super Leuit. cap. 13. q. 2. circa illud; quicunque viderit lepram in cute. & etiam qu. 11. super illud; si alba, vel rufa, est etiam hoc signum ad demonstrandum lepram esse in carne; s. quod ipsa caro appareat viua, & dicitur apparere caro viua, quando cutis ablata, vel consumpta est, & apparet ipsa caro rubra, & sanguinulenta, quę sub cute latebat, caro autem quando apparet sub cute non dicitur esse viuens, quoniam non apparet color rei viuentis, & sanguineus, qui est color rei viuentis; illud autem est signum leprę, quia lepra est virtutis corrosiuę. vide super Leuit. cap. 13. q. 3. super illud; ipsa quoque caro viua. quia aũt lepra est morbus reddens hominem inutilem, & est morbus infectiuus, ideo leprosus ejcebatur extra castra, & habebat quædã signa in vestibus, per quę cognosci posset. vide ibidẽ. post quęst. 9. circa illud, quicunque ergo. Tenebantur quidem manere extra castra, nisi quando esset necessitas ineuitabilis, & tunc existentes leprosi intra vrbem manebant separati. vide super Matth. p. 3. cap. 8. qu. 3. in fine. quotiescunque autem in lege veteri manebant extra castra, ponebatur eis signum: vt à longe cognoscerentur, nequis ignorans accederet ad eos, & pollueretur vide super Matth. p. 7. cap. 26. q. 52. in principio ponuntur autẽ extra castra ne sanos inficiant, & ista est consuetudo generalis omnium gentium. extra de coniug. lepro. cap. 1. vide super Leuit. cap. 15. q. 7. post medium.

Occurrerunt ei decem viri leprosi. Frequenter plaga lepræ propter peccatum euenit; sicut patet de Maria sorore Moysi, quæ propter murmurationem percussa est lepra vt habetur Num. 12. sic etiam de Rege Ozia, qui percussus fuit lepra in fronte, quia voluit thurificare, sicut Sacerdotes, vt habetur 4. Reg. 15. vide super Leuit. cap. 14. q. 9. circa illud; & faciet sacrificium. propter hæc duo peccata ergo infligebatur à Deo plaga leprę in veteri testamento, scilicet propter murmurationem de prælatis, & maioribus, vt patet de Maria, & propter inobedientiam ad Sacerdotes, vel quoscunque prælatos spirituales, vt patet de Ozia quia noluit consentire Sacerdotum mandato, ne thurificaret, sed vsurpauit officium Sacerdotale offerendo incensum, ex 4. Reg. 15. & 2. Paralip. 26. vide super Deut. cap. 24. q. 3. poteris explicare leprã pro peccato, quod quidem peccatum excludit hominẽ à participatione Sacramentorum actiua, & passiua, sicut etiam lepra excludit hominem à Sacerdotio, etiam in nouo testamento, & veniens post iam susceptum, excludit à ministratione, & sicut peccatum alios inficit, sic etiam lepra, nam propter hoc excluditur Sacerdos à ministratione, quia lepra est morbus contagiosus, vnde cæteros quibus communicaret inficeret. vide super Leuit. cap. 21. q. 27. circa illud; si iugem scabiem.

Steterunt à longe. Non, enim conuersationem habebant cũ hominibus immo quando erant coram alijs hominibus cooperiebant os suum, in signum leprę, & ratio est propter aeris respirationem, quoniam qui leprosi sunt, non solum in superficie cutis, & carnis infecti sunt illo morbo, immo etiam ab interiori prouenit, quod sint infecti, totum namque eorum corpus corruptum est; ideo aer respirans ab eis inficitur &c. vide super Leuit. cap. 13. q. 10. circa illud; os veste contectum.

Iesu præceptor miserere mei. De oratione habes Dominica præcedenti.

Ite ostendite vos Sacerdotibus. In lege ponebantur quædã cæremonię Leuitarum, & aliæ Sacerdotum, cæremonię leuitarum erant, quod essent ianitores templi, & cantores. cæremonię Sacerdotales erant multæ, prima erat offerre quotidie bis thymiama mane, & vespere Exo. 30. secunda erat quotidie locare lucernas in candelabro ponendo oleum, vel faciendo alias dispositiones, Exod. 27. & 30. tertia est ponere panes propositionis super mensam in tabernaculo, Leuit. 24. quarta erat clangere tubis

sacris

ſacris tempore ſcarificiorum Num.10. quinta erat introire in ſancta ſanctorũ ſemel in anno in die propitiationis Leu.16. & ad Hebr.9. ſexta erat facere ſacrificia in altari holocauſtorum, vel vbicumque, & alias cæremonias pertinentes ad hoc ſeptima erat purificatos à lepra, & ab alijs immunditijs oſtendere, & reconciliare communitati mundorum. Leuit.13. & 14. & ob hoc Chriſtus dixit: ite oſtendite vos Sacerdotibus vide ſuper primum, Paralip.cap.16.quæſt.36.

Ite oſtendite vos Sacerdotibus. Erant multę miniſtrationes Sacerdotales, prima erat introire in ſancta ſanctorum, &c.ſecunda erat offerre thymiama ſuper altare thymiamatum, &c.tertia parare lucernas candelabri &c.quarta erat ponere panes propoſitionis, &c.quinta erat immolare animalia in omni genere ſacrificiorum, ſ. holocauſtis, hoſtijs pacificis, & pro peccato. ſexta erat cremare vitolam rufam, quæ non erat in ſacrificium, ſeptima erat iudicare de leproſis, quando erant mundi, & quando immundi, & facere circa eos ritom purificationis, nam ad ſolum Sacerdotem hoc pertinebat, et ideo Chriſtus ait ite oſteodite, &c. aliæ erant miniſtrationes minus principales, ſ.acceſſoriæ ad iſtas. vide ſuper primũ Paralip.cap.23.quæſt.21.

Ite oſtendite vos Sacerdotibus. Aliquem purificari à lepra contingebat dupliciter primo quod aliquis per iudiciũ Sacerdotis determinaretur eſſe leproſus, & excluderetur à caſtris, & tamen ſecundum veritatem, ille non eſſet leproſus, quia faciliter poterant Sacerdotes errare in iudicando lepram, qoia ſigna per quæ iudicant fallibilia ſunt; & ideo quando poſtea conſtiterit, quod ille mũdus eſt, fient in eo purificationes, quæ habentur Leuit.14. ſecundo modo contingebat purificari aliquem, ita qnod fuiſſet vere immundus in lepra & poſt iudicatus à Sacerdote immundus: tamen purgabatur iſta lepra aliquando miraculoſe, & aliquando naturaliter, miraculoſe ſicut cum Deus percuſſit Mariam ſororem Moyſi lepra, & illa durauit per ſeptem dies, poſtea autem ſanata fuit. Num.12. idem patet de Chriſto, qui ſępe leproſos mundauit, &c. & illi poſtea oſtẽdebant ſe Sacerdotibus, vt mundarent eos ſecundum purificationes, quæ habentur loco citato; ideo aliquando mandabat Chriſtus leproſis à ſe ſanatis, vt oſtenderent ſe Sacerdotibus vt patet in hoc Euangelio, aliquando poterant leproſi mundari virtute naturæ, vt ſi eſſet aliqua lepra recens, &c. vide ſuper Leuit.cap.14.qoæſt.1.

Ite oſtendite vos Sacerdotibus. Qui circa leproſos plura obſeruabant, nam ſanguine tingebantur pollex manus dextræ, & pedis dextri & extremum auriculę dextrę, ipſius leproſi. quare autem hoc fiebat, vide ſuper Leuit.c.14.q.8. circa illud, ponet ſuper extremom, & circa illud, & ſuper pollices. In leproſi emundatione Sacerdos tingebat digitũ oleo, & aſpergebat coram Domino ſepties, ideſt mittebat Sacerdos ſeptem vicibus digitum ſuum in manom ſiniſtram, in qua erat oleum, & aſpergebat ſepties, fiebat, enim iſta aſperſio ad emundationem peccatorum, & poteſt dici, quod aſpergebatur oleum ad ſignificandam pietatem, ſ. quod Deus miſereretur iſti, qui mundabatur, & remitteret ei peccata, vel fiebat aſperſio olei ſecundum conueoientiam eius, qui mondabatur. vide plura, ſuper Leuit.cap.14.q.8.& qu.9.

Ite oſtendite vos Sacerdotibus. Cauſa quare cum Chriſtus aliquos leproſos ſanabat mittebat eos ad Sacerdotes, vt ſe illis oſtenderent, ſcilicet quia ipſe illis præſtabat primum mundiciam, quæ erat naturalis ſanitas, vel curatio: deerat autem illis ſecunda, quæ erat purificatio legalis, & erat iſta neceſſaria propter duo, ſecundũ conditionem temporis illius primo propter populũ, quia ſi quis fuiſſet leproſus, etiam ſi eſſet curatus miraculoſe, vel naturaliter non auderet ille intrare in caſtra, neque alii auderent conuerſari cum eo, quouſque conſtaret eũ mundum eſſe teſtimonio Sacerdotis factis examinationibus ſuis circa eum, ſicut ponitur Leuit. 13. quia ita Deus tunc volebat & ob hoc dixit Chriſtus leproſo, quem curauit circa Capharnaum. Matth.8. vide nemini dixeris, ſed vade oſtẽde te Sacerdoti, ſcilicet vt videat te eſſe mundatum, & teſtimonio illius recipiatis, vt mũdus inter homines, & hic etiã dicitur ite oſtendite, & c. ſ. vt videãt vos mundos eſſe, & teſtimonium perhibeãt, & illi dum irent, in via mundati ſunt. vide ſup. Matth. p.7.cap.26.q.53.

Ite oſtendite vos Sacerdotibus. Lepra peccata ſunt, quæ debent Sacerdoti confiteri, confiteri autem non eſt introductum per aliquam pacem, vel bonum communitatis Eccleſiaſticæ, aut ſæcularis, ſed ex mandato Dei, vt puri efficiantur homines ad communicaudum merita paſſionis Chriſti & ſic recipiantur in conſortio Dei ad participandum autem merita paſſionis Chriſti oportet hominem eſſe mundum, & c. vide in ſecunda parte defenſorii cap.65. in fine. lex vero de confitendo datur de ſolis mortalibus, nam dicitur, quod quilibet fidelis confiteator omnia peccata ſua, & tamen impoſſibile eſt cõfiteri omnia venialia, quia infinita ſunt & nemo poteſt illa plene ſcire, vide ſup. Matth. pa.4.cap.12. quæſt.74. reſpõſione ad primum ibi. ſed dicendum. Item lex omnis vtriuſque ſexus, quæ data eſt in concilio generali de confeſſione facienda ſaltem ſemel in anno, fuit data pro omnibus hominibus habentibus lepram peccati, cũ dicitur omnis vtrioſque ſexos fidelis: & ſic potiſſime data eſt pro uiris imperfectis, pro quibus lex laxior eſt, q̃ pro viris perfectis, qui ſequuntur arctiores ſemitas conſiliorum tamen condens legem illam bene nouerat, qđ viri imperfecti non peccant ſolum ſemel in anno mortaliter, ſed vix eſt, quod aliquis de viris imperfectis non peccet quotidie mortaliter, imo quotidie pluries: ideo ſi teneretur homo illico, vt peccauit confiteri, nõ diceretur quod confiteretur ſaltem ſemel in quadrageſima, ſed diceretur quotieſcunque peccaret, confiteretur. vide ſuper ſecundum Paralip.cap.decimoſexto, quæſ.36. in medio.

Et dum irent mundati ſunt. Dum irent ad Sacerdotes, mũdati ſunt, quia ex deſiderio Sacerdotis, & Sacramentalis confeſſionis conſequitur pœnitens ſpiritualem ſalutem. Pſal.31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei vbi de futuro inquit, confitebor, & remiſiſti de preterito. uide explicationem hoius ſcripturæ, dixi confitebor. ſup. Matth.p.3.cap.11 q.56.& huius. & tu remiſiſti. vide ibid. cap.6.quęſt.121. ante finem.

Et dum irent mundati ſunt. Quando homo vadit, vt confiteatur habet contritionem, & ideo ſtatim mundatur, quia ad contritionem non exiguntur longa tempora, ſed contritio quaſi in inſtanti ſufficit ad obtinendam veniam. vide ſuper Iudic.cap.9.q.55. D.Bernar. lib.2. ſpeculi virginalis, dat exemplum de quodam clerico, qui inſinuatus eſt monialibus, dum iuerant ad dicendum matutinum, & abſcondit ſe in lectulo cuiuſdam, ipſa ignorante, vt cum rediret de matutino cognoſceret illã, interim autem Diabolus venit, & ſuffocauit clericum iacentem in lecto, quem inuenientes moniales admiratę ſunt, quomodo hoc accidiſſet, & cum lachrymis orauerunt Dominum, vt indicaret eis ſtatum illius, apparuitq; eis non poſt multum ſignificans ſe purgatorij teneri cruciatibus, & inde illatum pręcibus poſſe eripi, eo quod in ipſa quaſi ſubitanea dęmonis ſuffocatione, de peccato ſuo doluit, & purgatorio igni relictus eſt vide ſuper primum Paralip.cap.13.quęſt.31.

Cecidit ad pedes eius gratias agens. Ille qui miraculoſe recipiunt aliquid, non ſolum debent Deo gratias agere, ſed etiam homini illi, cuius oratione, vel miniſterio bonum illud recipiunt, ſic mulier quę erat vxor Abdię prophetę, (vide ſuper 4.Reg.cap.4.quęſt.2.) iuit ad Eliſęum, poſtquam repleta ſunt vaſa oleo, ad agendum gratias ipſi, quia fecerat ei hoc bonum. & ſic Chriſto hic, cum ſanaſſet iſtos leproſos, reuerſus eſt vnus illorum & gratias egit quod ſanatus fuiſſet. alij autem nouem non redierunt, & Chriſtus dixit antẽ nõne decem mundati ſunt &c. non eſt inuẽtos qui daret gloriam Deo, niſi hic Samaritanus. dando; enim gratiam homini cuius miniſterio fit miracolum, datur gloria Deo facienti. vide ſuper 4 Reg.cap.4.quęſt.13. vide etiam ibidem cap.5.qo.12. in principio & ſuper Matth. parte 5.cap.20.quęſt.122. in medio.

Non eſt

Non est inuentus qui rediret. Conqueritur Christus de leprosis mundatis. vide sup. Matth. p. 3. c. 8. q. 18. & c. 9. q. 133. in medio. nouem curati a lepra, qui Iudæi erant non redierunt ad gratias agendum, quia pauca deuotio in illis erat, ille autem decimus, qui alienigena erat rediit, & hoc Christus clamat ad magnum opprobrium Iudæorum. vide sup. Matth. p. 4. cap. 15. q. 62.

Non est inuentus, qui rediret &c. nisi hic alienigena. Ingratitudo opponitur gratiarum actioni. vbi præcessit gratuita donatio & quia contingit magis, & minus teneri ad gratiarum actiones, & ab illis magis, & minus discedere, quanto quis magis discesserit ab ista gratiarum actione, tanto magis dicetur ingratus. Vnde assignantur quatuor gradus primus est, cum quis negligit in effectu retribuere aliquid pro susceptis beneficiis, licet agnoscat beneficia, & æstimet esse beneficia. secundus est, quando quis in affectu cōtemnit beneficia tertius quando obliuiscitur beneficiorū quartus quando contra benefacientem operatur aliquid inde bite. & isti quatuor gradus se habent per ordinem, quia sequens præsupponit præcedentem, & est grauior illo, & ingratitudo, quæ est ad primos tres gradus, est speciale peccatum, sed quantum ad quartum est deformitas annexa peccato, & præfati tres gradus sunt eiusdem vitii, & opponuntur eidem virtuti iustitiæ. s. gratiarum actioni. Vide super Matth. p. 5. cap. 18. q. 141.

Non est inuentus qui rediret. &c. Nunquam melius apparet ingratitudinis magnitudo, quam vbi ingratitudo, & beneficium simul sunt propter oppositionem. vide super Matth. parte. 3. ca. 10. quæst. 42. in princip. & si de ingratitudine vis plura uidere, vide in tabula generali, verbo ingratitudo.

Fides tua te saluum fecit. Vide in festo Sanctæ Mariæ Magdalenæ.

DOMINICA DECIMAQVARTA Post Pentecosten.

MATTH. VI.

NEmo potest duobus Domini seruire. Posuit supra Matt. duas rationes quare debeat euitari auaritia nō ponit tertiā s. quia impedit hominem exhibere Deo famulatū debitum. non solum auaritia corrumpit existimationem ita vt faciat iudicare eligenda esse omnia propter diuitias sed etiam impedit hominē a cultu Dei. quod dupliciter potest intelligi. vide sup. Matth p. 3. c. 6. q. 178. super illud, nemo potest.

Nemo potest duobus Dominis seruire. Scilicet quia seruitio cuilibet, est sufficiens occupatio pro vno homine, & ideo qui vni seruit, non potest alteri seruire, ita est de auaritia, & de Deo, quilibet enim finis est tanquā Dominus eius, qui ad finem illum agit, & operationum, quæ ad finē illum sunt. nam finis imponit necessitatem eis, quę ad finē sunt, scilicet non potest finis determinatus haberi quocūque modo, & per quæcunque media, sed vnus modus, & determinatus est per quem ueniatur ad illum, & si ille finis debet haberi, necesse est, quod habeatur ille modus, & illud est, quod finis imponit necessitatem eis quæ ad finē, qui autem necessitatur ad aliquid est seruus illius, quia ille est seruus, qui non libere, sed ex necessitate agit, dicetur necessario quis esse seruus illius rei, quam constituit sibi, vt finem, quia necesse est quod agat ad consecutionem illius, qui igitur habuerit duos fines vltimos habet duos Dominos, & sic non potest vtrique seruire. vide sup. Matth. p. 3. c. 6. q. 178. super illud, nemo potest duobus Dominis seruire.

Nemo potest duobus Dominis seruire. Et hoc proprie sumendo Dominos, quia etiam si non sint contrarii, etiā aliquo modo disparati alias non essent duo Domini, sed vnus, qui tamen Dominus est habet, quod sibi in aliquo seruiatur in quo nō subordinatur alter sed propter seipsum illa habet, & exigit talia seruitia, & quantum ad illa qui seruit vni Domino, non potest seruire alteri & hoc propter occupationem, sicut miles, est subditus comiti, & c. Vide super Matth. p. 3. c. 6. q. 179. in principio potest tamē homo seruire homini, & Deo, eo quod homo non est Dominus contrarius, nec disparatus à Deo, quia totum seruitiū quod homini impenditur simul Deo impenditur, quia Deus iubet seruis, quod seruiant Dominis. 1. Cor. 7. & ad Ephes. 6. cum autem subordinentur homines Deo, quantum ad hoc seruiendo homini seruitur Deo, in quantum ipse iussit illud seruitium impendi; ideo potest homo & homini, & Deo seruire, qui tamen non sunt duo Domini vide loco citato in medio, usque ad finem quæst.

Non potestis duobus Domini seruire. Propter hoc licet vir possit habere plures vxores, mulier tamen non potest habere plures viros, & hoc propter pacem in communicatione œconomica, quæ pertinet ad conseruationē indiuidui, ex Aris. 1. Polit. cap. 1. & 2. pax autem œconomica cōsistit in bona habitudine rectoris œconomici ad subditos rector autem est vir, subditi sunt vxor, filii, & serui. si autem plures viri eidem mulieri essent, multi rectores eiusdem domus æquales essent, & tales, quod ratio, nec natura patitur quia omnis alia potestas impatiens consortis erit, vt ait Lucanus. lib. 1. in princ. de bello Iulii Cœsaris, & Pompeii, etiam quia isti, cū diuersa capita habeāt, necesse erat esse diuersitatem animorum, vnde diuersa, & contraria præciperent, & tunc necessario esset lis, & disturbatio communicationis œconomicæ, & consequenter totius Ciuitatis. etiā patet hoc ex parte subiectorū, quia si illi viri mandarent vxori, vel familiæ contraria, vel disparata, non posset pro eodem tempore vtrique Domino à familia deseruiri, & sequeretur quod Dominus ait hic non potestis duobus Dominis, & c. vide sup. Gen. c. 30. q. 3. in princ. vide etiam de hac materia. s. quō vxor non possit habere plures viros quia mandarent contraria. vide super Matth. p. 5. cap. 19. q. 37. in principio.

Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget. Scilicet cū non possit seruire vtrique necesse est, quod neutri seruiat vel alteri tātum, & tunc si alteri, tantum diliget eum cui seruit, alium vero cui seruire non vult, non diliget, quia si diligeret seruiret ei, sicut alteri Domino, vel nō potius alteri, quam sibi. vide super Matth. p. 3. ca. 6. quæst. 178. circa illud, aut enim odio.

Aut vnum sustinebit, alterum contemnet. Idest aut tolerabit vnum eorum obediendo ei, & sustinendo omnes labores quos ille sibi imponet, & contemnet alterum scilicet non curando de præceptis eius, nec de comminationibus. dicit autē Chry. quod ponuntur ista duo propter duas conditiones seruorum, quidā enim seruiunt ex amore scilicet quia diligunt Dominos suos, & nolunt liberari a seruitute eorum Exod. 21. si dixerit seruus diligo Dominū meum, & non egrediar liber, & in talibus si quis diligat vnum de Dominis contrariis, necesse est, quod oderit alterum, quia quod diligitur reputatur vt bonum, quod autem est sibi contrarium reputabitur vt malum, alii seruiunt ex solo timore pœnæ, & tales debent sustinere idest tolerare seruitia imposita a Dominis propter timorē pœnæ. &c. vide super Matth. p. 3. c. 6. q. 178. sup. illud, aut vnum sustinebit.

Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. Idest quia nemo potest duob. seruire Dominis, nemo poterit seruire Deo, & Mammonæ, quia sunt velut duo Domini idest duo fines operationum, & non potest quis seruire Deo scilicet agendo omnia, quæ ille iubet, & seruire Mammonę idest auaritiæ, vel pecuniæ faciendo omnia, quæ requirit auaritia. vide super Matth. loco citato, super illud non potestis Deo seruire, & Mammonæ. Mammona diuitiæ nuncupantur aliquando etiam accipitur pro auaritia, secūdum quam diuitiæ congregantur est etiam Mammon nomen dæmonis qui tentat hominem de auaritia, quomodocunque autem sumatur non potest quis seruire Deo, & Mammonæ, & hoc nō prouenit ex sola occupatione in seruitio vnius, sed ex contrarietate, quia diuitiæ, & Deus in contraria trahunt, vt ait Chrys. s. res terrena, vel Deus, si in corde hominis dominetur ad contraria ex vtroque trahitur homo, nam Deus trahit sibi seruientem ad superiora res autem terrena ad inferiora, & c. vide loco citato quæstione 180.

Ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis. Idest ne soliciti sitis superflue, nam Christus non prohibet solicitudinem circa cibum & potum, & vestes, sed immo-

detatam folicitudinem, fecundum quam homo fe totaliter tradit huic occupationi, quafi ad hoc homo natus fit, vt procuret fibi ifta, & non fint alia bona, quæ debeat procurare, quia hoc conuenit pecorib.& c. vide loco citato. fuper illud; ideo dico vobis.

Anima veſtra quid manducetis. i. non fitis folliciti pro aīa veftra quid manducare debeatis per manducationē intelligit etiam potum, quia ēt de illo folicitī funt homines. & tñ non expreffit potum pp duo, primo quia nomine cibi etiam potus intelligitur quia ifta duo neceffaria sūt, & vnum pp alterum, nā cibus eft principaliter pp nutrimentum ad reftaurationem deperditi per partes æquales & ad augmentationem in animalibus nōdum perfectis fecundum debitam quantitatem, potus aūt & fi aliquo modo nutriat, principaliter tñ non eft pp nutritionē, fed propter difpofitionem bonam cibi, quia non poffet decoqui in ftomacho cibus, qui eft ficcus, fine humore potus, fed potius incineraretur ficut carnes in olla.& c. fecundo quia follicitudo noftra eft de eo, quod eft difficile haberi potum autem habere non eft difficile, quia eft aqua & c. vide loco citato. circa illud; animæ veftræ.

Nolite ſoliciti eſſe dicentes, quid manducabimus. Deus vult cuilibet homini ineffe quandam folicitudinem de neceffariis ad vitam, & Apoftolus iuffit manibus laborādum effe, dicens qui non laborat nō māducat tñ reprobat multam folicitudinem, quia qui nimium de his folicitus eft, innuit, quod Deus nullam curam habet de eo, fed qđ ipfe folo opere fuo ifta debet acquirere, quod Chriftus negat, dicēs: fcit enim pater vefter, cæleftis, quod his omnibus indigetis. uide fup. Num.c.13.q.8. in princ. qūo intelligatur ne foliciti fitis animæ & c. cū anima nō comedat nec corpus, quia actus funt fuppofitorum, & non partiū. vide fup. Matth.p.3.c.16.q.181.

Nec corpori veſtro, quid induamini. Etiā hoc pertinet ad neceffitatem. Ecclef. 29. initiū uitæ hominis panis, & aqua, & domus protegens turpitudinem vide fup. Matth.p.3. c.6.q.180. circa illud; nec corpori ueftro.

Nonne anima plus eſt quam eſca &c. i. anima eft maioris valoris, & principalior, & corpus plusq̄ veftimentū. ideft maioris valoris.& fupplendum eft, & tamen uos non habetis corpus, & animam per veftram folicitudinem, nec acquifiuiftis illa per veftrum laborem, fed antequā quicquā effet, Deus fuit folicitus de vobis, vt daret vobis hæc per quæ effetis, a fortiori dabit uobis cibum, & veftimentum, quia minora funt, & neceffaria ad conferuationē horum. vide loco citato. circa illud, nonne anima.

Nonne anima plus eſt quam eſca. Anima aliquando fignat totum hominē, ut patet Gen.46.& Exod. 1. quod feptuaginta aīæ ingreffæ funt cum Iacob in Ægyptū, i. feptuaginta hoīes, aliquando pro vita accipitur, vt hic, & alibi, iā Chriftus ait, quod qui aīam fuā odit in hoc fæculo, in vitam æternam cuftodit eam & Deut.22. dicitur & occidit animam eius. i. uitam eius. vide fup. Deut.c.22.q.5. circa illud; & occidit animam eius.

Reſpicite volatilia cœli. i. volatilia, q̄ mouentur per aerē, cœlum. n. aer vocatur quia totum hoc quod fupra terrā, & aquas eft fimplices cęlū vocant, & fic aues debent habitare in cęlo, vel moueri per illud, & ita femper vocātur Pf. 8. volucres cęli, & pifces maris. vide fup. Matth.p.3.ca.6. q.181. fuper illud, refpicite volatilia.

Quoniam non ſerunt. Non vult Chriftus per hoc auferre nobis curam ferendi, quia volucres non ferunt, fed eft quædam fimilitudo proportionis. vide loco citato circa illud quoniam non ferunt.

Neque metunt. Ideft non colligunt de agris, ficut nec feminauerunt. vide ibidem.

Neque cōgregant in horrea. Poftq̄ metitur fruges reponitur in horreis, vt ibi conferuetur pro tpe cōuenienti, & hoc non faciunt volatilia, quia non habent horrea. Lucæ. 12. non feminant neq; metunt, quibus non eft cellariū, neq; horreum aliqua tamen aīalia habent uim prouifiuam, & imitantur hominem aliquo mō quia habent quemdam modum prudentiæ, ficut formicæ, qui cōgregant in æftate pro hieme grana, & fi cōtingat grana per abundantem humiditatem difponi ad corruptionem, vt fubintrante pluuia in cellaria formicarū educūt grana ad folē deficcāda & c. vide loco citato fup. hæc verba. neq; congregant.

Et pater veſter cœleſtis paſcit illa. i. dat eis cibum de quo pafcantur præparans eis cibum Pfal. 146. qui dat iumentis efcam ipforum, & pullis coruorum inuocantibus eū, & dicitur pater vefter, & non Deus, ad innuendū quod hō debet habere magnam confidentiam, quia pater mifeⷬ filiis, & non poteft obliuifci illorum, ita Deus cum fit pater nofter non poterit fe cōtinere, quin mifereatur nobis, Pfal. 102. ficut miferetur pater filiorum mifertus eft Dominus, & c.& fi aliquando irafcatur non propter hoc aufert a nobis mifericordiam fuam iuxta illud, cum iratus fueris mifericordiæ recordaberis, & Pfal.76. nūquid obliuifcetur mifereri Deus, & c. vide fup. Matth. loco citato circa illud, & pater vefter.

Reſpicite volatilia &c. Et Lucæ. 12. dicitur confiderate coruos quia non feminant &c. hæc diuerfitas pōt fic explicari, f. qđ Chriftus diceret refpicite volatilia cœli, & tunc adderet fpecificando, f.& maxime refpicite coruos, & tū nabiliter dicit in generali, refpicite &c. quia omnibus volatilib. cōe eft, non habere prouidentia de cibo, poftea in fpeciali voluit tangere de coruis, quia illi valde paucam folicitudinem habent, vel dicatur quod Chriftus dixit coruos, Matt. autem fequens fignificationem, & non verba pofuit volatilia, vel dicatur quod Chriftus diuerfis vicibus prædicauit iftud de folicitudinis prohibitione, & vna vice dixit, refpicite volatilia cœli, & alia vice refpicite coruos. uide fup. Matth.p.3.c.6.q.182.

Nonne vos magis pluris eſtis illis. Ideft maioris pretii eftis, & maioris reputationis apud Deum, quam volatilia, & Deus habet curam de illis fufficientem, ergo a fortiori habebit de vobis. vide loco citato. q.182.

Quis autem veſtrum poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum i. non eft opus habere magnam folicitudinem de veftimento, quia ille qui habet curā de corpore veftro, habet curam de veftimēto, & oftendit, quod veftimentū fit fecundum commēfurationem ad corpus, ad illum ergo pertinet habere curam de magno, & paruo veftimēto qui habet curam de corporis magnitudine homo tamen per folicitudinem fuam nihil poteft addere in magnitudine corporis fui. quod probat, quia nemo cogitans, ideft per cogitationem fuam poteft addere vnum cubitū ad ftaturam fuam duobus aliis modis poteft exponi. vide loco citato, circa illud, quis autem veftrum.

Conſiderate lilia agri. Deus enim veftit illa fine illorum, folicitudine. ait lilia agri, & non horti, ne aliquis dicat; qđ humanus labor & folicitudo cōferebat aliquid ad illam pulchritudinem, lilia. n. agri per fe nafcuntur.

Quomodo creſcunt. Vt perueniāt ad debitā magnitudinem.

Non laborant. f. vt crefcant, aut pulchra fiant.

Nec nēt. i. non filant.& hoc dicitur ad tollendam folicitudinem de veftibus quæ fiunt ex filis contextis, & fila habentur filando, & filare eft exordium ad veftes. vide loco citato circa illud, confiderate lilia.

Dico autem vobis, quoniam nec Salomon. Oftendit qūo fine folicitudine humana habetur veftimentum melius, quā cum folicitudine, quia nemo eft, qui minorem poffit habere folicitudinem, & de quo minor habeatur etiam folicitudo a Deo, quam lilia agri, & nemo effe videtur, qui cum maiori folicitudine, & diligentia veftes procurauerit, quam Salomon, & tamen lilia melius, & pulcherius veftiuntur quam Salomon. pofuit autem exemplū de Salomone, quia inter Reges Iudæorum nemo fuit tā dites in auro, & argento, & varietate domefticæ fupellectilis, vt patet 3. Reg. 3.& 9.& 10.

In omni gloria ſua. Accipitur gloria pro apparatu, & ornatu exteriori qui fuit in Salomone abundantiffime. & poteft intelligi in omni gloria ideft in toto tempore, quo regnauit, & c. vide fup. Matth.p.3.cap.6.q.182. fuper illud, dico autem vobis. vide etiam fuper fecundum Paralip. c.1. circa tex. poft q.16. fuper illud, & gloriam, & ca.17. poft 1. circa illud, & multa gloria. vide etiam fup. Matt.p.5. ca.20. quæft.67. in refponfione ad tertium arg.

Si autem fœnum agri, &c. Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei. Argumentatur a minori ad maius. vide fup. Matt.p.3.c.6.q.182. circa illud, fi autem fęnū. fed fi folicitus eft de hoīe magis q̄ de liliis, quare nō dat ita pulchrū veftimentū homini, ficut liliis. vide ibid q.183. quare dixit potius de liliis, quam de aliis rebus, vide ibid. qu.184.

Nolite ergo soliciti esse dicentes, &c. Hæc,n. omnia gentes inquirunt. Gentiles non habebant certam opinionem de futuro sæculo,& ideo nihil spectabant, sed plurimi eorum credebant post hanc vitam nihil esse,& consequēter nullum bonum manebit homini,nisi comedere, & bibere, & frui delectationibus in hac vita, vt patet Ecclesi. 2. Christus autem inducit hoc de gētilibus ad cōfusionem Iudęorum,& c.vide loco citato.circa illud,hæc enim omnia gentes inquirunt.

Quærite primum Regnum Dei,& iustitiam eius. Regnum Dei est vita æterna,& hoc regnum quærendum est, s.cogitandum est de eo,quærere autem iustitiam est conari ad obseruandum legem,& faciendum opera bona p quę perueniatur in Regnum,ponitur, autem primo Regnū Dei,quia ipsum est finis,& iustitia,idest obseruatio mandatorum,est id quod est ad finem,finis autem in cogitatione præcedit ea quæ ad finem,quia nullum agens secūdum rationem potest aliquid agere nisi præsupposito fine,& quia beatitudo est finis simpliciter omnium operationū humanarum necesse est,quod præsupponatur ante omnem operationem. vide sup.Matt. p.3.c.6. qu.184. circa illud, quærite autem primum.

Et hæc omnia adycientur vobis.i.cibus,potus,& vestitus applicabuntur vobis postquam quæsieritis Regnum Dei, & iustitiam eius.vide loco citato.non tamen est intelligēdum,vt aliqui putant,quod nullo modo debeamus quærere,cibum,potū,& vestes,sed hæc per se ipsa nobis euentura sed sensus est, quod principalius quæratur regnum Dei,& iustitia eius.& minus principaliter cibus,& c.dicitur autem hæc omnia adicientur primo ad signandū, quod minus principaliter quęri debent, quia sunt tanq̄ accessoria & adiuncta respectu principalis, quod est Regnum Dei secundo ad diminuendum desiderium nostrum,nam si proprie diceretur,deberet dici primum q̄rite Regnum Dei,& iustitiam eius,& postea quærite cibum,& potum,quia tamen homines sunt inclinati ad superflue quęrendum ista, & Christus volebat auferre eis istam superfluam solicitudinem,ideo posuit in hoc extremo,quod homines non quęrāt &c.nam cum inde se reducerent aliquantulum per naturalem inclinationē,moueretur ad medium,& iō dictum est adiicientur vobis, & non quęrite illa.vide loco citato q. 185. sed cū dicitur quęrite primum Regnum,&c.quare non posuit, quod quęramus primo honorem Dei,cum homo teneatur magis diligere Deum,quam seipsum? Respondetur qđ loquitur Christus de bonis solum,quę propter nos ipsos q̄rimus.& istorum sunt pręcipua beatitudo,& iustitia per quam peruenitur in eam, honor autem Dei non appetitur pp nos,sed pp seipsum,vel dicitur,quod sub nomine Regni Dei intelligitur honor Dei, quia regnum Dei est beatitudo & beatitudo obiectiue ē Deus, formaliter aūt est visio Dei, & quia visio nostra non est beatitudo, nisi propter Deum quē videmus principaliter est beatitudo nostra ipse Deus, & ideo quęrendo Regnum,quęrimus honorem Dei.vide loco citato.q.186.sed quare nos hortatur ad solicite quęrendum Regnum Dei?ipsum.n.neque veniet tarde,nec cito,etiam si nos istud desideremus sed veniet,quando Deo placuerit finire dies nostros melius ergo dixisset quęrite iustitiam Regni Dei, i.solicite quęrite,quia bona operatio est in potestate nostra, & iō circa iustitiam possumus habere solicitudinem quod dicendum sit.vide loco citato q.187.in qua q. habes etiam quod dirigere ad beatitudinē fit dupliciter & qđ Deus, & beatitudo idem sunt realiter.

Quærite primum Regnum Dei. Et ideo Dauid vnctus in Regem,quia tunc homo recte se habet,quando prius respicit ad ea,quę Dei sunt,q̄ ad illa q̄ sunt necessitatis humanę,in principio Regni sui prius se intromisit de Diuino cultu,& deinde de temporali apparatu,uide sup. 1.Par. c.13.in præambulo.& sic etiam Anna,& vir suus,& tota familia,cum quadam die recessuri essent de loco Sāctuarii ad terram suam, primo iuerunt diluculo ad Sanctuarium,vt adorarent ibi Dominum, & tunc pergerent in viam suam,qui est modus Religiosus vt primo homines curent de eis,quæ Dei sunt,deinde ad negotia sua deuolutantur & tunc prosperiora venient cuncta,quæ tractauerint.vide sup.1.Reg.p.1.c.1.q.24.circa illud;& adorauerunt coram Domino.

Quærite primum Regnum Dei. Ex hoc inter viros Christianos affectuosos ad legem Dei,inoleuit cōsuetudo, vt quotidie primo uacent orationi,q̄ incipiant negotia sua tractare,vel qđ primo Missam audiant,hoc.n.cæteros actus dirigit,sed adhuc potius erat istud inter Iudæos, q̄ inter nos,q a intereos erat maius desiderium eūdi ad Sanctuariū,& orandi ibi,q̄ inter nos.vide sup.1.Reg.loco citato. super hoc Euangelium potest tractari,de contemptu diuitiarum,circa illa verba.non potestis Deo seruire,& Mā monæ diuitiæ enim sunt Idolorum seruitus de quare vide feria quinta post secundā Dominicam Quadragesimę & in tabula generali,verbo diuitiæ.Similiter sup. illa verba respicite volatilia cęli,& c.& pater vester cęlestis &c. potest tractari de Diuina ꝓuidentia, & gubernatione de qua re,vide in tabula generali,verbo prouidentia.& verbo gubernatio,& gubernare Similiter de solicitudine,habes plures quæstiones sup.Matth. p.3.c.6.a q.188. vsque ad q.192.inclusiue,& si omnia compēdiose lector videre desiderat,poterit videre in tabula generali verbo solicitudo,vbi omnia expresse,& compendiose habentur.

DOMINICA QVINTADECIMA post Pentecosten.

LVCÆ VII.

IBat Iesus in Ciuitatem,quæ vocātur Naim. Hoc Euāgeliū explicatum est,feria quinta. post quartā. Dominicam Quadragesi.

DOMINICA SEXTADECIMA post Pentecosten,

LVCÆ XIIII.

INtrauit Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem. Modus Sacræ scripturæ, est per panem intelligere quicquid in cibum venit,& potū, & sic accipitur hoc in loco,quia certum est, quod Christus non manducaret solum panem cū inuitaretur ab homine diuite, immo à quodam principe,iō nomine panis intelligitur non solū cibus necessarius sed ēt cibus copiosus,& solemnis.sic patet 4.Reg.6.cum dixit Elisæus pone panē,& aquam corā eis,& sequitur & apposita est eis ciborum magna præparatio,& 1.Reg.14.dixit Saul:maledictus hō qui comederit panem,vsq; ad vesperum, & Ionathas filius Saulis comedit mel, & tñ incurrit pœnā. vide sup.Matt.p.3.c.6.q.111.in princ. vide ēt sup. Matt. p.4.c.15.q.1.circa illud;cum panem manducant. vide ēt p.6.c.23.q.212.ibi.est,ergo dicēdum,quod de omnibus cibis.vide etiam sup.Iudic.c.13.q.26.super illud;cui dixit Angelus,si me cogis,non comedam panes tuos. vide etiam sup.4.Reg.c.25.q.35.circa illud;& comedebat panem.vide etiam sup. Leuit.c.21.q.28.quasi in medio. immo nomine panis intelliguntur omnia necessaria,vel quę ab homine petuntur,vt uictus,& vestitus,& quicquid alterum est.vide sup.Gen.c.3.q.19.post ly spinas,& tribulos,& c.43.circa textum,super illud;ponite panes.

Et ipsi obseruabāt eum.i.Pharisæi erāt obseruātes ad os eius si aliquod verbum erroneum diceret,vel aliquid faceret. vide sup.Matth.p.1.c.4.q.126.

Si licet Sabbato curare. Vide feria quarta post Dominicam quartā quadragesimæ,super illud;non est hic hō a Deo, qui sabbatum non custodit.

Et ecce homo quidam hydropicus. Hydropisia auaritiam significat hydropicus enim quanto amplius bibit, tanto magis sitit,sic est auarus nam temporalia bona sitim non extinguunt quia auari volunt diuitias sine mensura,cum eas non ad vsum,sed propter se ipsas velint. primo Politic.& ea quæ propter se ipsa aliquis vult, sine mensura vult similiter & odientes faciunt.vide.super. Matth. parte.2.cap.5.qu.127.in medio,ibidem . ad t. dicendum.&

sicut hydropicus nihil magis desiderat q̃ vinum aut aq̃, sic auarus nihil amat ardentius, q̃ thesaurum; ideo de illo semp cogitat, & sic aĩa sua semp est cum thesauro, qa anima magis est vbi amat, quã vbi animat. & Christus ait. vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. vide super Matt. p. 2. c. 6. q. 176. circa illud vbi est thesaurus tuus. & est in tantum inextinguibilis sitis auari, quod et deest, tã quod habet, q̃ quod non habet quia quod non habet capit, putans esse necessarium, id autem quod habet tangere non audet ne deficiat; tõ quia illo vti non potest tantũ eo indiget, quantum si non possideret, & sic dicitur Eccles. 5. auarus non implebitur pecuniis. vide super Gene. in Epist. D. Hieronymi ad Paulinum. c. 8. sup. illud, tam quod habet, quam quod non habet.

Ipse vero apprehensum sanauit eum. De diuerso modo operãdi miracula, vide Dominica vndecima post Pentecosten. circa illud, misit digitos suos in auriculam eius.

Cuius vestrum Asinus, aut bos in puteum cadet in sabbato, et non continuo extrahet eum. In sabbato non licet parare cibos, nec accendere ignem, sicut nec poterant hębrei colligere manna die sabbati: Exod. 16. poterant tamen die sabbathi fieri opera necessitatis, & opera quæ non erant seruilia, neque directe, neque indirecte, de operibus necessitatis, vt est defensio ab hostibus, vt patet primo Machab. c. 2. vbi cum quidam de Iudęis vidissent contra se hostes insurgere, vt non frangerent pręcepta legis, & pugnarent diebus sabbatorum non defenderunt se, sed mortui sunt de eis, vsq; ad mille animas, cum paruulis, & vxoribus dicentes: moriamur in simplicitate nostra, testes sunt super nos cœlum, & terra, quod iniuste perditis nos. alii autem cum Mathathia Sacerdote magno patre Machabęorum decreuerunt esse pugnandum in diebus sabbatorum nõ inuadendo, sed se ab hostibus defendendo licebat etiam facere opera alia necessitatis, vt adaquare iumenta. Lucę. 13. licebat etiam si euenirent aliqua infortunia pecoribus subita, in quibus subito perirent, nisi succurreretur eis, subuenire immediate, vt patet hic. vide sup. Exod. ca. 20. quęst. 14. in principio.

Cuius vestrum Asinus, aut bos, & c. Et Matth. 12. dat exemplum de oue, quæ cadit in foueã, nam subito extrahitur. & ait, quanto magis homo melior oue. i. multo magis debet adiuuari hõ, qui est melior oue, & c. vide sup. Matt. p. 4. c. 12. q. 29. circa illud; qui habeat ouem vnam quare autem induxit ibi quæst. de oue. vide ibi. q. 34. & 35. An sabbato liceat ęgros curare, ibi q. 36. & an medici, Iudęorum licebat curare homines in sabbato, & quod eorum cura sit ad duo, & quare Iudęi Christum arguebãt, cum infirmos curabat, ibid. q. 37. & quare Christus potius curabat in sabbato, quam in aliis diebus, & quod mala durant, & infirmitates tanto tempore, quanto iudicat Deus expedire, & vltra non durant per momentum, ibi. q. 38.

Recumbe in nouissimo loco, vt qui te inuitauit, dicat tibi; amice ascende superius. Hic agere poteris de humilitate, & superbia, de qua re. vide in tabula generali verbo humilitas vnde etiam Beniamin qui recubuit in nouissimo loco, in quinque partibus excessit fratres suos. sic dicitur Gen. 43 c. & mirabantur nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant. nã quilibet frater Ioseph per se comedebat in vno disco, licet omnes in eadem mensa sumerent cibum, & mandato ipsius Ioseph apponebantur eis cibaria. s. vt tanta, vel tanta pars cuilibet daretur, & in hoc videtur, quod Ioseph seruauerit ordinem primogenituręe, vt aliqualiter magis dederit Ruben, q̃ aliis, prætereq̃ Beniamin, quẽ licet in ordine sedendi non præposuit, vt rectum ordinem seruaret, tamen in cibo cæteris præposuit; ita vt quinque partib. excederet, inquit sacer textus potest esse, vt de quolibet cibo daretur in quintuplum Beniamin super alios, sed cum cuilibet aliorum, ad sufficientiam, & ad residuũ daretur valde videbatur superfluum tantum dari Beniamin quantum quinque, vel sex hominibus sufficeret, vt superabundaret, vel secundum aliquos potest dici, quod non datum fuit de quolibet cibo quintuplũ super alios; sed quod ei quinque cibi dati sunt, aliis autem vnus cib. tantum. vel dicatur quod quilibet accepit quinque cibos Beniamin autem de quolibet duplũ accepit. & quia quinque cibi erant, superabat Beniamin alios quinque partibus. satis est quoquomodo intelligatur quod Beniamin qui sedebat in vltimo loco, accepit maiorem honorem, & portionem, ita vt mirarentur fratres nimis. vide sup. Gen. cap. 43. in fine expositionis totius capitis. q. 1.

Omnis qui se exaltat humiliabitur. Vide Dominica decima post Pentecosten super illa verba, qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur.

Qui se humiliat exaltabitur. Vnde Saul quia erat humilis exaltatus fuit in Regem, & dum esset Rex, vacabat adhuc agriculturæ, propter humilitatem, non tamẽ minuebat per hoc auctoritatem Regiam, quia ante eum nulla fuerat auctoritas Regia sed nunc incipiebat, & tanta illa esset, quantã eã facerent Reges. ipse autẽ qui primus erat nõ peccat nõ ponendo statum Regalẽ in magna auctoritate, imo videbatur facere Saul id, qd pertinebat ad virũ prudentem, ipse enim priusquam sumeretur in Regem erat rusticus, nolebat autem quod principatus honoraret eum, sed ipse volebat honorare principatum, quousq; ergo faceret aliquid dignum honore, nolebat se in honorabili statu ponere, cum vero pugnauit contra Ammonitas & fecit ibi aliquid laude dignum incœpit esse honorabilis, vnde immediate elegit sibi tria millia virorum, tanq̃ Rex. & nunq̃ amplius arauit. vide sup. 1. Reg. p. 1. ca. 11. quæst. 4. & 5. in princip. & versus finem.

Qui se humiliat exaltabitur. Et in tantum exaltatur qui pro Christo se humiliat, vt iudiciariã potestatem debeat exercere in die iudicii, quia pater omnia q̃ in hoc mundo hominem humilem ac despectum reddunt, præcipuum est paupertas voluntaria, & pauperibus talis excellentia iudiciarię potestatis permittitur per modum meriti. vide super Matth. p. 5. c. 19. q. 205. in medio.

DOMINICA DECIMASEPTIMA post Pentecosten.

MATTH. XXII.

C*Vm imposuisset Iesus silentium Sadducæis.* Silentiũ imponitur alicui dupliciter vno modo per auctoritatẽ iubentis, & ita iudex adiudicans rem, de qua contenditur vni, imponit alteri perpetuum silentium, super petitione eiusdem rei, sine vltra aduersarium, cui res adiudicatur molester trahendo eum ad iudicium super hac re. secundo modo imponitur silentium alicui quando ratione superatur; ita vt nihil habeat, quod loquatur. & tunc sibi silentium imponit, quia vltra non audet præ verecũdia loqui, sed quia ille, qui eum ratione conuicit imponit sibi hoc onus verecundiæ dicitur imponere, ei silentium Christus autem imposuit silentium secundo mõ & non primo modo quare autem. vide sup. Matth. p. 6. c. 22. qu. 250. in princip. sed quomodo fuit impositum silentium, quia adhuc durabat contentio Pharisæorum, & Sadducæorum, sup. resurrectione, & Angelis; & c. vide ibidem in medio, vbi respondetur dupliciter.

Cum imposuisset silentium Sadducæis. Sadducæi, & Pharisæi erant moribus, & fide discordes, nã Pharisæi putant resurrectionem futuram. & animã, & Angelum esse, Sadducæi autem negant animas, & Angelos, & resurrectionem & quando quis tenebat sectam Sadducæorum omnes Sadducæi adiuuabant eum contra Pharisæos, & ecõtra, & tamen si esset quis qui neutram positionem teneret, sed vtrique aduersaretur insurgebant contra eum, tã Pharisæi, quam Sadducæi. exempla ex Sacra scriptura. vide sup. Matth. p. 4. cap. 16. q. 3.

Cum imposuisset silentium Sadducæis. Sadducæorum, est q̃dam secta qui in hebræo vocantur Zadichim idest iusti, & in latino, corrupto nomine, iuxta latini sermonis consuetudinem, Sadducæi appellantur, qui vendicant sibi, quod non sunt, corporis resurrectionem negant, animam cum corpore interire affirmant, hi tantum quinque libros Moysi recipiunt, Prophetarum vero vaticinia respuunt, &c. vide sup. Matt. p. 1. cap. 3. quæst. 63. ante medium, & in eadem q. referuntur quamplures sectæ si de Sadducæis vis plura videre, non est ad propositum hic recensere, quia habentur in tabula generali verbo Sadducæi. vide ibi.

INDEX.

esse filium Dei. contra hoc Christus arguit, volens ostẽdere, q̃d Christus sit filius alicuius maioris, q̃ Dauid, & hoc quia Dauid vocat eum Dominum, & tamen si solum esset filius eius, nõ vocaret eum Dominum, quia minor esset eo lege nascendi, & sic potius eum filium vocaret. sed quomodo valet hoc argumentum si Christus non est filius Dauid, ergo erit filius Dei? licet, enim sequatur quod Christus non sit filius Dauid, quia est Dominus eius, non tamen sequitur ergo filius Dei, quia potest esse alicuius alterius quod dicendum sit, vide super Matth. p. 6. cap. 22. qu. 334. sic ergo arguitur Christum Dauid vocat eum Dominum, ergo non est filius eius. probo antecedens quia Psal. 109. dicitur, dixit Dominus Domino meo. si dicatur contra licet eum vocet Dominum, non sequitur quod non sit filius eius, quia Dauid poterat mentiri, cum omnis homo mendax. Psal. 115. Respondet Iesus: quod Dauid vocauit Christum hic Dominum, loquẽdo in spiritu, i. per spiritum sanctum, & ille non potest mentiri. vide plura loco citato. quæst. 335. quomodo autem possit cognosci, quod verba, quæ aliquis propheta dicit sint ex spiritu prophetico, vel non. vide ibidem. quæst. 336.

Quomodo ergo Dauid in spiritu. Vnde constat, quod Dauid in spiritu loquebatur. & quis erat iste Spiritus: vide loco citato. quæst. 337. & quæst. 338. quare autem solum dixit in Spiritu, & non addidit in Spiritu sancto. vide ibidem 339. quomodo constabat Iudæis, quod ista verba dixerat Dauid. s. Dixit Dominus Domino meo. vide ibidem quæst. 340. quomodo autem sit verum, quod ille Psalmus de Christo intelligatur vide q. 341. quomodo illa auctoritas Psalmi applicetur ad propositum, & quomodo sit verum, quod dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. vide ibi. q. 342. sed cum Dauid de patre, & filio locutus fuerit; quare patrem vocauit Dominum absolute, filium autem vocauit Dominum suum, cum ista determinatione, nam ista determinatio videtur multum diminuens de extensione dominij. vide loco citato quæst. 343. ponitur ista determinatio potius circa filium, quam circa patrem, primo ad significandum inæqualitatem ex aliqua parte; nam licet filius sit simpliciter æqualis patri, tamen quantum ad naturam humanam assumptam non est ei æqualis, & ideo in quantum talis, idest inquantum homo non est Christus, æqualis patri, secundo quia meus signat proprietatem quandam, & specialitatem, & hoc conuenit potius filio, quam patri, est enim pater Deus, & nihil extraneum assumpsit per quod limitetur, sed inquantum Deus communis est omnibus gentibus, filius autẽ pertinebat ad Dauid propter multa. vide sup. Matth. parte 6. cap. 22. quæst. 344. cum autem Dauid vocauerit Christum Dominum, quantum ad Deitatem, vel secundum carnem. vide ibi. q. 345.

Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Hoc dicere non fuit aliquid loqui, tum quia pater non loquitur. nã non assumpsit naturã cui conueniat loqui, tum etiam quia nulla locutio realis potest esse patris ad filiũ, cum non sit pater extra filium, sicut homo extra hominem, & tamen ad loquendum oportebat, quod esset pater extra filium, sicut homo extra hominem. ponitur ergo illud dixit ad ostendendum veritatem rerum, cum enim ita sit, quod sedeat filius a dextris patris, dicitur quod pater dixit filio, sede a dextris meis. vide sup. Matth. p. 6. cap. 22. q. 346.

Sede a dextris meis. In Deo neque est dextra, neque sinistra, quia ista competunt corporeo animato, & si pater vere haberet dextram, & sinistram, non sederet filius a dextris, sed a sinistris, vel sederet ex opposito, vel secundum aliam habitudinem, nam cum duo sedent, ille, qui minus honorabilis est, sedet ad sinistram, licet autẽ pater, & filius sint æquales tamen quia filius a patre est, & non econtra, saltem propter hoc rationabilius sederet filius ad sinistram, vel non maneret inter eos talis habitudo sedendi; ideo sedere non accipitur proprie, sed est figurata locutio, accepta ex eo, quod homines putant de respectu sedendi, nam dexteram vocant partem meliorem, & qui sedet ad dextram honorabilis iudicatur sinistram autem putant esse deteriorem, vt ergo innuatur quod maxima bona, quæ pater habet sunt filii, & in potestate eius constituta sunt, dicitur, quod sedet ad dexteram patris. vide super Matth. parte 6. cap. 22. quæstione 347.

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Deus non habet proprie inimicos, quia ad esse inimicum duo saltem requiruntur. vide quæstio. 348. large tamen dicitur habere inimicos. vide ibidem quomodo autem isti inimici ponantur scabellum pedum eius. vide ibi. quæsti. 349. an autem ista subiectio inimicorum futura, vel facta sit. vide ibi. quæst. 350. quare dicitur donec ponã inimicos tuos, & quomodo stat hoc, & quare non dicitur, donec tu ponas inimicos tuos. vide ibi. quæst. 351. & 352. ad quid autem hoc expressit, scilicet donec ponam inimicos tuos. quæst. 353. quare Christus non allegauit alias partes psalmi. vide ibi. q. 354.

Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est. Quomodo stet argumentum hoc Christi, & quomodo valeat, vide quæst. 355. quomodo autem sequitur quod Christus vult, ipse enim non solum vult inferre, quod Christus non sit filius Dauid, sed quod sit filius Dei, & tñ non vr̃ ex hoc sequi, nam licet ex hoc, quod Dauid vocat Christum Dominum sequatur, quod non sit filius eius, non sequitur quod non sit filius alterius viri, & tunc nõ sequeretur quod esset filius Dei, quod Iesus inferre volebat. vide. ibid. q. 356.

Et nemo poterat ei respondere verbum. Quare nemo poterat respõdere Christi probationibus Rñdetur quod rõ Christi erat tam efficax quod non poterat quicquã ad eam dici. & quia Christus volebat imponere silentium Pharisæis, & honorem in illis accipere incutiebat mentibus eorum, quendam timorem, & diffidentiam, ita vt non auderent quicquam loqui vide loco citato, quæstio. 357.

Neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Vide super Matth. p. 5. cap. 19. quæst. 11. sed quomodo hoc est verum, nam post hoc Matth. 24. dicitur, quod quęsierunt ab eo de tpe aduentus sui. Rñdetur quod illi erant discipuli Christi, qui ad eum secreto accesserunt, & quęsierunt de hac re. si dicatur quod postea etiam Pharisæi interrogauerũt, quia postea princeps Sacerdotum quæsiuit ab eo, de doctrina sua, & de discipulis, Ioan. 18. & quæsiuit an esset filius Dei benedicti. Matth. 26. & Marci 14. ẽt Pilatus, quæsiuit ab eo an esset Rex, & vnde erat, & quid esset, Ioan. 19. Matt. 27. & Marci. 15. Rñdetur q̃d est intelligendum de tempore illo quo docuit, hæc vero quęsita sunt ab eo non docente, sed patiente secundo dr̃ q̃ intelligitur hoc de q̃stionibus tentatoriis, quia omnia præcedentia, tam in quæstionibus Pharisæorum quam Sadducæorum erãt ad tentandum, de cætero non tentauerunt eum quærendo aliquid. vide loco citato quæst. 358. propter multas autem rationes non ausi sunt eum amplius interrogare. vide loco citato quæst. 359. ista autem dies ex qua non ausi sunt eum amplius interrogare, fuit per duos, vel tres dies solum ante passionem. vide loco citato q. 362.

DOMINICA DECIMAOCTAVA. Post Pentecosten.

MATTH. IX.

E*T ascendens Iesus in Nauiculam.* Matth. cap. 8. posuit quædam miracula ad legis Euangelicæ confirmationem, hic autem subdit alia per quæ declaratur virtus ipsius Christi legislatoris in quantum ad sui deitatis positionem quod autem dictum est præcedentia miracula fuisse ad legis Euangelicæ confirmationem, & ista ad Deitatis Christi declarationem, non est intelligendum, quod ita sint totaliter distincta quantum ad effectum, quia nullum miraculum est a Christo factũ, quod non confirmet legem Euangelicam, & etiam omnia ostendunt Deitatem suam, quædam tamen magis

adaptantur ad ostensionem Deitatis, quia de illa ibi agitur sicut hic, quia Christus ostendit se esse Deum ex dictis Pharisæorum, scilicet quod nemo dimittit peccata nisi Deus, ipse autem ostendebat se dimittere peccata. vide sup. Matth. 3. c. 9. circa textum.

Transfretauit. Quare transfretauit ascendendo nauiculā, quia poterat transire sine nauicula, & propter quid Petro dixit Christus veni mecum? Ratio quod Christus hoc vere poterat, & tamen non decebat, quod faceret quicquid poterat, præiudicaret enim intentioni suæ, nā sicut Christus erat verus Deus; ita erat verus homo, & vtrumq; per actus suos ostendere debebat secundo fuit quia Christus cum omnia prudentissime ageret, nulla miracula faciebat, nisi apparente aliqua causa rationabili, hic tamen nulla erat, nam habebat Christus nauiculā tertio fuit propter discipulos quia habebat Christus nunc discipulos, quos oportebat in nauiculam transfretare. vide sup. Matth. p. 3. cap. 9. q. 2.

Et venit in Ciuitatem suam. Quidam dicunt, quod ista Ciuitas est Nazareth quia illa erat Ciuitas Christi sed cōtra est, quia dicitur, quod offerebant ei paraliticum, & sic innuitur quod in Ciuitate sua fuerat sanatus Paraliticus, constat tamen eum fuisse sanatum in Capharnaū Marci. 2. aliqui dicunt, quod hoc miraculum, & illud Marci non sunt vnū, sed duo, & sic vnum fieret in Nazareth Ciuitate sua, aliud in Capharnaum, sed hoc non stat, quia necesse dicit fuisse idē miraculum istud, & illud, quia omnia, quæ ponuntur hic ponuntur Marci. 2. sed non e contrario, non potest autem faciliter confingi, quod vnum miraculum, secundum omnes easdem circunstantias fuerit factum in diuersis locis. est ergo dicēdum, quod varie putatur de ista Ciuitate, quæ fuerit, quidam putant non fuisse Ciuitatem, sed prouinciam scilicet totam Galilæam, & quod veniendo in quamcumq; partem Galilææ diceretur Christus venire in Ciuitatē suam, & quia Capharnaum erat in Galilæa, cum Christus nunc illuc venit dicitur in Ciuitatem suam venisse alii dicunt, quod Ciuitas Christi fuit Capharnaum, quamlicet ibi non esset conceptus, nec natus, quia tamen Capharnaum erat præcipua Ciuitas Galilææ in qua erat Nazareth dicitur Christus fuisse de Capharnaum, sic tenet Nicolaus, & dicit, quod Nazareth erat vicus, vel oppidum Capharnaum; tamen melius debet dici, quod ista Ciuitas est Nazareth. vide sup. Matth. par. 3. cap. 9. q. 3. per totum.

Offerebant ei Paralyticum iacentem in lecto. Dicuntur paralitici illi, qui habent aliquam partem corporis, quam mouere non possunt, ad arbitrium suum; sed sunt membra illa, quasi separata a reliquis membris, quæ mouentur per arbitrium nostrum; vnde paraliticus idem est, ac dissolutus. Paralysis enim græce, latine dicitur dissolutio. vide sup. Matth. p. 1. cap. 4. post q. 113. circa illud, & Paralyticos.

Videns Iesus fidem illorum dixit Paralytico, confide fili. i. videns fidem illorum qui offerebant Paralyticum, vel illorum idest Paralytici, & offerentium eum Christo Marci 2. & Lucæ quinto ponitur modus offerendi Paralyticum Christo scilicet quod erat Iesus in Capharnaum docens in domo, & tanta turba conuenerat, quod portantes Paralyticum non potuerunt cum per portam inferre, sed ascendentes in tectum nudauerunt ipsum tectum domus, & per tegulas submiserunt per quatuor funes ante Christum & in hoc apparet fides illorum, quia si non confiderent, quod Christus poterat sanare, non fecissent istam rem tam insolitam. vide sup. Matt. parte 3. cap. 9. quæst. 1. circa illud, videns autem Iesus fidem illorum.

Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Idest habe fidem, vel confortare, non timeas, quia nunc sanus eris, nam tee mittuntur tibi omnia peccata, quæ commisisti, & præcipue illa propter quæ incidisti in hanc ægritudinem; & idem erat dicere remittuntur peccata, quam dicere surge, & ambula. vide loco citato, super illud, Dixit Paralytico, quando fuit curatio Paralytici. vide loco citato quæst. 4.

Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Aliqui dicunt, qd iste Paralyticus est ille, quem Christus sanauit Ioann. 5. cui dixit: surge tolle grabatum tuum, sed profecto non est ille Paralyticus, nec idem miraculum, quia ille iacebat Ierosolymis apud piscinam, iste autem sanatus est Capharnaum, secundo quia Christus inuenit illum iacentem in lecto iste aūt ad Christū portatus est; tertio q̄a ille nō petiuit a Christo sanitatē, sed erat expectans sanari p motū aquæ, & Christus dixit ei: vis sanus fieri, iste autē nihil dixit. quarto quia ille dixit Dn̄e hominem non habeo qui mittat me in piscinā, iste autem quatuor habebat, qui portabant eum. Marci. 2. vide super Matth. p. 3. cap. 9. quæst. 5.

Confide fili. vocat eum filium primo, vt ostendat benignitatem, qua ad omnes se habet, vt ad filios. secundo quia omnes existentes in gratia sunt filij Dei. tertio propter fidem, quia per fidem efficitur homo filius Dei. Ioā. 1. dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, iste autem credebat quarto quia vere erat filius, nam Christus est Deus; ideo est pater omnium. Deut. 32. nunquid non ipse est pater tuus &c. quinto quia voluit ostendere affectum blandientis, dando ei bonam spem de sanitate. vide super Matth. p. 3. cap. 9. q. 6.

Confide fili. Etiam mali homines dicuntur filij Dei, quantum ad ipsum bonum naturæ, quod habent, & sic Deus vocat filios suos etiam malos. Isa. 1. filios enutrivi, & exaltaui, & ipsi spreuerunt me, & tamen qui spreuerunt Deum mali sunt, 1. Reg. 2. qui contemnunt me erunt ignobiles. vide super Matth. p. 4. ca. 13. q. 58. circa illud; zizania autem filij.

Confide fili. Filij Dei dupliciter dicuntur vno modo illi, qui magis Deo adhærent; alio modo illi, quibus Deus bona confert. & per vtrumque filij Dei vocantur. vide super Deut. cap. 32. quæst. 4. circa illud, constituit terminos populorum.

Confide fili. Homines dicunt filij Dei tripliciter primo per affectionem Dei ad nos, diligit, enim nos, & confert nobis bona sua. cap. 11. diligis omnia, quæ sunt, secundo propter gubernationem nostram, & creationem, & cætera bona ex magna sulicitudine impensa. Deut. 32. nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit, & creauit te. tertio propter adoptionem paternæ hæreditatis; ista enim est ratio propria, & spetialis filij. Ad Rom. 8. si filij, & heredes. vide super Matth. p. 5. cap. 21. quæst. 164. in principio.

Iesus autem videns fidem illorum. Ex hoc aliqui dicunt, quod Paralyticus est sanatus propter fidem portantium & non propter fidem propriam accipiendo fidem non vt causa meritoria, sed vt causa dispositiua ad salutem, sic Hieron. & Ioannes Papa. sed non solum portantes sed etiam ille qui portabatur habuit fidem, alias non permisisset, quod eum portarent, & sic etiam per fidem suam est saluatus. vide loco citato, quæst. 7.

Remittuntur tibi peccata tua. Vide Feria quinta post Dominicam in passione. vide etiam super 1. parte defensorij. cap. 6. in principio.

Remittuntur tibi peccata tua. Poterat hic quidem absque fide propria sanari ab ægritudine corporis, quia ista curatio est totaliter ab extra, non tamen poterat curari ab ægritudine animæ, sine fide propria, quia impossibile est alicui remitti peccata absque propria fide. duplex autē est fides. alia qua creditur, & est virtus Theologica, alia est fides, quæ est quædam confidentia, s. quod Deus concedet, id, quod petimus, vtraque requiritur in eo cui peccata dimittenda sunt. primum patet, Marci. 16. qui crediderit saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur, at si remittantur homini omnia peccata, necesse est quod saluetur, infidelis autem saluari non potest. secundum etiam patet, nam si quis credat omnia, quæ in sacra scriptura continentur, & quæ Ecclesia credit si nō confidet, quod Deus dimittet ei peccata, ipso dolente de eis, nunquam dimittentur. vide super Matth. pa. 3. cap. 9. quæst. 8. vbi etiam habes, quomodo in baptismo peccata dimittuntur paruulis. & adultis per fidem.

Remittuntur tibi peccata tua. Hic Paralyticus non offerebatur Christo vt ei remitteret sanitatem animæ, sed corporis, quare ergo ei peccata dimittit? aliqui dicunt quod

quod Christus omnes quos sanabat in corpore, sanabat, & in anima, sed hoc non videtur stare, alij dicunt, quod hoc fuit, quia ei accidit morbus propter peccatum, & prius debet auferri causa morbi, quam tollatur morbus sed nec etiam hoc vr̃ stare, nam alios sanauit Christus quorum ęgritudines ex peccato eueniebant, & tamen non dixit illis, remittuntur &c. & quotidie sanat homines ab ęgritudinibus, qui tamen peccare non desinunt, & interdum etiam aliqui sanantur spiritualiter, non tamen corporaliter. alij dicunt, quod hoc fecit Christus ad ostẽdendum, quod iste peccauerat, alij dicunt, quod hoc fecit, ad ostẽdendum se esse Deum, quia nemo põt dimittere peccata, nisi solus Deus. Marci. 2. alij & melius dicunt, quod licet Christus hoc faceret ad istum finem, tamen immediate faciebat ad suscitandum quandam discordiam in Pharisęis, & scribis, contra se, per quam ostenderetur clarius esse Deus. vide omnia, super Matth. p. 3. cap. 9. q. 9.

Remittuntur tibi peccata tua. Quare Christus nunc remisit peccata paralytico sine confessione, cum sit necessaria, vide plures rationes, loco citato quæst. 10. in quæ etiam habes, quod confessio est præceptum legis nouę, & non de iure naturali, & quod peccata notoria oportet confiteri ꝓpter duo. quomodo etiam remiserit peccata huic Paralytico, sine satisfactione; vide ibidem quæst. 11. in qua etiam habetur, quod ad omnimodam peccati remissionem, duo sunt necessaria detestatio peccati pręteriti, & satisfactio pro illo, & etiam habetur quod pęnitentia habet partes materiales, & formales.

Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Murmurauerũt scribæ, & Pharisæi, & dixerunt intra se, idest nondum publicabant illud, sed prius in corde suo torquebantur vide loco citato, post quæ. 4. circa illud; & ecce quidam de scribis qui autem erant scribæ, qui contra Christum murmurauerunt, & quomodo huc conuenerunt. vide ibidem. quæst. 12. cum vero non solum scribæ, sed etiã pharisęi Christum audirent, quando dixit, remittuntur tibi peccata tua, Lucæ. 5. quare Euangelista solum dicit de scribis, qd intra se illud cogitabant. vide ibidem. qu. 13. quare etiam dicatur quod scribæ intra se cogitabant vide quæst. 14.

Hic blasphemat. Blasphemia est, quando asseritur aliquid de Deo, quod sit falsum, & quod minuit eius dignitatẽ, vt si dicatur quod natura diuina est corporea, vel negat aliquid, quod pertinet ad eius dignitatem, vt si dicatur quod Deus nõ creauit sæculum; ita etiam hic solius Dei est ex infinita potestate posse remittere peccata, qd an ẽ dicatur aliquem hominem posse peccata dimittere, dicitur quod non solum Deus dimittit, & sic negauit illa perfectio singularitatis suæ, ideo est blasphemia. vide loco citato post quæst. 4. circa illud, hic blasphemat. vide etiam super Matth. parte 4. cap. 15. quæstione 54. in fine ante textum.

Hic blasphemat. Datur aliqua blasphemia contra Spiritũ sanctum, & huiusmodi est quicquid dicitur aperte cõtra deitatem, vt si quis dicat, quod Deus non remittit peccata, vel quod diabolus remittit peccata æque bene sicut Deus. quia nemo dubitat, quin hoc sit in præiudicium Dei. hæc autem blasphemia non remittitur neq; in hoc sæculo, neque in futuro. vide super Matt. p. 4. c. 12. post q. 67. circa illud, non remittetur ei; si alia vis de blasphemia vide in tabula generali, verbo blasphemia.

Cum vidisset Iesus cogitationes eorum. Hæc cogitatio non fuit nota per aliqua signa exteriora, sicut dæmones cognoscunt interdum cogitationes nostras, sed cognouit Christus, quia Deus erat, & corda nostra sunt in manu Dei Prouer. 15. & 21. omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ad Heb. 4. nec est ei inuisibilis vlla creatura. vide super Matth. p. 3. cap. 9. post quæst. 4. circa illud, cum vidisset Iesus.

Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quasi dicat, malum est hoc, quod cogitatis, quia ego non blasphemo, vt cogitatis. vide super Matth. p. 3. cap. 9. post quæst. 4. circa illud; vt quid cogitatis mala. Respondet aũt Christus cogitationibus scribarum, antequam quicquam ipsi loquerentur primo vt ostenderet se esse Deum, quia nemo nouit cogitationes hominis nisi Deus secundo fuit ad hoc certificandum eos de eo in quo dubitabant; quia dubitabant Christum posse peccata dimittere; immo credebant, quod non poterat, ostendit ergo quod homo poterat per aliud æquale scilicet per cognitionem cogitationum, in qua vtrumque ostendit scilicet se esse Deũ & peccata posse remittere tertio, vt præueniret locutionem scribarum, quia alias dixissent coram turba, hic blasphemat, & tunc scãdalum fieret in plebe. vide sup. Matth. p. 3. cap. 9. quęst. 15. an vero peccauerint scribæ cogitando ita tale, cum in grauibus non sit præcipitanda sententia. vide ibidem quæst. 16. quare cum dixerũt scribæ hic blasphemat, quis peccata potest dimittere, nisi solus Deus, non Respondit Christus directe, & ego possum peccata dimittere, quia sum Deus, vide loco citato, quæst. 17. per totum.

Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata, &c. Facit Christus hoc argumẽtum qui potest facere aliquid maius, vel æquali huic, quod est peccata dimittere, potest dimittere peccata, sed ego possum facere aliud æquale, ergo possum dimittere peccata, vide loco citato post q. 4. circa illud, quid est facilius dicere.

Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata, an dicere surge, & ambula. An sit maius miraculum vnum quam aliud dicitur quod miraculum secundum rationem nominis, dicit admirationem, non est autem admiratio, nisi de re super excellenti, nam quod nobis minus est vel æquale non admiramur, cum ergo miraculum, vel mirabile sit solum non illius ad quem excedit, sequitur ꝙ iam Dei nullum est miraculum, quia nullum opus est, quod excedat potentiam suam, sed quicquid fiat, etiam si ab ipso fiat, quasi nihil est coram eo. Isai. 40. ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt; ecce insulæ, quasi puluis exiguus, &c. vnde id quod nos miraculum iudicamus est sibi naturale, quia Deo naturale est agere ex infinita sua potestate, quicquid tamen procedit ex infinita potentia miraculu dicimus, sed ista vocantur miracula naturæ, & omnis potestatis creatæ, hoc stante, miraculum, aut consideratur in ratione miraculi idest ex ea parte ex qua est miraculum, vel ex re in qua fit miraculum, si primo modo nullũ miraculum est maius alio, quia miraculum dicitur ex ea parte, qua excedit potestatem rei creatæ, & sic est miraculum solum, quod fit per potentiam infinitam, ipsa autem est semper eadem, & non est accipere in ea magis, & minus secundo modo potest dici vnum miraculum maius alio, nam miracula fiunt in rebus corporalibus vt communiter, & licet ad illa facienda sola potentia infinita sufficiat, & natura non pertingat ad illa in quibusdam tamen natura est magis elongata ab ipso opere, q̃ in aliis, propter carentiam dispositionum magis in vno, quam in alio & sic vnum est maius alio. & ex hac parte distinguũt tres gradus miraculorum. vide sup. Matth. p. 3. cap. 9. quæst. 18. non est autem maius miraculum dimittere peccata, quam sanare paralyticum, & probatur quinque rationibus vide loco citato. quæst. 19. an Christus per iam dicta se Deum esse sufficienter probauerit, vide ibid. quæst. 20. & an sufficienter ostenderit, se habere potestatem remittendi peccata, & quod prophetæ miracula non faciebant, sed Deus ad eorum preces, & quod propterea Christi miracula necessario ostẽdũt ipsum esse Deum. vide ibidem, quæst. 21. quare autem potius dixit, quod remittebat peccata quam faceret aliquo modo, aliud miraculum ad ostendendum se esse Deum, vide ibidem. quæst. 22. quare in dixit vnum miraculum ad probationem alterius. ibid. q. 23.

Remittuntur tibi peccata tua. Dixit remittuntur & remitto; quasi loquatur de alio; nam est modus loquendi quorundam, quod de se ipsis tanquam de aliis loquãtur sic enim loquitur Deus. Exod. 20. ego sum Dominus Deus tuus, & postea dixit: non assumes nomen Dei tui in vanum, cum deberet dicere, non assumas nomen meum etiam dicitur, sex diebus fecit Deus cœlum, & terram, & non dixit: feci ego. ita Christus loquitur hic. secundo dicitur, quod hoc fecit ex humilitate, quia nolebat ore suo se laudare. vide ibidem. q. 24.

Vt autem

Vt aut sciatis, quod filius hominis habet potestatem, &c. Qua si dicat vos conceditis, non esse maius, peccata remittere quam dicere surge, & ambula, volo ostendere vobis, quod filius hominis, idest ego qui sum homo habeo potestatem dimittendi peccata & hoc faciam sanando paralyticum, & dicitur potestatem in terra dimittendi peccata, q.d. vos putatis quod Deus solus, qui in cęlo est possit peccata dimittere, ego autem dico vobis; quod etiam homo manens in terra inter vos potest peccata dimittere. vide super Matth. p. 3. cap. 9. post quæst. 4. circa illud; vt autem sciatis. quare autem dixit potestatem haber in terra dimittendi peccata, vide ibidem quęst. 25. quare cum se ipso loqueretur non dixit, vt sciatis, quia habeo potestatem, & quare sępe se vocat filium hominis, ex quo non debemus magna de nobis dicere, nec sentire. ibidem quæst. 26.

Surrexit, & abijt in domum suam. Quare Paralyticus non loquebatur, nec dabat gratiarum actiones, cum tamen beneficia duo Christus huic Paralytico contulerit, s. peccata dimittere, & morbum curare. dicitur quod de secundo gratias egit. vide ibidem. quæst. 27.

Videntes autem turbæ timuerunt. Timuerunt primo propter crimen, quod inceperant Christo imponere, secundo intelligitur timuerunt, idest ex timore abstinuerunt à persecutione criminis tertio potest accipi timor pro admiratione. quarto accipitur quod vere timuerunt videntes Christum fecisse istud opus mirâdum; ita, enim quando Iudęi videbant aliquos facientes mirabilia timebant illos. sic patet 1. Reg. 12. quando præsente populo ad inuocationem Samuelis Deus dedit pluuias, & tonitrua, dicitur quod omnis populus timuit nimis Deum, & Samuelem, vide loco citato. quæst. 28.

Qui dedit potestatem talem hominibus. An turbæ dicentes hoc, verum dixerunt. vide loco citato quæst. 30.

DOMINICA DECIMANONA Post Pentecosten.

Matth. XXII.

Simile factum est Regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Simile factum est, idest vos fecistis illud simile, quia per operationes vestras iniquas, factû est simile Regi inuitanti multos, scilicet si vos non repulissetis a vobis diuinam veritatem nô esset simile Regnum cœlorum idest ecclesia Regi inuitanti multos, quorum quidam non fuerunt digni venire, & manducare, & alii vocati sunt, qui venerunt, & manducauerût, vide sup. Matth. p. 6. cap. 22. in expositione textus, circa illud; simile factum est Regnum cœlorum an ista parabola sit eadem cum ea, quæ ponitur Lucæ. 14. vide loco citato. quæs. 3. vbi determinatur quod non est eadem, & assignatur multiplex conuenientia, & disconuenientia, quid autem vocatur hic Regnum cœlorum. uide ibidem quæstione. 4. & determinatur, quod sit ecclesia militans.

Homini Regi. Satis fuisset dicere Regi, quia si erat Rex erat homo nam in brutis non est proprie Rex. vide circa textum. vide etiam quæst. 5.

Qui fecit nuptias filio suo. Idest honorem nuptialem, nam proprie nuptias faciunt, qui copulantur carnaliter cum solemnitate cæremoniarum. & de filio dicitur, quia si fecisset nuptias alicui seruo, non faceret tantum apparatum inuitatorum. vide in expositione textus. vide etiam qu. 6. vbi dicitur quod quadrupliciter fieri inuenimus conuiuia. vide etiam Dominica secunda post Pentecosten vbi fere omnia quæ dicuntur circa hanc parabolâ expressius citata reperies.

Et misit seruos suos. Serui hic intelliguntur qui ministrant, aut qualitercunque famulâtur. vide in expositione tex. bisque misit seruos ad vocandum inuitatos, quia ad primam vocationem prætendebant aliquam excusatione, quod cum sciuisset Rex, quia iam parauerat omnia necessaria ad nuptias, ne illa perirent, iussit inuitatos iterû vocari, vt qui in prima vice venire noluerunt, saltem secundo vocati rubore confusi venirent. vide sup. Matth. p. 6. cap. 22. q. 7.

Iterum misit alios seruos. Non misit in secunda vice Rex eosdem seruos, quos prius ad vocandum inuitatos, & de hoc assignatur quintuplex ratio loco citato. q. 8.

Ecce prandium meum paraui. Ista est suasio ad veniendû, absque excusatione.

Tauri mei. Iam non est têpus excusandi vt differatur opus nuptiarum ad alterum tempus, quia hoc esset si tauri, & cætera animalia, quæ sunt ad cibum, nô essent occisi.

Et altilia. Per tauros, & altilia, voluit Rex designare omnê cibum de carnibus expendendum in nuptiis, per tauros designauit omnia quadrupeda, per altilia omnes aues. proprie tamen altilia vocantur aues saginatæ, quæ studiose cibantur vt impinguentur & dicuntur altilia ab alendo dicta. vide loco citato in expositione tex. quare autem Rex fecit fieri persuasiones inuitatis scilicet ecce prandium meum paraui. &c. vide ibid. quęst. 9.

Illi autem neglexerunt. Scilicet noluerunt venire ad conuiuium, sed recesserunt ad alia loca, alius in villam, alius ad negociationem. & licet dicatur alius, non fuit vnus, sed fuerunt multi. vide in expositione tex. an vero isti in uitati simpliciter venire noluerunt, vel excusationes posuerunt, vide ibidem quæs. 10. an in occupationibus isto rum inuitatorum ponendis Matth. dissentiat a Luca. vide ibidem. quæst. 11.

Reliqui vero tenuerunt seruos eius. Appræhenderunt seruos Regis, & affecerunt prius contumeliis. Contumelia proprie consistit in verbis, sed potest etiam referri ad facta, & tandem eos occiderunt, quod fuit vltimum malum, quod eis intulerunt quia mors est vltimum malorum hic, & post illam non restat hominibus malum, quod inferre possint. sicut dicitur Lucæ. 12. Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non amplius habent, quid faciant. vide in expositio ne tex. & summa autem iniquitate processit, quod occiderunt seruos, quia cum Rex vellet eos honorare inuitando ad nuptias filii sui, ipsi eum contempserunt, & iniurias illi inferre voluerunt. si autem fuerit aliquid, qđ ipsos specialiter mouerit ad occidendum illos seruos non apparet. vide sup. Matth. p. 6. cap. 22. q. 12.

Et missis Rex exercitibus suis. Idest misit apparatum belli, & occidit homicidas, & ad magnitudinem iniuriæ vindicandam intulit grauissimam pęnam scilicet qđ nô solum occidit homicidas, sed etiâ ciuitatem illorum succendit. vide circa tex. non peccauit autem occidendo inuitatos, quia occidit solum homicidas. vide quæst. 13. succendit autem Ciuitatem primo vt timeretur & nemo auderet de cętero nocere ei, vel peccare in ipsum. secundo succendit propter magnitudinem peccati, cum, enim peccatum tam graue est, non solum occiduntur peccantes, sed etiam ciuitas deletur ad detestationem criminis. vide qu. 14. an vero occiderit omnes qui erant in Ciuitate, vel solum homicidas, & non homicidas cô pulerit exire, vt vrbem succenderet, vel an occiderit omnes homines, fœminas, & paruulos aut homines solum qui poterant carpere arma, reseruando mulieres, & paruulos, vel occiderit omnes homines reseruando solû mulieres, & non paruulos. vide quęstio. 15. aut vero licuerit Regi occidere omnes, & inflammare vrbem, an peccauerit. vide ibidem. quęst. 16.

Ite ergo ad exitus viarum. i. ite extra vrbem ad vias, & vocate eos, quos inueneritis, non solum dignos, & honorabiles, qui pręsentia nuptias honorarent, sed omnes quos inueneritis, & vocantur exitus viarum, i. principia viarum iuxta portas vrbis, quia ibi est caput viarum, & dicunt exitus, quia in ipso loco exitur ab vrbe. vide circa tex. an hoc, s. ite ad exitus viarum &c. fuerit factum ante occisionem inuitatorum, vel post. vide qu. 17. an vero secunda vocatio facta sit intra vrbem, vel foris. vide. qu. 19. quare non miserit Rex ad inuitandum alios, sed miserit ad introducendum eos, qui erant in vijs. vide qu. 20. quare dixerit seruis suis, ite ad exitus viarum, q. 21.

Et egressi serui congregauerunt homines malos, & bonos. s. Honorabiles, et inhonoratos nam hic non accipitur malum, &c

lum & bonum, prout ad mores pertinet, sed bonum, & malum, vt pertinet ad nuptias, & quia ibi honor quæri tur vocatur bonum, i. honorabile, malum vero, i. non honorabile. vide circa tex. quare serui Regis congregarunt omnes quoscunque inuenerunt malos, & bonos. vide quæst. 22. vbi etiam habetur quod ex vnica bona operatione nō potest quis virtuosus iudicari, & per quid primo aspectu homo honorabilis iudicatur.

Intrauit autem Rex, vt videret discumbentes. Ipse, enim nō manducabat in loco, vbi cæteri, quia sic intrare non potuisset, sed manducabat seorsum, & præterea dicitur, quod intrauit vt videret, & tamen si esset cum eis videret absque eo, quod intraret, & etiam dicitur discumbētes, ex quo innuitur quod Rex alijs epulantibus non comedebat. vide quæst. 23. & etiam circa textum. quare autem intrauerit, dicitur primo ad ostendendum magnificentiam suam, vt ipse gloriaretur coram multitudine epulantium, secundo ad honorem nuptiarum, s. vt nuptias honoraret sua præsentia tertio vt lętificaret epulantes quarto vt videret, quomodo erant omnia disposita, s. vt ipse quodammodo videretur ministrans, eo modo quo dicebat ipsum ministrare, quænam causa ex his, sit conuenientior, dicitur secūda propter multas rationes. vide quæst. 23.

Et vidit hominem non vestitum veste nuptiali. Vestis nuptialis est vestis decora, & decens, & est talis, qualem decet ferre cum qui ad nuptias inuitatur nam qui vocantur ad nuptias veniunt ad honorandum, & honorem non præstat, nisi qui honorabilis est; iudicatur autem honorabilis ille, qui vestibus decentibus indutus est. vide circa textum. & etiam q. 24. non fuit autem vnus tantum, qui non haberet vestem nuptialem; sed Rex multos vidit indecenter vestitos, & illos omnes misit mitti in tenebras exteriores Christus tamen solum narrat de vno, & ratio est, quia istud non ponitur hic intentione narrandi rem gestam, sed vt sit parabola, & vt deducatur ad illud propositum, quod Christus intendit, & tamen ad hoc non plus est, quod essent multi indecenter vestiti, quam vnus, quia sicut vnus repellitur, ita omnes repellerentur. vide loco citato quæst. 25.

Ligatis manibus, & pedibus, &c. Misit seruos ad exitus viarum, vt vocaret omnes, quorū manifestum est, alios decenter vestitos esse alios indecenter, tamen iuste indignatus est inueniendo aliquos absque decenti veste, & iuste misit eos in tenebras exteriores, nam hoc etiam fit in Regno cęlorum, & tamen iuste fit. & ratio est, quia licet vocantes ad nuptias non eligerent nunc aliquos, sed vocarent quoscunque inuenirent, tamen dicebant eis, quod vocabant eos ad nuptias, & tunc quilibet debebat videre se ipsum, an talis erat, vt posset decenter apparere in nuptijs, vide loco citato quæst. 26.

Mittite eum in tenebras exteriores. Dicuntur tenebrę exteriores, quia erant extra domum Regis, & etiam quia consuetudo erat in terra Chanaam in qua Christus loquebatur, quod carcer esset extra domum habitationis hominum, & erat ille locus terribilis, & multum pœnalis, & vocabatur communiter tenebra exterior. vide loco citato quæst. 27.

Ibi erit fletus & stridor dentium. Quare hoc dixit vide quæst. 28.

Multi sunt vocati, pauci vero electi. Si omnes recipiuntur, & non excluduntur, quomodo pauci sunt electi. Ratio quod sunt pauci respectu multitudinis vocatorum, & hoc quia licet hic non fiat mentio, nisi de vno excluso, multi fuerunt exclusi, qui non habebant vestes nuptiales. dicitur etiam, quod etiam si fuerit vnicus eiectus, tamen pauci sunt electi ex multitudine vocatorum, quia vocati debēt accipi hic, non solum illi, qui vocati sunt de exitibus viarum, sed etiam illi, qui inuitati fuerunt primo, & illi erāt multi, s. tot, quot ad nuptias sufficiebant, & de illis nemo fuit electus, quia nemo venit, immo etiam si venissent nō reciperentur, quia indignos se fecerant. vide loco citato. quæst. 29.

Et hęc de applicatione Parabolę ad sensum Parabolicum.

IN EADEM DOMINICA: Decimanona.

Simile factum est Regnum Cœlorum homini Regi qui fecit nuptias filio suo. Hæc parabola quantum ad sensum literalem inducitur ad ostendendum reprobationem Iudæorum, & electionem gentium, & quorumdam gentilium reprobationem, sit ergo inuitatio quando Deus vocat aliquos ad Ecclesiam suam, vel ad fidem, &c. primi vocati fuerunt Iudęi, qui noluerunt venire, tunc Deus misit Apostolos ad vocandum gentiles, &c. vide super Matth. p. 6. cap. 22. quæst. 30.

Homini Regi: Particulariter explicando, Regnum cęlorū vocatur Ecclesia militans non triumphans. homo rex est Deus pater. dicitur Rex, quia omnia regit. vocatur autem homo, quia concordat hominibus in ratione, & intellectu, Deus, enim spiritus est. Ioan. 4. nos autem spiritum habemus per quem intelligimus, Ad Rom. 8. quælibet etiam persona diuina etiam non assumpta humanitate vocatur homo, & sic Christus vocauit patrem suum hominem, & dixit se, & illum esse duos homines Ioan. 8. etiam diabolus aliquando vocatur homo. Matth. 13. inimicus homo superseminauit zizania. vide plura loco citato. quæstion. 31. quomodo autem sit verum, quod Regnum cęlorum est simile homini Regi. vide ibidem. quæst. 32.

Filio suo. Si Rex est pater ęternus nemini dubium erit, quod filius est Christus quia Deus pater non habet aliū filium de se natum, qui vere sit filius eius naturalis, multi alij sunt filij eius, sed per adoptionem. quid sint nuptię, & quando celebratæ sint, est multiplex modus dicendi, sed melior modus est, quod duplices nuptias facit Deus filio suo, primas in pręsenti, secundas in futuro & in vtrisque est epulari, de primis dicitur hic, de secundis dicitur Apoc. 19. scilicet venerunt nuptię agni, & vxor eius pręparauit se, & sequitur beati, qui ad cęnam agni nuptiarum vocati sunt vocatur autem cena vitæ ęternæ, iste nuptię potest dici quod factę sunt in Christi incarnatione, s. quod tunc copulauerit Deus pater Ecclesiam Christo in coniugem secundo potest dici, quod factę sunt in morte Christi, quia tunc Ecclesiam sibi vniuit. & hoc conuenientius dicitur propter multas rationes. vide super Matth. p. 6. cap. 22. quęst. 33.

Et misit seruos suos vocare inuitatos. Si secundum aliquos libros legatur seruus intelligitur Moyses. Num. 12. an non talis Moyses seruus meus. si vero in plurali, per seruos primo missos intelliguntur prophetę, per secundos Apostoli. isti vero qui vocantur non fuerunt inuitati per se ipsos; sed antequam serui irent, iam inuitati erant. quod dicitur in lite. a misit seruos vocare inuitatos, in quo innuitur quod per se ipsum; vel per alios inuitauerat Rex illos, antequam mitteret, & hoc est, quia Deus inuitat nos, & tamen vocat nos per seruos suos. sit autē ista inuitatio dupliciter vno modo per ipsum Deum tāgēdo cor nostrum, siue per naturale lumen impressum nobis siue per spirituales pulsationes, & vocationes ad cor nostrum. alio modo inuitat per alios. vide loco citato quęst. 34. qui autem erant isti inuitati. vide quęst. 35. qui sint secundi serui vocantes ad nuptias, & quęnam sit ista bina vocatio. ibidem quęst. 36. quid sit vocare inuitatos ad nuptias, & quomodo primi, & secundi serui illos vocauerunt. ibidem. qu. 37. quare mittantur serui secundi, cum sufficerent primi. quęst. 38.

Ecce prandium meum paraui. Quare secundi serui posuerunt huiusmodi suasiones ad inuitatos, & non primi. vide quęst. 39. & quomodo applicentur ad propositum tum ista suasio. quęst. 40. quare suadendo dicitur, & omnia parata sunt. quęst. 41.

Et noluerunt venire. Nolle venire, est nolle credere, nam nihil est vocare Iudęos, nisi incitare ad credendū in Christum, nolle ergo venire erat nolle credere. quare autem non crediderunt, est, quia Deus non pręordinauit illos ad hoc. sic dicitur de gentilibus Actu. 13. crediderunt

quotquot

quotquot erant preordinati ad vitam ęternam. uide loco citato quęst.42.

Abierunt alius in villam suam, &c. Quid sit inuitatos ire in villam,& ad negociationem, & quomodo hęc faciãt ad propositum.vide quæst.43.

Alij vero tenuerunt seruos &c. Idest posuerunt Apostolos in carcerem ipsi Iudęi,& etiam alios prędicatores Euangelij.vide quæst.44.quare autem tenuerunt, & occiderunt seruos,fuit quia nomen Christi prædicabant, quæ prædicatio erat ipsis valde odiosa.vide quæst.45. quare dicitur,quod contumelijs affectos occiderunt.vide qu. 46. quare hic ponitur de morte seruorum & de morte filij non fit mentio,vide ibidem.q.47. quare non ponitur de occisione primorum seruorum vide quæst.48.

Rex autem cum audisset,iratus est.&c. Quare hic vocatur Rex,cum prius vocaretur homo,& quomodo audiuit, & quomodo iratus est,& quare iratus perdidit homicidas,& Ciuitatem succendit.vide quæst.49.& quęstion. 50. qui sint exercitus, quos misit Rex, & quomodo Deus habet exercitus.vide quæst.51.

Qui inuitati erant non fuerunt digni. vide quæst.52. & 53.

Quoscunque inueneritis vocate ad nuptias. Vide quæst.55. quare dixit,ite ad exitus viarum.quæst.56.quare cõgregauerunt omnes,& bonos,& malos.vide quæst.57. & quęstion.58.

Intrauit autem Rex,vt videret.&c. Deus vbique est,& nõ potest intrare in aliquem locum,quia prius ibi erat,sed dicitur intrare in locum aliquem quando circa illum nihil faciebat,& incipit aliquid facere,& Deus etiam semper omnia videt,quomodo dicatur quandoque non videre.vide loco citato.quęst.60.

Vidit hominem non vestitum veste nuptiali. Aliqui dicũt, quod vestis nuptialis est fides,per quam nuptiæ fiunt. sed melius dicitur quod vestis est charitas, & vocatur nuptialis,i.pulchra,sicut,n.in nuptijs homines vestiuntur vestibus pulchris, ita & omnes vestes pulchras nuptiales vocamus,talis est charitas,quę totum hominem pulchrum reddit,& Deo acceptum, quod non facit fides,nam etiam in malis est fides,& dęmones credunt,et contremiscunt assignantur plures alię rationes.vide ibidem quęst.61.quare dicatur vidit hominem, &c. cum multi sint in Ecclesia, qui charitatem non hñt? Rñdetur, quia hoc sufficiebat, cum per vnum intelligantur omnes.& quia peccatores sunt,qui inueniuntur,sine veste nuptiali,& omnes sunt,sicut vnus homo, quia licet peccata varia sint,tamen omnes peccatores concordant in hoc,quod à rectitudine deuiant, & ideo omnes sunt vnus homo.ibidem.quæst.62.

Amice quomodo huc intrasti? &c. Potest dici, quod vocat Christus amicum eum,quem condemnat irrisorie, vel per antiphrasim,cum magis,vt inimicum condemnet. vel melius dicitur.quod vocat amicum, quia communicat cum eo in aliquo,s.in fide,licet condemnet pro malis operibus quomodo autem potuerit intrare absque veste nuptiali.vide loco citato.quęst.63.quare ille, qui sine veste inuentus est,obmutuit vide.quęst.64.

Ligatis manibus,& pedibus, mittite in tenebras exteriores. Ligatio ista est condemnatio iudicialis,alij dicũt, quod est ligamen prauatum cogitationum,& actionum, quibus quis ligatur vt proijciatur in tenebras.vel tertio dicitur:quod ligari tunc pedibus,& manibus,erat fieri alligatum pęnis, ita quod nullatenus illas posset euadere. vide loco citato q.66.quid autem sit mittere damnatos in tenebras exteriores,& quæ sint ille tenebræ,vide ibidem quæst.67.

Ibi erit fletus & stridor dentium. Quare hoc dicatur.vide. quæstion.68.

Multi sunt vocati pauci vero electi. Quomodo hoc sit verũ & ad propositum Christi.& quid sibi velint vocati, & electi,& quid sit eligere,vide q.69.vbi etiam ostenditur quod extra Ecclesiam nullus saluatur.

DOMINICA VIGESIMA. Post Pentecosten.

IOAN. IV.

ERat quidam Regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Solus Deus est Rex absolute, & alij sunt Reges cum additione, vt Rex Salomon, Rex Dauid, & sic dicitur iste Regulus.de Messia autem absolute dicimus Rex,quasi vel solus sit Rex,vel excellentius,quam omnes,& ita vocatur absolute Christus vide super Math.p.6.cap.24.quæst.39.

Rogauerunt illum,vt descenderet,& sanaret. Vide Dominica decimatertia Post Pentecosten circa illud; occurrerunt ei &c.

Incipiebat,enim mori. Hęc est pęna inflicta homini propter peccatum,vt moriatur immo omnes in Originali nati tenet hæc sententia,vt in cineres conuertantur terra es,& in terram ibis.Gen.3.ire autem in terram est incinerari vide super Matth.p.6.ca.22.quæst.235. fere in medio. fertur tamen de insula quadam Hiberniæ, in qua sunt quędam loca,in quibus cadauera mortuorum nunquam putrescunt sed ibi semper permanent incorrupta.vide super Gen.cap.13.quæst.123.post medium. immo insulæ quædam sunt vbi nulli moriuntur, sic,n. scripsit Alexander Aristoteli de Sacerdotibus arborum solis & Lunæ,quod esu pomorum longissimam agant vitam.super Gen.cap.3.quæst.24.circa illud; viuat in æternum.tanta ergo est salubritas aeris, in quibusdam insulis in Hibernia, quod homines nunquam moriuntur,sed cum ad magnam senectutem peruenerint paulisper deficiente per calorem naturalem humido radicali,& anima propter bonitatem complexionis recedere non potest,fiunt magni dolores in corpore, & ideo homines illius regionis post diuturnos labores vitam fastidientes,extra terram illam longe se deportari faciũt ad locum vbi faciliter moriantur de his habetur in lib. 15.de proprietatibus rerum.vide super Gen.cap.2. qu. 7.in fine.

Incipiebat,enim mori. Vide Dominica decimaquinta Post Pentecosten de filio viduę,vbi multa de morte ponunt.

Vade filius tuus viuit. Dominus voluit ire ad domum Centurionis,vt sanaret seruum eius. ego veniam & curabo eum.modo rogatus non vult descendere,sed ait: vade filius tuus viuit.vt ostendat cum iste sit Rex,quod nõ est acceptio personarum apud ipsum.vide super Matth.p. 6.cap.22.quæstion.120.vbi per totam quæstionem determinatur,quod Deus non est personarum acceptor.

Credidit ipse,& domus eius tota. Vide feria secunda Pentecostes super illud; vt omnis,qui credit in ipsum. vide etiam in tabula generali verbo credere.

Nisi signa, & prodigia videritis non creditis. Vide Feria quarta Dominicę primæ Quadragesimæ.

DOMINICA VIGESIMAPRIMA Post Pentecosten.

MATTH. XVIII.

SImile est Regnum cælorum homini, qui voluit rationem ponere,cum seruis suis. Quod continetur in hoc Euangelio non est parabola,sed exemplum,nam in parabolis nunquam est idem sensus,quem foris verba faciunt, vt patet in omnibus, quæ habentur Matth.13. & etiam 25.de fatuis virginibus.in exemplis autem idem est sensus,qui in verbis apparet, vt hic: quia ita intelligenda sunt ista verba,sicut sonant, & ita Christus ea intelligi voluit.vide super Matth.p.5.cap.18.quæst.133.an vero istud exemplum, & similia sint vera, parum retulerit: quia exempla non inducunt tanquam partes per se intentę in narratione.vide ibidem quæst.134. posuit autem

hic istud exemplum, primo quia per hoc ostendebat ea, quæ dixit inã ex præcedentibus significabatur, quod re mittere debemus offensas, & quod si non dimitteremus Deus non dimitteret nobis. Matth. 6. & quia alicui videretur hoc durum, confirmat illud Christus exemplo humano de Rege, & seruis suis. secundo ponitur quia iste modus loquendi conuenit gentilibus Christus, enim inter Palæsthinos, & Syros loquebatur, quia Iudæa Palæsthina vocatur ab auctoribus, & Palæsthinis, atq; Syris vsitatum est frequentissime exemplis vti. tertio fuit ad hoc magis infigendum memoriæ. volebat, n. Christus præceptum istud. de remittendo offendentibus valde imprimi nostro desiderio, tam ingerendo nobis amorem implendi illud, quam perfectam intelligentiam de eo tribuendo; ideo adducit exemplum, quod cum applicatum fuerit ad propositum intentum magis intelligitur id ad quod dicebatur quarto principaliter fuit ad ostendendum pœnam non remittentium, nam ex præcedenti verbo Christi apparebat dimittendum offendenti, & quod vsque septuagies septies, idest semper esset dimittendum, quæ tamen pœna infligeretur non remittentibus nondum expressum fuerat, & quia pœnæ magis mouent, ponitur exemplum in quo pœna ponitur &c. vide ibidem quæst. 135.

Simile est Regnum cœlorum homini Regi, &c. Idest status, Ecclesiæ militantis, s. modus viuendi in hac Ecclesia, est similis homini Regi. pro Rege autem aliqui accipiunt Christum qui est Rex, sed non esset verum, quod Regnum cœlorum, idest Ecclesia assimilaretur ei, quia assimilatio fit ad distincta: cum idem non fit sibi simile, & tamen Christus non est aliquid separatum ab Ecclesia, sed est caput illius. ad Ephes. 4. et 1. Cor. 12. ideo nõ accipitur pro eo secundum literam: sed pro aliquo Rege, cui prædicta acciderint, vel accidere potuerint. vide super Matth. p. 5. cap. 18. post quæstion. 132. circa illud, ideo assimilatũ est Regnum cœlorũ homini Regi, &c.

Simile est Regnum cælorum. Aliqui accipiunt Regnum cœlorum pro vita æterna; sed non bene, quia in cœlo non erit locus remittendi offensas, quia nullæ ibi fieri poterunt, quæ remittantur, & si aliquę manserunt non remissę in hoc sæculo, manent ibi semper non remissę. vocatur ergo Regnum ipsa Ecclesia, & dicitur: Regnum cœlorum, quia per statum Ecclesię huius peruenitur ad cœlum. neque aliquis potest illuc peruenire, nisi in Ecclesia fuerit. vel dicitur Regnum cœlorum quia in ipsa solum virtutes debent regnare, & quæ in ea sunt debent portare imaginem cęlestem. Homo Rex, est pater, & filius, qui sunt vnus Deus, & dicitur Rex, quia cuncta, quæ creauit regit gubernando. vide loco citato. qu. 136. in principio.

Qui voluit rationem ponere. Idest de facto illam posuit, nã si non posuisset, non inuenisset aliquem esse debitorem. Cum seruis suis, idest cum administratoribus facultatis suę, quos Christus vocat villicos iniquitatis Luc. 15. & 1. Cor. 4. dispensatores. hic iam quęritur inter dispensatores &c. vide post quęst. 132. circa textum. huiusmodi autem serui secundum aliquos sunt solum prædicatores qui ministrant bona Dei, vt Origenes. sed dicendum, quod serui sunt omnes homines. nam hoc exemplum inducitur ad ostendendum, quod remittendum est peccantibus, & tamen istud pertinet ad omnes, cum quilibet tenetur seruare charitatem ad proximum, ergo ad omnes se extendit. sic Remigius. Rationem ponere est iudicare de singulis hominibus qualiter expenderunt bona eis a Deo concessa. dicitur autem incipere ponere rationem, quando post mortem redditur ratio de omnibus gestis: quia ibi consumata est administratio. vide loco citato. qu. 136. post principium.

Oblatus est ei vnus. Dicitur oblatus, s. ab ijs tractus; vel veniret compulsus, quia cum sciret se debitorem, & condemnandum recusabat subire ratiocinia; ideo non dicitur, quod venit, sed quod oblatus est, vide loco citato circa tex. 5. post. quęst. 132. & qu. 136.

Qui debebat septem millia talenta. Idest qui commiserat multa peccata, aliquando, enim talentum signat ipsum donum datum ad administrandum. sic Matth. 25. cum vni dedit Dominus quinque, alij duo, &c. aliquando accipitur pro iniquitate. Zacha. 5. vbi super mulierem, q̃ vocatur iniquitas, ponitur talentum plumbi. hic autem potest stare pro peccatis, s. quia multa peccata commisit, & erat debitor, quia tenebatur ad pœnam. potest etiam accipi pro dono magis conformiter ad literam, vt dicatur debitor decem millium talentorum qui tot bona sibi concessa, siue naturalia, siue fortuita, aut gratuita con summauit inutiliter, & eis abusus est. dicitur autem decem millia, &c. quia decem signant legem, quæ decem preceptis continetur vide loco citato. qu. 136. aliquanto post principium.

Cum autem non haberet, vnde redderet. Non habebat, vnde redderet, quia dissipauerat bona Domini viuendo luxuriose, vt dicitur de filio prodigo Lucæ 15. vel comedendo, & inebriando, nunquam putans à se rationem exigendam, vt dicitur, de dispensatore Lucæ. 12. vide loco citato post quæst. 132. circa illud, cum dicitur non haberet &c. nõ habebat ille vnde solueret, quia qui peccator inuenitur cuius peccata hic remissa non sunt, non habet vnde soluat, quia non habet p quod se liberet, potest, n. humo per se ipsum cadere, sed nemo per se ipsum potest à peccatis resurgere, sed gratia indiget suscitante. vide loco citato. qu. 136. ante medium.

Iussit eum Dominus venundari, & vxorem eius, & filios. Quia bona non sufficiebãt, quod ipse venundetur iubet, & quia erat magnum debitum, et ipse venditus non sufficiebat ad satisfactionem, venundatur vxor, &c. vide circa textum post quæst. 132. iussit Dominus vendi seruũ, &c. quia quando peccator in Dei iudicio de peccatis cõ demnatur non habet in se, per quod se à peccatis liberet iubetur pati pœnas pro illis, quod est eum vendi, nam sicut qui venditur efficitur iuris alieni; ita qui pœnis æternis adiudicabitur punietur aliter, quam ipse voluisset. vxor peccatorum est, insipientia, vel cupiditas, & voluptas carnalis, quas peccator sibi matrimonialiter, & indissolubiliter copulauit, cum in peccatis semper maneat filij dicũtur prauę cogitationes, quæ ex stultitia procreãtur, vel dicũtur filij, & vxor omnia peccata, quæ sic vocãtur quia peccator diligit peccata, vt vxorem, & filios. dicuntur vendi vxor, & filij, quando peccator pro peccatis cruciandus adiudicatur inferno, quia tunc præmium accipit eorum, quæ commisit. vide loco citato. quęst. 136. in medio, si autem licitum erat, venundari vxorem debitoris, & filios, & ipsum debitorem. vide loco citato. qu. 137. vbi dicitur, quod non erat iustum vendere debitorem, vxorem, & filios pro debito, neque Rex hoc facturus erat etiam si debitor non rogasset eum, sed dixit hoc ad incutiendum ei timorem. Cum autem non esset iustum vendi debitorem, & filios, & vxores pro debito, quare posuit illud Christus hic, cum non ponat, nisi ea, quæ bona, & iusta sunt, maxime, quia videtur inconueniens, quia in fine dicitur, sic faciet pater meus cęlestis, & tamen Deus non aget iniustum. vide loco citato quæstion. 138.

Procidens autem seruus rogabat eum, patiẽtiam habe in me. Vidit, quod aliter se non poterat liberare, & ideo prostrauit se petendo misericordiam, & quia ex iustitia con tendere non poterat humiliter supplicabat. & quod patientiam habeat petit, idest quod expectet. nam ad expectationem patientia requiritur Ad Rom. 8. per patientiam expectamus. vide loco citato post. quæst. 132. circa textum.

Procidit autem seruus. Quia peccator videns se pro peccatis obligatum ad mortem æternam, quam per se euadere non valet, procedet coram Domino per humiliationẽ cordis contriti. Psal. 50. cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet dicit patientiam habe in me in quã tum confitemur peccata nostra postea in ore, et petimus à Deo, quod expectationem nobis concedat, in qua efficiamur meliores.

Et omnia reddam. Scilicet diu viuendo dona à Deo concessa in bono expendam, & tibi de illis vsuram reddam, & per bona opera sequentia recompensabo damna præteriti temporis. vide quęst. 136. in medio.

Procidens autem seruus. Et si Rex præcipiat seruum venundari, &c.

DOMINICA XXII. Post Pentecosten.

MATTH. XXII.

losophi, quare ergo dicitur, quod mittunt discipulos, et non dicitur: Pharisęos? vide loco citato. quæst. 80. vbi etiam ostenditur quod Pharisęi erant tunc, sicut modo sunt fratres, qui suis ceremonijs, & habitu, ostenduot se religiosiores cæteris de populo.

Cum Herodianis. Herodiani ab Herode dicunt, quidam tamen dicunt illos esse, qui circa Christum errabant putantes eum esse Ioan. Bapt. & vocantur Herodiani, quia Herodes hanc opinionem tenebat. sed hoc confutatur ab auctore pluribus rationibus, alij dicunt, quod Herodiani erant milites Herodis, qui ab Herode vocantur, Herodiani, & isti poterant ire ad Christum cum discipulis Pharisæorũ quia hoc tẽpore erãt in Ierusalem, qa istod fuit per duos, vel tres dies, ante passionem Christi alij dicunt, quod Herodiani erant illi, qui soluebant tributa Romanis. Cęsar, enim fecit Iudæos tributarios, & Herodem præfecit in Iudæa, vt cogeret homines ad tributa soluenda, quidam autem Iudæorum resistebant solonoi, alij autem sponte soluebant, & illos vocabant Iudæi Herodianos, s. quod conformabantur voluntati Herodis quarto vocabantur Herodiani illi, qui putabãt Herodem esse Messiam, sed in sane putabant. vide super Matth. p. 6. cap 22. quæst. 81. quare nunc pharisæi adduxerunt Herodianos ad tentandum Christum. Respondetur quod Herodes erat constitutus à Cesare Augusto super tributa, vt colligeret illa, & cogeret Iudæos illa soluere, Pharisęi autem volebant nunc petere à Christo an liceret date censum Cęsari; sicut & quęsierunt, & putauerunt, quod faueret genti suę, dicens: non esse soluęda tributa, hoc autem dicendo offenderet Cęsarem, & etiam Herodem, qui colligebat tributa Cæsaris. & ideo duxerunt secum Herodianos, vt si ille diceret, quod nõ licebat dari tributa Cęsari, statim raperent eum Herodiani, & traherent ad Herodem, vt illum occideret, quasi Cæsari repugnantem, quantum ad tributa. vide multa loco citato quæst. 82.

Magister scimus, quia verax es, & via Dei in veritate doces. Verba vera, sed adulatoria, & ad decipiendum composita. scimus quia verax es, i. pro nullo homine diceres mendacium, & doces viam colendi Deum, & perueniẽdi ad ipsum, & in hoc non mentiris. vide circa textum post. quæst. 69. quare autem Pharisęi, & Herodiani tentantes Christum dixerunt: magister scimus, &c. vide loco citato quæst. 83. huiusmodi autem verba sic ad propositum applicantur, nam duo Pharisæi desiderabant, vnum quod Christus simpliciter, & sine palliatione aperiret eis secretam sententiam animi sui super hoc. secundo quod in diffiniendo loqueretur contra Cęsarem, & Herodem colligentẽ tributa. vide loco citato. qu. 84.

Magister scimus. &c. Quid mirum si ministri proferant adulatoria verba, in domibus, enim Regum, & principum adsunt semper adulatores, & multo magis, si principes ipsi adulatores siot. quia ergo docuerant ministros vt dicerent, magister scimus, quia verax es. etiam ministri eadem verba adulatoria proferunt sic etiam 1. Reg. 22. Saul vocauit Dauid filium Isai. & non vocauit eum Dauid, quasi ex indignatione, vel vituperio, quia non censebat eum digno appellari nomine proprio, Doeg autem adulator audiens, quod Saul vocat Dauid filium Isai. vt faueret Regi, non vocat Dauid, nisi filium Isai. vide super primum Reg. p 2. cap. 22. quæst. 17. circa finem. De adulatione habes etiam super Leuit. cap. 18. quæstion. 9.

Non, enim respicis personam hominum. Idest respicis Deũ, & veritatem, & non hominem. vide super Matth. p. 6. cap. 22. post quæst. 69. circa illud; non, enim respicis.

Non, enim respicis personam hominum. Acceptio personarum signat quandam considerationem personę ad faciendum aliquid pro illa quia talis persona est, non accipere autem personam est non considerare personam ad hoc, quod et vtilitatem, aut honorem, aut aliquid boni impendamus, quia talis persona est. apponitur autem ipsa personarum acceptio iustitiæ distributiuę, quid autem sit iustitia distributiua. vide super Matth. p. 6. cap. 22. quæst. 108. vbi plura notabilia etiam ponuntur circa acceptionem personarum. An vero acceptio personarum sit peccatum. vide ibidem. quæst. 109. est autem regula ad cognoscendum quędam sit acceptio personarum quod quandocumque in dando aliquod bonum alicui consideratur sola persona, vel quæcunque conditiones personę, siue intrinsecę, siue extrinsecę, quæ tamen non efficiunt personam dignam illo bono, quod ei datur, vel saltem capacem, est acceptio personarum, si est materia in quam cadat acceptio personarum. vide loco citato, in medio. an acceptio personarum sit semper peccatum mortale, vel quandoque veniale. vide ibidem quæstion. 110.

Non enim respicis personam hominum. Apud Deum non est acceptio personarum; ita quod sine meritis tribuat quibusdam bona, & alijs merentibus mala tribuat, & quod aliquibus pœnam non inferat, & alijs inferat. qoale sæpe faciunt homines: sed in omnibus se habet iuxta merita, & demerita eorum, & tunc non accipitur persona, sed meritum. vide super Leuit. cap. 27. quæst. 9. in responsione ad primum argumentum nec etiam est acceptio personarum apud Deum, quia acceptio personarũ nunquam est; nisi in eo, qui debet distribuere aliquid aliquibus & tenetur sequi certam formam in distribuẽdo, quia si tunc intuitu personę, non seruaret istam formam esset acceptor personarum, Deus tamen non tenetur nobis ad aliquid, sed quicquid dat gratis dat. potest etiam dici, quod acceptio personarum attenditur in Deo quantum ad illa, quæ iam posuit sub lege: nam licet Deus, non teneatur alicui legi decreuit tamen omnibus bene agentibus dare vitam ęternam, & huic decreto stat, si autem aliquis bene agens non acciperet à Deo vitam æternam diceretur Deus saltem large personarũ acceptor. Actu. 10. in veritate comperi, quod non sit personarum acceptor Deus. sed in omni gente, qui facit iustitiam acceptus est illi. vide super Matth. p. 3. cap. 10. quæst. 46. in responsione ad primum argumentum.

Non, enim accipis personam hominum. An Deus sit personarum acceptor, vide ex professo super Matth. p. 6. ca. 22. quæstion. 120.

Non enim accipis personam hominum. De acceptione personarum habes multas quæstiones. super Matth. loco citato. à qu. 108. vsque ad qu. citatam. s. 120. vide ibid.

Non, enim respicis. &c. Vide in tabula generali plura de acceptione personarum verbo acceptio personarum.

Licet censum dari Cæsari an non. Idest nobis, qui Iudæi sumus licet ne dare tributum Cęsari, qui Gentilis est? vide super Matth. p. 6. cap. 22. post quæst. 69. circa illud; licet censum dari Cęsari &c.

Licet censum dari Cæsari an non? Cẽsus iste erat tributum annuum, quod Iudæi soluebant Romanis. modus autem erat, quia Iudæi fuerant liberi temporibus prioribus, quandiu Reges habuerunt, quia non dabant tributa gentibus alijs, sed principibus suis. etiam post captiuitatem Babylonicam, & liberationem eorum inde fuerunt, & potissime tempore Machabæorum qui liberauerunt gentem illam de manibus hostium, & eo tempore facti sunt Iudæi socij, & amici Romanorum, & manseront amici, vsque ad tempora Aristoboli, & Hyrcani, & propter discordias eorum Romani se intromiserunt, & tandem cum ipsi non seruarent Romanis legem amicitię pugnauerunt Romani contra illos, s. Pompeius cõsul, & intrauit Vrbem, & succendit templum, atque profanauit illud, & ex tunc Iudæi qui prius fuerant amici Romanorum facti sunt tributarij eis, & sic manserunt, vsque ad euersionem totalem vrbis, & gentis; vnde nunc tempore Christi tributarij erant, & soluebant tributum istud Cęsari, qui præerat Romanis. vide super Matth. p. 6. cap. 22. q. 85. quam occasionem habuerint Pharisęi petendi hoc à Christo dicitur quod fuit ad ad tentandum, sed vltra hoc aliquem colorem ostendere debebant. vide loco citato qu. 86. Quis erat Cęsar cui tributum reddebatur vide loco citato. quęst. 90.

Quid me tentatis hypocritæ? Contumelia est, quia eos hypocritas vocat, quod ad iniuriam pertinet, & dixit, quid me tẽtatis, idest ad tentandum me, & capiendum in sermone dicites hęc verba, & non ad sciendum veritatem. vide loco citato post quæst. 69. circa illud. quid me tentatis hy-

tatis hypocritę? quomodo autem per hanc quęstionem dicebantur Pharisæi tentare Christum vide loco citato quæst. 87. & argumentum cornutum proponebant, & putabant Iudæi, quod quomodocunque responderet Christus, caperetur, nam si diceret, non esse soluendum censum Cæsari, accusarent eum coram Herode collectore tributorum, vt non pateretur eum viuere. si vero diceret quod sic, diceret contra sententiam Pharisęorum, & contra intentionem populi, & sic sequeretur scandalum vide loco citato quæst. 88. quomodo Pharisęi hoc petierunt à Christo, cum scirent verisimiliter, quod ipse diceret tributum soluendum esse, cum ipse solueret. vide ibidem. quæst. 89. quare vero Christus dixerit, quid me tētatis hypocritę, fuit, vt ostenderet, quod agnoscebat eorum propositum inquirendo hoc, cum illi secrete egissent consilium, & intra corda sua proposuissent fallere eum, & nocere illi, & ipse hoc sciebat. vide plura quæst. 92. quare autem vocauit Christus Pharisęos hypocritas & quare illis aspere responderit, cum ipsi blande quæsiuissent, et quare eis responsum dedit, cum videret, quod eum tentabant. vide loco citato. quæst. 93. & quæst. 94. & quæst. 95.

Ostendite mihi numisma census. Quasi dicat ex denario apparebit solutio quæstionis, & potest accipi numisma, i. figura nummiorum; vel accipitur numisma, i. nummus & sensus est, ostendite nummum, qui soluitur pro censu. vide loco, citato. post. q. 69. circa text. quare autē hoc dixit, & cur ipse non protulit potius denarium ex bursa sua. vide quæst. 96.

Cuius est imago hæc, & super scriptio. Et sensus est, quod Christus accepit denarium in manu, & considerauit imaginem, quæ in eo sculpta erat, & de illa quæsiuit cuius erat, vt illi responderent.

Et superscriptio. Idest, literę, quę sunt supra imaginem, vel in circuitu eius vide post quæst. 69. circa textum. quare vero cum Christus viderit denarium, quæsiuit, cuius est imago hęc? &c. vide ibidem. quæst. 97.

Dicunt Cæsaris. Quomodo erat verum, quod imago Cęsaris erat in moneta. vide loco citato. quæst. 98.

Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo. Quare Christus dixit: Reddite. &c. & quomodo sequatur hæc consequentia ex dictis, vide quæst. 99. dixit autem reddite, & non dixit date, quia dare est donare, vel sponte dare, reddere autem est soluere, nam reddere est iterum dare vel post dare, s. qui dat, postquam sibi datū est, reddit, & iste soluit, quia dat, quod accepit, in omni, enim debito soluendo est reddere, quia nullum debitū causatur nisi ex accipiendo. Deo, enim debemus aliquid quia ab eo suscepimus omne bonum, principibus terrenis debemus tributa, quia ab eis recepimus defensionem, tranquillitatem, & alia bona. &c. vide loco citato quæst. 99. quare autem Christus dixerit: reddite, &c. cū hoc non faciat ad propositum. vide quæst. 100.

Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Quæ autem sint illa, quæ Deo sunt reddenda, est multiplex modus dicendi, sed melior modus est. quod accipiuntur hic debita Dei, ea, quę erant debita ei corporaliter, secūdū legē Moysi, nō q̄ dē p̄ se, q̄a ipse bonorū nostrorū nō indiget, sed vel pro sustentatione ministrorū, sicut erant decimæ, quas soluebant Iudæi ad sustentationem Leuitarum, & summi Sacerdotes. Num. 18. vel pro opere Sanctuarij, sicut dimidium sicli. Exod. 30. vel erat ad sustentationem Sacerdotum, sicut primitiæ, oblationes, & cętera iuxta, quæ ponuntur. Num. 18. vel erant ad honorem Dei sicut sacrificia, & libamina, quarum ad partes illius, quæ cremabantur in honorem Dei &c. vide plura loco citato. q. 101. Dixit autem prius Cęsari, quam Deo, quia de istis erat quęstio, & non de debitis Dei, debita autem Dei, non inducuntur hic principaliter, sed accessorie, ideo de illis erat posterius dicendum. vide quæstio. 102. vbi etiam alię explicationes adducuntur. An erant Iudæi obligati Cæsari ad tributū. vide quæstio. 103. an Christus dicens reddite, &c. significauit aperte, quod tributum dandum esset, Cęsari. vide quæst. 104. Quomodo tandem Christus voluit dicere aliquid debitum esse Cæsari, cum esset contra populum vide loco citato. quęst. 105.

DOMINICA VIGESIMA TERTIA, Post Pentecosten.

MATTH. IX.

L*Oquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit.* Loquebatur Iesus ad discipulos Ioann. & Pharisæos, dicitur tamen, quod loquebatur, ad turbas, quia quando loquebatur discipulis Ioann. turbæ multæ conuenerant, & sic ad omnes loquebatur excusando coram eis discipulos suos à ieiunio, vide super Matth. par. 3. cap. 9. post quæstio. 83. circa illud, loquente Iesu accessit princeps synagogę, vt dicitur Lucæ 8. Matth. tacuit hic nomen eius, Lucas tamen ait, quod vocatur. Iairus princeps Synagogę. per synagogam quid intelligatur, vide loco citato. quæstio. 85. quare autem nomen istius exprimatur. Marci 5. & quare dicitur, quod erat princeps synagogæ. vide ibidem q. 86.

Et adorauit eum. Adorauit ad exhibendum ei debitum honorem, adorauit ex necessitate, quia volebat iste princeps placare Christum, vt dignaretur filiam eius sanare, quod per humilitatem putabat habere posse: adorauit, dicunt aliqui adoratione latriæ, sed hoc non stat, adorauit ergo adoratione dubia, quę hominibus exhibetur vide loco citato q. 87.

Filia mea modo defuncta est. Quare alij Euangelistę aliter loquuntur, & Marcus ait filia mea est in extremis, Lucas vero, dicit, quod moriebatur, est multiplex modus dicendi. vide loco citato quæstio. 88. vide etiam p. 4. ca. 14. quæst. 72. in principio.

Veni, & impone manum tuam super eam. Hoc dixit, primo quia putabat, quod in Christo esset aliqua virtus, quæ per contactum deriuaret in eos, quos tangeret. secundo, quia sic antiqui prophetę curabant ægritudines. tertio, quia ipse non putabat, quod Christus esset Deus, sed quod esset aliquis de prophetis, & ideo non credebat, quod in absentia posset operari, sed quomodo ignorabat Christum in absentia posse sanare, si iam hoc pacto sanauerat seruum Centurionis? esset multiplex modus dicendi. vide omnia. super Matthæi. par. 3. cap. 9. quęstio. 89.

Et surgens Iesus, sequebatur eum. Sed quomodo Christus voluit ire cum isto principe, cum ipse vocauerit eum ex quadam infidelitate, s. quia non credebat, quod absens posset sanare filiam eius? nam propter infidelitatem, noluit ire cum regulo, cuius filius infirmabatur Capharnaum assignatur multiplex, ratio, loco citato quæst. 90.

Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis. Hanc mulierem doctores vocant Hemorhoissam idest patientem Hemorhoides, sed non habebat huiusmodi infirmitatem, sed similitudinem illius infirmitatis. vide loco citato, circa illud, & ecce mulier. hęc autem mulier patiebatur fluxum sanguinis extra tempora mēstruorum, nam sanguinem menstrualem fluere, naturale est, & non computatur inter ęgritudines; sed potius cessatio fluxus menstruorum in fęminis causat eis graues ęgritudines, fluere autem sanguinem extra tempora menstruorum ęgritudo est, & sic leuitici 15. distinguuntur inter fluxum menstruorum, & sanguinem fluentem extra tempora. vide loco citato. quare inseratur hic de curatione istius mulieris, nondum completo miraculo, quod narrari inceperat. vide loco citato quæst. 91. quare dicatur, quod ista mulier duodecim annis passa est fluxum sanguinis. vide loco citato. quęst. 92. quare Christus voluit facere hoc miraculum sic interpositum. vide quęst. 91. vide etiam cap. 71. 4. parad. in principio.

Accessit retro. Non ingressa est vrbem, quia hoc prohibitū erat. Num. 5. quod immundi manerent in Ciuitate. sed extra vrbem, nam dum Christus veniret de loco, vbi loquebatur. cum discipulis Ioan. ad domum principis, cōtigit eum ire extra vrbem, iuxta illam & ibi ista mulier

occurrit

occurrit ei. vide sup. Matt. p. 5. c. 9. q. 93. accessit retro propter humilitatem retro quia hoc sibi facilius erat, nam si voluisset anteriorem fimbriam Christi tangere incurvando se coram Christo, oportebat, quod Christus maneret, & tunc manifeste appareret, quod aliquid vellet à Christo, & iam petere oporteret, quia Christus diceret ei: quid uis. tertio accessit retro vt lateret, nam cum esset immunda et ubescebat dicere ægritudinem suam. & c. vide loco citato q. 97.

Et tetigit fimbriam vestimenti eius. Habebat enim Christus fimbria in vestimento iuxta consuetudinem Iudæorum, nam in quolibet vestimento exteriori quatuor fimbrias habebant, vt distinguerentur ab aliis gentibus habuerunt enim vnum signum in carne. s. circuncisionem per quod distinguebantur, sed quia hoc non videbatur. dedit aliud signum de fimbriis, quod erat discoopertũ. fimbriæ autem vocantur quædam particulæ panni hyacinthini. i. coloris cęlestis positæ in quatuor angulis palli. vide loco citato q. 94. propter multas autem rationes voluit mulier ista tangere fimbrias. vide ibid. qu. 95. An Iudæi essent obligati portare fimbrias, & vittas hyacinthinas. vide sup. Num. c. 15. q. 53. an præceptum de fimbriis obligaret in deserto. vide ibi. q. 54. an Christus portabat fimbrias, & vittas hyacinthinas. vide sup. Matt. p. 6. cap. 23. q. 44. & de fimbriis Iudæorum habes alias q. ibidem. scilicet quæst. 39. & quæst. 40. & quæstio. 41. & quæst. 42. & q. 43.

Dicebat enim intra se. si tetigero tantum vestimentum eius salua ero. Quare ista mulier accessit ad Christum tacẽs, vt sanaretur, & non petiit ab eo sanitatem. vide loco citato q. 96. dicitur autem hic, si tetigero & c. ad ostensionẽ fidei eius, & plenitudinis virtutis Christi, quæ duo necessario exigebantur nam etiam si mulier fidẽ habuisset, si in Christo non fuisset virtus, non posset illa sanari, & hoc Christus expressit Marci, 5. ego noui virtutem exiuisse de me, si autem Christus virtutem magnã haberet, mulier tamen nullam haberet fidem, nec deuotionem, nihil inde consequeretur, etiam Christi carnẽ tangendo exprimitur autem ab omnibus euangelistis, s. quod dicebat intra, si tetigero, & c. quia ista est finis intentus in omnibus miraculis, non. n. faciebat Christus miracula, nisi vt crederetur in eum. vide loco citato. quæst. 99.

Quis me tetigit. Hæc verba non habentur in Euangelio, sed Marci. 5. & Lucæ. 8. querit autem auctor super hoc. quare Christus voluit istud miraculum manifestari, cum fuisset factum in occulto, ita vt semper latuisset, nisi ipse mulierem cogeret ad dicendum cogebat autem petẽdo quis me tetigit, quia iam mulier non potuit tacere. vide qu. 103. quare autem Christus ait, quis me tetigit, cum hoc sciret. vide q. 104. quare non dixit mulieri: tu me tetigisti? cum videret illam. vide q. 105. vbi assignantur plures rationes.

Confide filia. fides tua te saluam fecit. Quare Christus hoc dixerit, cum mulier iam fidem haberet. vide loco citato q. 109. quomodo dixit: fides tua & c. cum mulier fidẽ plenam iam haberet, vide q. 111. vbi, quod duplex est fides ostenditur, & quod mulier a fluxu sanguinis curata, fecit Christo statuam æneam. vide etiam sup. Matt. p. 4. cap. 15. q. 79.

Et sanata est mulier ex illa hora. Non quando Christus dixit fides tua, & c. sed quando mulier tetigit fimbriã. vide loco citato qu. 110. quare Christus voluit facere hoc miraculum non petente muliere. vide loco citato. q. 98. quomodo virtus infinita simul potest, & in instanti rẽ disponere, & formam producere, vide qu. 100. vbi dicitur, quod ad hoc vt mulier sanaretur duo requirebãtur potestas sanantis, & dispositio eius, qui debebat recipere sanitatem, potestas autem ex parte Christi, erat infinita, ideo poterat operari in instanti, dispositio autem nulla est, nisi fides ex parte suscipientis, nam dispositio corporalis nulla requiritur, & c. ostenditur etiam, quomodo mulier, statim, vt tetigit sensit se esse sanatam. an aliqua virtus exiret de Christo ad sanandum morbos vide loco citato qu. 101. quomodo Christus sanabat aliquos tactu sui sacratissimi corporis, & absque eo, quod sanitatem peterent. uide sup. Matth. p. 5. cap. 21. quæst. 81. an Christus per contactum sanabat ægros, & an humanitas erat organum quoddam diuinæ virtutis operantis, & qua dicatur esse illa vnio, qua corpus Christi est vnitum verbo Diuino, & quomodo intelligitur, quod Deitas vtebatur Christi corpore, vt organo. vide super Matth. p. 3. cap. 9. q. 102.

Et cum venisset Iesus in domum principis. Christus postq̃. sanauit mulierem, multa fecit, s. dixit: quis me tetigit? circumspiciebat, vt uideret eam, & c. Vt sic ex industria moraretur vt interim venirent nuncii ad principem Synagogæ de morte filiæ eius vt sic iam omnes scirent illã esse mortuam, & cum postea viderent eam viuere, appareret, quod fuerat a Christo suscitata. vide loco citato, q. 106. venerunt ergo, dum moraretur nuncii ad principem, & dixerunt mortua est filia tua, noli vexare eũ. uide ibi. q. 112. dixit autem Christus, principi noli timere, sed tantum crede, ad confirmandum fidem illius, nã ex fide vocauerat Christum, & quia nunc isti nuncii dicebant mortuam esse puellam, & quod Christus nõ posset illam suscitare, poterat turbari princeps, & deficere in fide, ideo ait: noli timere, sed tantum crede. vide loco citato. q. 113. dixit autem crede non quia fides sit necessaria, ex parte Christi vt suscitaret puellam nam dicitur Isai. 49. quis adiuuit spiritum Domini. sed erat necessaria ex parte nostri. vide ibidem.

Et vidisset tibicines. Isti erant in domo iam plangẽdo puellam mortuam.

Et turbam tumultuantem. Idest flentem, & tumultum facientem sic dicitur Marci. 5. videt tumultum, & flentes, & eiulantes multum. vide loco citato. quæstio. 111. circa illud, & vidisset tibicines. tibicines autem vocabãtur tibiis canentes, & erant hic secundum antiquam Iudęorum consuetudinem, nam ad luctum mortuorum inducebant tibicines, vt ibi canerent, hoc autem fiebat ad augendam tristitiam, & propter solẽnitatem luctus. vide loco citato. quæst. 114.

Dicebat recedite, non est mortua puella, sed dormit. Exclusit tibicines primo ad quandam consolationem, hortando, quod non lugerent, recedite idest cessate a luctu. secundo fuit quia volebat suscitare puellam, & luctus ille tibicinum pro solis mortuis fiebat. tertio quia erant indigni videre suscitare puellam, nam irriserant Christum & c. vide quæstio. 115. eratne verum puellam non esse mortuam. Respondetur quod vere erat mortua, quare ergo dicit non est mortua, sed dormit. vide loco citato. quæst. 116. quare non dixit Christus puellam esse mortuam, & quare mortui dicantur quandoque dormientes. vide quæst. 117.

Et deridebant eum. Putabant enim quod ex ignorãtia hoc diceret credens puellam adhuc viuere, quam illi sciebant esse mortuam. vide loco citato quæst. 111. circa illud, & deridebant eum quare Christus non increpuit derisores sui. vide quæst. 118.

Intrauit in cubiculum in quo puella erat mortua. Manifestum est quod solum tres discipuli, Petrus, Ioannes, & Iacobus intrauerunt in cubiculum, vbi erat mortua puella, Lucæ. 8. an vero hi tantum cum eo iuerint ad domum principis, non apparet, quia alii affirmant, alii vero negant, quid tenendum sit vide quæstione centesimadecimanona quare Christus istos tres solũ secũ accepit. vide loco citato quæstione centesimavigesima, vbi etiam prærogatiuæ explicantur quas Christus his tribus concessurus erat post mortem.

Et eiecta est turba. Quare Christus eiecit totam turbam de domo, ita vt solos tres discipulos, & matrem, & patrem puellæ intrare permitteret. & quid agendum sit quandoque ne inuidi accipiant occasionem maioris inuidentiæ. vide loco citato quæstione centesimauigesimaprima voluit autem patrem, & matrem adesse, vt essent testes huius miraculi quare non totam turbam? ne Pharisæorum inuidiam magis irritaret, nonne sufficiebat testimonium trium discipulorum, cum scriptũ sit, quod in ore duorum, vel trium stabit omne verbũ? vide loco citato q. 122. quare potius voluit patrem, & matrem adesse miraculo, quam alios extraneos. vide ibi.

q.123.ad quid opus fuit aliquos discipulos adesse, cum parentes adessent ad puellæ suscitationem. vide quæst. 144.& quare Apostoli dicantur principes Ecclesiæ, ibidem ostenditur. quare autem Christus voluit nunc habere testes huius suscitationis. vide ibidem. quæstione centesimavigesimaprima.

Tenuit manum eius, & dixit puella surge. Quare Christus tetigit manum puellæ, quando eam suscitauit, vide loco citato. qu.126. quare Christus clamauit ad suscitandam puellam. vide q.127.

Puella surge. Lucas ait Thabitacumi, quod est vocabulum hæbraicum, & interpretatur puella tibi dico surge sic enim multis in locis sacræ scripturæ, ponitur nomen græcum, siue hæbraicum cum eius interpretatione. de hac re vide plura exempla super Exod. parte 1.cap.16. quæst.6.circa finem. super illud, quod significat, quid est hoc.

Et surrexit puella. Quomodo anima huius puellæ rediit, & quod forma est præcipua causa distinctionis & vnitatis, & corpus accipit esse humanum per animam. vide super Matth. parte 3.cap.9.quæstio.128.postquam autem surrexit iussit Dominus, quod darent ei manducare, non quia puella ex ægritudine ex qua expirauit remanserat debilitata, vt aliqui dicunt, quod & multipliciter reiicitur, dicitur ergo quod voluit hoc in signũ, quod vere surrexisset. vide plura loco citato, q.129.

Exijt autem fama hæc in vniuersam terram. Iussit Christus parentibus istius puellæ, quod nulli dicerent, non ea intentione, vt taceretur, sed vt innueret, quod laudes humanas de suis operibus non quærebat vide loco citato quæst.130. sed siquis quæreret a parentibus puellæ, nunquid filia sua fuerat suscitata, tenebanturne dicere, quod non? vide quæst.131.credendum est, quod Christus iuberet etiam discipulis, vt tacerent, quia nihil proderat, quod parentes puellæ illud occultarent, si discipuli illud diuulgarent. uide loco citato quæstione 132. ad quantum tempus extendebatur præceptum occultationis, an ad semper, vel vsque ad Christi resurrectionem. vide loco citato. quæstio.133. quomodo dicitur, quod exiit fama hæc per vniuersam terram, de suscitatione puellæ, cum Christus vetuerit dicere: vide loco citato, quæst.134.

DOMINICA XXIIII. Post Pentecosten.

MATTH. XXIIII.

CVm videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta, qui legit intelligat. Idest cum videritis Idolum, quod est signum desolationis futuræ Ciuitatis Ierusalem, quam abominationem prænunciauit Daniel cap. nono, scitote quod in proximo est vrbis euersio, & qui Prophetiam Danielis legerit, sciat, de hac euersione intelligendam esse. vide super Matth. parte sexta cap.24.post quæstio.95.circa illud, cum ergo videritis abominationem: quid Christus voluit designare per hoc, scilicet cum videritis abominationem. vide loco citato quæst.96.aliqui enim hoc, intelligunt de Antichristo qui abominabilis est, sed hoc confutatur.& probatur quod debet intelligi de signis præcedentibus euersionẽ Ierusalẽ. quare aũt Christus pnunciauit hæc, quæ habentur hic, uide ibidem quæstio.97. quæ fuit abominatio desolationis, quam visuri erant discipuli, antequam fugerent de Iudæa, sunt quam plures sententiæ sed melior est, quod ista abominatio fuit habitatio hominum impiorum in templo, & prophanatio eius, nam Deus valde honorari iubebat templum suum, nihil autem magis abominabantur, quam illud prophanari, sed isti seditiosi qui confugerunt ad templum illud prophanauerunt, vt vult Iosephus. vide loco citato. quæst. 98. per totam, quæ longissima est. quare autem Christus dixit: cum videritis abominationem desolationis, quia sufficiebat dicere, abominationem. vide quæstio.99. quare autem Christus alleget hic Danielem, ponuntur quinque rationes. vide ibidem quæstio.100. quomodo intelligatur auctoritas Danielis, quam Christus attulit. vide ibi. quæstione.101. quomodo concordat Matth.& Marcus, & Lucas in hoc nam Matth. dicit: cũ videritis abominationem desolationis, stantem in loco sancto, quæ dicta est a Daniele Marcus 13. dicit. cum videritis abominationem desolationis stantem, vbi non debet. & nihil dicitur de Daniele. Lucas autem 21. dicit: cum videritis circundari Ierusalem ab exercitu, scitote, quia appropinquat desolatio eius. vide multa loco citato quæstione 102. quare Christus dixit, qui legit intelligat. uide quæst.103.

Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes. Admonet Christus fugere Christianos de Iudæa, & Ierusalem tempore euersionis, vt nihil mali ibi patiantur, nam ideo hæc omnia prænunciat, vt Christiani possint tempore conuenienti fugere, & hortatur, vt fugiant ad montes, idest ad terram montuosam, in qua non sit exercitus Romanorum vastans prouinciam. vide super Matth. p. 6.cap. 24.post quæstio.95.circa textum quare Christus dixit: tunc qui in Iudæa sunt fugiant. vide loco citato quæst. 104. vbi dicitur, quod duo intendit Christus in tota ista prænunciatione malorum de Ierusalem, primum erat vt credentes eriperent se de periculis fugiendo secundo vt non fugerẽt ante tempus, ne cessaret prædicatio in Iudæa, vide ibi voluit autem fugerent, quia mala euentura Iudæis infligebantur propter peccata, eorum, scilicet q a Christum occiderant, & aliquos etiam ex eius discipulis, alios autem persecuti fuerant, & eiecerant de regione sua, & cum eis prędicaretur noluerunt conuerti, qui autem credebant in Christum, vel in hoc non peccauerãt, vel si peccauerant sicut Paulus, qui erant consentiens morti Stephani, &c. iam conuersi pęnitentiam egerant, & doluerant de hoc, vnde eis remissum fuerat, ideo non erat dignum hanc pęnam exerceri in eos, sed in illos, q semper increduli, & rebelles extiterant, ideo debuerunt fidẽ liberari. vide loco citato q. 105. sed ad quid voluit Christus vt fugerent. vide q.106. vbi etiam ostenditur, quod conueniens fuit dari monarchiam populo Romano de toto orbe. Quare dictum est, qui in Iudæa sunt, fugiant, vide q.107. dicitur autem, quod fugiant ad montes, s. quod omnes credentes, de Ierusalem, & de tota Iudæa, Samaria, & Galilæa, fugientes non fugiant in Ierusalem, sed ad montes, qui sint isti montes ad quos fugituri erant credentes, est duplex modus dicendi. Vide ibidem quæst.109.

Tunc qui in Iudæa sunt fugiant. &c. Supra Christus loquebatur dirigẽdo sermonem ad discipulos in secunda persona, scilicet cũ dicebat. audituri estis prælia, & opiniones pliorũ videre ne turbemini, &c. hic aũt loquit in tertia persona, qui in Iudęa sunt fugiant, & ratio est quia sciebat Christus quod quando illa euenirent, non essent in Iudęa isti, quibus nunc loquebatur. vide loco citato, qu.110. an sufficit credentibus ista admonitio Christi, vel habuerunt aliquam aliam spetialem. vide ibidem. quæst.111.

Tunc qui in Iudæa sunt fugiant. Hoc tunc generaliter, fuit quod exprimitur in litera, scilicet cum videritis abominationem, &c. sed si magis determinate scire velimus. aliqui dicunt, quod hoc tunc fuit, quando exercitus circũdedit Ierusalem, scilicet Vespasianus, & Titus, & hoc quia Lucæ.21. dicitur cum videritis circundari Ierusalem ab exercitu, &c. sed hoc multipliciter reiicitur. veritas est, quod tunc fugiendum erat, quando credentes viderent circundari Ierusalem ab exercitu, non quidẽ Romano, sed Regis Agrippæ, nam Agrippa Rex, misit duo millia equitum contra seditiosos, qui se in templo incluserant, & illi circundederunt Ierusalem. vel dicatur quod intelligitur de exercitu Romano obsidente vrbem non tamẽ de exercitu Titi, & Vespasiani, sed Cestii, vel Flori ducum Romanorum, & pro hoc multa, & pulchra adnotantur. vide super Matth.p.6.cap.24.q. 112. quæ est longissima.

Et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua. & qui agro

qui agro non reuertatur tollere tunicā suam. Quare Christus dixit, qui in agro est non reuertatur tollere tunicā suam. vide sup. Matt. p. 6. c. 24. q. 113. quare autem spetialiter Christus dixit de illo qui erat in agro, & in tecto. vide ibidem. q. 114.

Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Hoc etiam de credentibus dicitur. s. quod prægnantibus, & nutrientibus esset angustia in fugiendo, quia prægnantibus propter onus vteri, esset difficile fugere, nutriētibus vero propter onus natorum ambulare impotentiū quasi dicat cæteri poterunt fugere velociter, sed isti non, & ideo dicitur, væ autem prægnantibus, quasi dicat, alii q onerati sunt, poterunt onera relinquere, vt fugiant, quia sunt accidētalia, & extrinseca, sed pgnantes, non possunt deponere onera sua, quia sunt eis naturalia, i. intra vterū nutrientes vero filios paruulos dimittere nō possunt, iō vtrisq; angustia erit. vide sup. Matt. p. 6. c. 24. q. 115.

Orate autem, vt non fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato. Aliqui dicunt, quod hoc intelligitur de temporibus Antichristi ita Nicolaus. sed hoc reiicitur & probatur q dēt intelligi de fuga credentium ante euersionem Ierusalē de Iudæa. vide loco citato, q. 116. quō autem hoc faciat ad propositum exponendo de fuga credentiū de Iudęa. vide ibid. q. 117. sed quō tanta necessitas fugę, in velocitate, & celeritate erat, quod sabbathum impediret. nam hyems quidem multum impediret, si accideret tempore hyemis, vt si quis tota hyeme expectare vellet, vsq; ad ver, vt esset aptum ipsius itinerationi, sed de sabbatho videtur esse dubium, nam vnus dies erat, quod ergo sequenti die post sabbatum esset fuga, non videbatur impedimentum afferre, quia erat mora parui temporis. vide loco citato. q. 118. sed cum sabbathum non impediret itinerationem, nisi quia Deus uetuerat in illo abstineri ab opere seruili, & essēt ē aliæ festiuitates in quib. abstinebatur ab opere seruili sicut in festo Azymorū, & Scenophegiæ. Leuit. 23. quare non dictum est etiam de his, festiuitatibus, sicut de sabbatho. vide loco citato. q. 119. Dubiū tamen est. si hæc verba dicebantur credentibus, qui ad sabbathi obseruantiam non tenentur quō ergo sabbathum esset eis impedimento. vide longissimam q. loco citato, q. 120. sed dato, quod Iudæi conuersi sabbathum obseruarēt quomodo poterat eis obstare ad fugam, quia ad agendum ea, quæ non sunt necessaria simpliciter ad conseruationem vitæ obstat sabbathum, sed ad ea, quæ sunt necessaria non obstabat, sic patet de Machabæis, qui in diebus sabbathorum pugnabant se defendendo. 1. Machab. 1. immo, & quæ minora erant, dū tamen essent necessaria fiebant in sabbatho, sicut soluere pecora, & ducere ad aquas, & custodire ea in agris, sic Christus dixit Lucæ. 13. & hoc Iudæi non potuerūt negare, sed tunc imminebat necessitas fugæ, ita quod non fugientes occiderentur ab exercitu, vel raperentur omnia sua; immo & de uita erat certum periculum, iō non obstabat sabbathum ad fugiendum. est duplex modus dicendi circa hanc rem, & primus reiicitur. vide loco citato q. 121. quare Christus dixit, orate, ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho, nam quantum ad cætera impedimenta non dixit aliquid orandum. uide ibid. q. 122.

Orate, ne fuga vestra fiat hyeme, vel sabbatho. Cum imprægnationis impedimentum, & nutritionis, non esset in potestate nostra tollere. si ut neque impedimentum sabbathi, aut hyemis, quare nō dicitur de hoc, orate ne tūc fiat fuga. uide loco citato quæst. 123. quomodo autem Christus dixit: orate ne fiat fuga, cum sine oratione ipse facere posset. vide loco citato quæst. 124. Quomodo dixit Christus orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel Sabbatho, quia pro illo oramus, quod fieri, aut non fieri dubitamus cum autem certum est, quid accidet non est orandum, vt sic, & sic fiat, sed Christus sciebat determinate de fuga, an fieret hyeme, vel sabbatho an non, & hoc ita certissime euenturum erat, ideo videtur, quod non deberet suadere orandum, quid dicendum sit vide loco citato quæst. 125.

Et erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio. Aliq hoc explicant de tempore Antichristi, vt Nicolaus, qui existimat, quod nulla tribulatio sit maior, quam ea, quę est sub Antichristo sed ille sensus non potest esse literalis, nam tempore Antichristi non iubemur fugere, quia non erit, quo fugiamus exponitur ergo de tribulatione, quæ esset ante euersionem Ierusalē. vide loco citato, qu. 126. quomodo est verū, quod tribulatio illa futura erat maior omnibus præteritis, & futuris. vide ibid. q. 127.

Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. i. nisi essent pauci dies in quibus duraret tribulatio multi perirent de electis, vel paterentur incommoda. vide loco citato post q. 95. circa illud, nisi breuiati fuissent dies illi quando autem fuit hoc, scilicet breuiati sunt dies illi, & c. vide loco citato q. 128. quid vero sit ista abbreuiatio dierum, aliqui dicunt, quod cum Deus vellet tribulationes minores efficere. i. vt minori tempore durarent faciebat dies, quibus illa tribulatio durabat minores solito, sed hoc multipliciter confutatur, alii dicunt dies abbreuiatos. i. mala, quæ in diebus fiebant abbreuiata, quia accipitur dies pro eo, quod fit in die, sed hoc dupliciter potest intelligi aliter etiam dicendum est scilicet quod breuiati fuerūt dies, i. pauci facti, cum enim posset multo tempore durare tribulatio hæc, fecit, quod pauco tēpore duraret. vide loco citato. q. 129. quid autem est, qd dicitur, non salua fieret omnis caro. vide ibid. q. 130.

Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Scilicet illos, quos Christus elegerat, vt pertinerent ad ecclesiam suam. vide sup. Matth. p. 6. cap. 24. post quæst. 95. circa illud, sed propter electos, &c. qui hoc intelligunt de Antichristo dicunt, electos esse illos viros bonos prædestinatos, quos illo tempore esse cōtinget, & propter hos dicunt breuiatos dies, s. ne durante tribulatione deficerent aliqui eorum. siue propter impatientiam doloris, siue propter magnitudinem seductionis aliter potest accipi pro electis. idest prædestinatis de Iudæis, qui nondum conuersi fuerant, nam multi de Iudæis, & stirpe eorum conuertendi erant, qui nondum erant conuersi, quando superuenit tribulatio euersionis. vide loco citato qu. 131. quare autem dicatur quod propter electos breuiabuntur dies adducuntur quatuor rationes. vide ibid. q. 132.

Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere, surgent enim PseudoChristi, & PseudoProphetæ, & dabunt signa magna. Hāc litteram aliqui intelligunt de Antichristo. alii de aduentu Christi. sed re vera, licet Antichristus & discipuli eius, & Prophetæ ipsi facturi sint signa, illa erant mendacia. vt Apostolus dicere videtur loquens Thessalonicensibus, tamen quæ ponuntur hic, non accipiuntur pro temporibus Antichristus sed tempore euersionis Ierusalem, de quo hucusq; locutus est Matt. & hoc valde consonat veritati historicæ, nam Iosephus lib. 18. & 20. antiquitatum, & li. 2. & 3. de bello Iudaico ponit multos, qui eo tempore surrexerunt, & se Christum vocabant, item litera ista non satis applicatur ad tempora Antichristi, nisi extorquēdo sensum, nam dicitur in litera surgent Pseudochristi, & tamen Antichristus vnicus est. vide sup. Matth. p. 6. cap. 24. q. 133. ad quid dixit Christus hic de istis pseudo Christis. vide q. 134. quare autem dixit; si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. vide q. 135. quare dicitur, surgent Pseudochristi, & Pseudo Prophetæ. vide q. 136. qui erant Pseudo Prophetæ, & quare de illis Christus dixit. vide q. 137.

Et dabunt signa magna, & prodigia. Scilicet mirabilia facient, quæ opere dęmonum prouenient. vide sup. Matt. p. 6. c. 24. post q. 132. inquit autem dabunt signa, & prodigia, quæ omnia miranda sunt, & differunt, quia signa dicuntur illa, quæ inducta sunt ad significandum, & in ostensionem veritatis aliquarum rerum, prodigia dicūtur, quia magna sunt, & ideo non subiiciuntur potestati cuiuslibet, alii dicunt, quod signa, & prodigia differūt, quia signa sunt miranda. sed minora quidem, prodigia autem sunt maiora. primus modus dicendi est melior. vide loco citato quæst. 138. quomodo isti PseudoChristi & PseudoProphetæ faciebant miracula, cū essent falsi. vide ib. q. 139. sed quō stat, qd isti PseudoProphetæ facerent signa, & prodigia. quia per hoc probatur veritas Prophetiæ in veris Prophetis, si autem falsi Prophetæ, qui à Deo nō sunt possunt hæc facere non est aliqua probatio, quia constet veros esse Prophetas, & a Deo missos, & tamen per istum modum probatur veritas Pro-

phetię. Deut. 18. ergo non possunt pseudo Prophetæ signa facere. est multiplex modus dicendi. vide loco citato, quæst. 140.

Ita vt in errorem inducantur etiam electi, si fieri potest. Idest tanta erit vehemētia seductionis ex magnis signis, & ꝓdigiis, quod decipientur plurimi Christianorum, & nō solum mali, sed etiam electi erunt in periculo, licet tandem non decipientur sic, quod fide deperdita Antichristum sequantur. vide sup. Matt. p. 6. c. 24. post q. 132. circa illud, ita vt in errorem.

Ita vt in errorem, &c. Hæc difficultas de errore electorum est quantum ad vltimum errorem, s. per finalē impœnitentiam, nam in talem errorem nunquam incidet, qui electus est, quia sic frustraretur diuina electio, sed de errore, dum viuitur, non est dubiū, quia electi possint peccare mortaliter, & semper peccent, & sicut peccāt in peccatis actionum, ita & in fide possunt peccare, sed ante mortem pœnitebunt, hic vero non est sermo de errore vltimo electorum electi autē possunt accipi dupliciter. vide sup. Math. p. 6. cap. 24. q. 141.

Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est, nolite exire. Ad videndum scilicet eum, quis sit, aut qualis sit, quia nō poterit esse, nisi fallax.

Ecce in penetralibus. Idest in domo secreta.

Nolite credere. quidam dicunt gentiles vocari desertum, & hæreticos penetralia, & hi mentiuntur apud se esse Christum, vel salutem, sed non est. alii intelligunt de Antichristo, sed debet intelligi literaliter de falsis Christis ante euersionem Ierusalem. ponitur autem quod esset Christus in deserto, aut in penetralibus propter duo primo ad significandum rem occultam, secundo ad tollendum id, quod sequitur. s. nolite exire. vide loco citato q. 142. quare autem illi, qui Christum se dicerent, essent in deserto, aut in penetralibus. vide. ibid. q. 143. sed cum vnus Christus esset futurus, quō poterant credere Iudæi oēs istos esse Messias, aut Christos, vide loco citato q. 144. quare autem Christus dixerit, si vobis dixerint, ecce in deserto est nolite exire, quia satis erat, quod non crederet esse Messiam aliquem venientem. vide loco citato q. 146.

Sicut enim fulgur exit ab Oriente & paret vsque in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Ista litera facit probationem, quod non poterit esse verus Christus ille, qui veniet, quia Christus cū venerit manifestus veniet, & non dicetur ecce in deserto est, aut in penetralib est, sed statim de Aduentu eius erit notum in toto orbe, neq; poterit quis ignorare. vide sup. Math. p. 6. c. 24. post quæst. 132. circa illud, sicut enim fulgur. & c. ad quid autē dixit Christus, sicut enim fulgur. & c. vide. q. 146. assimilauit autem Christus aduētum suum fulguri, potius q̄ soli, aut Lunæ. primo, quia agitur hic de aduentu ad iudicium. qui aduentus erit terribilis, nam dicitur supra in litera, quod apparebit signū filii hominis, & tūc plangent omnes tribus terrę, fulgur autē est aliquid exterrens homines, Sol vero, & Luna, non exterrent, immo delectant, eccles. 11. dulce lumen, & delectabile est oculis hominum videre solem. secundo & principaliter ꝓpter modum apparitionis, nam Christus vult hic ostendere, quod apparitio sua erit subita, & omnibus manifesta, & ad hoc magis conueniit conditio in fulguris apparitione, quam Solis, quia Sol semper circuit cœlum, & motum suum aliquando est supra horizontem, aliquando infra, &c. vide loco citato. q. 147.

Vbicunque fuerit corpus illuc congregabuntur, & Aquilæ. Quare Christus hoc dixerit vide sup. Matth. p. 6. ca. 24. quæst. 148. dixit autem de Aquilis, licet hoc coruis, & vulturibus conueniat, quia sanctos significare voluit, q propter volatum Aquilę dicuntur sed est sensus mysticus, dicēdum ergo quod non accipiūtur Aquilæ pro iustis, neque ꝓ aliquibus hominibus, sed est comparatio scilicet quod sicut vbicunque est cadauer, statim cōgregantur Aquilæ, Corui, & Vultures quantumcunq; distent, ita cum Christus venerit ad iudicandum, statim occurrent omnes homines in locum, in quo Christus apparuerit, licet in partibus distantissimis orbis iacuerint, quare autem non sit dictum, de Coruis, & vulturibus, vide loco citato. q. 149.

Statim autem post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur. Discipuli fecerant Christo tres petitiones simul dic nobis quando ista fient, & quod est signum aduentus tui, & consumationis sæculi. Respōdit autem Christus ad primum de euersione Ierusalem ponendo omnia, quæ præcessura erant, & circa quæ expediebat instrui, nunc transit ad secundum, s. vt de aduentu suo dicat, qui est simul cum sæculi consummatione. loquitur autem hoc de aduentu suo dupliciter vnomodo vt distinguat illū ab aduentu vel apparitione falsorum Christorum, qui venturi erant ante euersionem Ierusalem, aliomodo vt dicat de vero aduētu suo, qui est futurus ad iudicandum, & de circunstantiis eius, de primo dixit supra loquendo de falsis Prophetis, secundo modo agit hic. vide sup. Matth. p. 6. cap. 24. post quæst. 149. circa illud, statim autem. aliqui tamen volunt, quod ista littera intelligatur de his, quæ acciderunt ante euersionem Ierusalem, & probant dupliciter sed vere accipiuntur de tempore aduentus Christi ad iudiciū, ita exponunt omnes doctores, vide loco citato. qu. 150. sed si de aduentu Christi ad iudicium intelligitur quomodo potest stare, quod dicitur. statim autem. aliqui dicunt quod refertur ad præcedentia, dicunt enim quod dictum fuerat supra de Aduento Antichristi, hic autem dicitur de Aduentu Christi, & asserunt quod verum est, quod post tribulatioē dierum Antichristi in quibus ipse durabit, sequētur statim ea, quæ habentur hic, non quidem dies iudicii, qui incertus est, sed signa præcedentia ad iudicium. sed hoc non est certum, & ostenditur multipliciter, dicēdum ergo quod de aduentu ad iudicium accipitur statim, scilicet aliquanto tempore post Antichristi tribulationem non tamen ob hoc concedimus præcedentem literam intelligi de Antichristo, sed de falsis Christis ante euersionem Ierusalem, uide loco citato q. 151. qui sint isti dies, & quæ tribulatio. vide loco citato. q. 153.

Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. Hic mentionem fecit de signis, quia quæsierunt discipuli, quod est signum aduentus tui? ideo aliquando eis respondendum erat. secundo quia cum res ista magna esset, dignū erat de ea fieri sermonem per Christum nam omnia q̄ ad fidem pertinent, Christus expressit, est autem de pertinentibus ad fidem iudicium in quo retribuetur singulis iuxta opera sua, & ideo non solum iudicium, sed etiā ea quæ circa iudicium notanda erāt Christus dicere debebat, sic autem erat de signis aduentus. tertio etiā quia hoc pertinet ad literam præcedentem. vide loco citato, quæst. 152.

Sol obscurabitur. aliqui ꝓ Sole diabolum accipiunt, qui iudicabitur, & arguetur sicut & iniqui sed est sensus mysticus. alii dicunt. qd Sol obscurabitur, ex fumo surgente de terra, erit autem tantus fumus ex magno igne, qd obscurabuntur Sol, & Luna, & cætera astra. sed hoc etiā confutatur alii dicunt, quod fiet obscuratio Solis, & Lunæ, per defectum Solis, & Lunæ, quod lumen deficit paulatim subtracto nutrimento, sed & hoc confutatur multipliciter alii dicunt, quod intelligitur de quibusdā eclypsibus, qui erant ante finem mundi, in quibus tam Sol, quam Luna obscurabuntur, sed neque hoc pōt stare aliqui dicunt, quod non erit obscuratio aliqua per defectum luminis, aut eclypsim, quia potius maiorem claritatem, quam prius habebunt luminaria, sed dicuntur obtenebrari per comparationem ad maius lumen superueniens. s. ad Christum venientem. sed & hoc multipliciter reiicitur dicendum est ergo, quod istud erit signū quoddam ante iudicium in Sole, & Luna, ita quod lumen eorum minuetur, vel quasi deficiet, non quidē per modum eclypsis, sed per modum miraculi, Deo subtrahere volēte lumē eorum, & tunc erit proprie signum, quia non esse fiet modo naturali. vide omnia apud auctorem sup. Matth. p. 6. cap. 24. q. 154. quomodo autem fiet ista obscuratio Solis, & Lunæ, aliqui dicunt, per subtractionem generationes radiorum, alii per interpositionem alicuius corporis impedientis in nos receptionem radiorum. alii per hoc quod illo tempore desinunt esse luminosa, alii per modum eclypsis. sed secundus modus est conuenientior. vide loco citato. quæstio. 155. ad quid fiet, tunc ista Solis, ac Lunæ obscuratio. vide ibidem

Ab arbore fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener fuerit, & c. Ad quid Christus posuit hoc de arbore fici, & quomodo Matth. & Marcus, & Lucas concordant in hoc loco. & quomodo applicatur parabola ista de ficulnea ad propositum. vide sup. Matt. p. 6. c. 24. q. 192. & q. 193. & quæst. 194.

Scitote quia prope est in ianuis. Hic loquitur de re significata, quæ statim post signa ventura est, quæ autem sit illa res, non potest dubitari, nisi de eis, quæ Christus hic tetigit, & sunt duo, s. euersio Ierusalem. & aduentus ad iudicium, de qua illarum dicatur vide loco citato q. 195. & cum dicitur: cum hæc omnia videritis, scitote &c. quæritur quid sint hęc oia ab auctore loco citato q. 196.

Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. De qua generatione accipiatur hoc, vide loco citato q. 197. q quidem quæstio longissima est. quare dixit amen dico vobis non præteribit generatio hæc. &c. vide ibid. q. 198.

Cœlum, & terra transibunt. verba autem mea non præteribunt. Quomodo hoc sit verum. vide loco citato. q. 199. ad quid autem dixit huiusmodi verba. s. cęlum, & terra & c. vide ibidem. q. 200.

ANNOTATIONES IN EVANGELIA DE SANCTIS

IN FESTO SANCTI Andreæ Apostoli.

MATTH. IV.

Ambulans Iesus iuxta mare Galilea, vidit duos fratres. Mare Galileæ est quidam lacus magnusq; erat in Galilæa habēs in longitudine cētum stadia, & in latitudine quadraginta, & transit per mediū Iordanis, & ab ipso illa multitudo aquarū causatur, vt dicit Hieronymus. iuxta aūt hoc mare solus ambulabat, quia discipulos oēs de Galilęa sibi aggregare debebat. vide sup. Matt. p. 1. c. 4. post q. 95. circa illud, Ambulans Iesus.

Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ. In Galilæa prædicare cępit Christus, nam statim ac audiuit Ioannē esse traditum. i. incarceratum, venit in Galilæam, & prædicauit. vide sup. Matt. p. 1. c. 4. post q. 77 circa illud; cum aūt audisset Iesus &c. & hoc factū est vt adimpleretur qd dictum est per Isaiam Prophetam primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephtali, & non est intelligendū, quod factum sit hoc, vt Prophetia Isaiæ impleretur sed potius Prophetia Isaiæ dicta fuit, quia sic futurum erat, qd Christus prædicaret in finibus Zabulon, & Nephtalin, sensus ergo est, vt adimpleretur qd dictū est per Isai. 9. tunc impletum est id, quod dictum est p Isaiam, & hæc est Prophetia Isaiæ. s. terra Zabulon, & terra Nephtali, via maris, trans Iordanem Galileæ gentium. & sensus est, quod ista terra, quæ est in finibus Zabulō, & Nephtali, & est de vtraq; forte partim, audiuit primo prædicationē Christi, & per hoc illuminata est, cum prius sederet in tenebris ignorantiæ quare autem dicatur via maris. vide loco citato. s. post q. 77. circa illud, vt adimpleretur, quod dictū est per Isaiam, & circa illud, terra Zabulon, & terra Nephtali. Quare aūt Christus audita traditione Ioannis recessit in Galilæam. vide sup. Matt. p. 1. c. 4. q. 79. & an prædicauerit Christus Ioāne prædicante. ibid. q. 80. Quare Christus non abstinuit a prędicatione Ioanne manente in carcere. vide. ib. q. 82. Quo autem dicatur quod cum audisset Christus Ioannem esse traditum, recessit in Galilæam, quia anteq̃ Ioānes traderetur Christus iuit in Galilęam, s. statim postq̃ baptizatus est a Ioāne, & ieiunauit, & incępit vocare discipulos. Ioan. 1. vide loco citato. q. 83. Vbi aūt erat Christus qn̄ recessit in Galilęam, ibi. q. 84. Quare recessit de Iudæa in Galilæam ibid. q. 85. Quare prius in Galilæa, quā in Iudæa prędicauerit, ibi. q. 86. tandē quare Matt. non allegauerit auctoritatem Isai. sicut habetur in Isaia sed paucioribus verbis. vide ibid. q. 89. hæc adnotaui, vt si de prædicatione Christi in Gallilæa sermonem habere velis, plura dicenda inuenire possis. Quid autem prædicauerit in Galilæa, vide alias q. sequentes.

Vidit duos fratres Simonē qui vocatur Petrus, et Andream fratrem eius. Isti duo fuerunt primi, qui ad Apostolatū vocati sunt, nomen autem Petri erat prius Simon. sed Christus mutauit ei nomen & dixit: Tu es Simon filius Ioanna, tu vocaberis Cepha, quod est interpretatū Petrus; ideo enim dicitur Simonem, qui vocatur Petrus, quia nunc vocatur Petrus, & antea vocabatur Simō, Andreas autem primus fuit qui Christū secutus est, & duxit Petrum ad Iesum, dicens ei. inuenimus Messiā. Ioā. 1. vide sup. Matt. p. 1. c. 4. post quęst. 95. circa illud, vidit duos fratres. & c. 10. quæst. 22. circa illud. Primus Simō Quare Christus mutauit nomen Petri, ex nomine Simonis vocando eum Cephas idest Petrum vide sup. Matt. p. 3. cap. 10. quæst. 31.

Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius. Andreas erat frater Petri carnalis. Ioan. 1. & etiam fuit frater. i. simili in passione, quia vterq; crucifixus est; licet non eodem tempore, nec eodem loco. uide ibid. c. 10. circa illud, & Andreas frater eius.

Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius. Exprimuntur nomina Apostolorum. primo pp honorē quia illi, qui sunt viri illustres & famosi ab omnib. cognoscuntur ex nomine, cęteri autem de turba quorū origo, & gesta obscura sunt, licet cognoscantur, vt homines eorum tamen nomina ignorantur, & sic Deus ad ostendendum, quod Moyses erat sibi valde acceptus, dixit ei inuenisti gratiam coram me, quia te noui ex nomine secundo ad tollendum errorem, quia sicut Christus elegit Apostolos in numero certo; ita & nomina ipsorū expressa sunt, vt non posset quis inscribere nomen alicuius falsi Apostoli tacito aliquo vero Apostolo. vide plura, & pulchra sup. Matth. p. 3. c. 10. q. 27.

Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius. Petrus aliquando vocatur Simon, solum, vt Marci. 1. & Lucæ 4. s. socrus autem Simonis tenebatur magis febribus cōstat tñ q̄ erat socrus Petri. Matt. 8. vocatur ēt Petrus & hoc cōiter Matt. 16. tu es Petrus aliquando vocatur Cephas. Ioan. 1. tu vocaberis Cephas vocatur ēt Simon Ioannis. Ioan. 21. Simon Ioannis diligis me. vocatur etiam Simon Bariona. Matt. 16. Beatus es Simon Bariona vocatur etiam Simon Petrus. Ioan. 6. dixit ei vnus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri. quare autem his nominibus appelletur, & interpretationē horum nominum. vide sup. Matth. p. 3. c. 10. q. 30.

Et Andream fratrē eius. Hic Apostolus vocatur Andreas, & etiā Lucę. 6. vocatur frater Petri vocatur hoc mō pp honorem, & notificationem quia magnus honor erat, quod esset frater Petri, quem Christus tanq̃ Apostolorum principem fecerat, & quanto quis ēt obscurus adhærentiam aliq̃ hēt ad famosos, vel illustres, ex hoc aliqualiter clarus redditur, & quia Petrus erat inter Apostolos notissimus, quod Andreas esset frater eius erat sic ri notum vocatur aūt Andreas, i. virilis, quia secutus est Christum viriliter, sic Remigius inquit enim qd Andreas deriuatur apud Gręcos, ab Andros vnde virilis, dr̃ quia relictis omnibus secutus est Christum & viriliter in mandatis eius perseuerauit sed hoc reprobat auctor, & inquit, quod non est quęrenda interpretatio huius nominis. vide sup. Matt. p. 3. c. 10. q. 32.

Mittentes rete in mare erant enim piscatores. Erant in actu piscandi, quando Christus eos quęrebat vnde Glos. ait decenter autem per piscatoria vadit loca piscator piscaturus. vide sup. Matt. p. 1. c. 4. post q. 95. circa illud, mittentes rete in mare.

Mittentes rete in marę. Quō pōt stare hoc, qd dicit̃ de vocatione Petri, & Andręę hic? nam Lucę. 5. ponitur multum in diuersa sententia nam hic ponitur quod mittebant retia in mare, & Lucę. 5. dicitur, quod piscatores descenderant, & lauabāt retia. itē ibi. dr̃ q̄ Christus dixerat Petro, quod mitteret rete in mare, & cōclusit multitudinē magnā piscīū, ita vt rūperetur rete, & implete sunt nauiculæ

IN FESTO SANCTI Thomæ Apostoli.

IOAN. XX.

IN FESTO SANCTI Stephani Protomartyris.

MATTH. XXIII.

IN FESTO B. STEPHANI protomartyris.

MATTH. XXIII.

IN FESTO SANCTI Ioannis Euangelistæ.

IOAN. XXI.

Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus. Scilicet Ioannem Apostolum, & Euangelistã vidit. & non est sensus, quod Christus solum diligeret, quia Christus omnes discipulos diligebat, cum poneret pro eis animam suam, & elegisset eos ad tantum gradũ Apostolatus. etiam sic dicit Christus quod pater amabat eos, quia ipsi amauerant Christum: sed dicitur de Ioanne, quod diligebat eum, s. valde, & super alios. vide super tertium prologum D. Hieronymi in Matth. p. 1. post quæst. 6. circa illud, quem Iesus amauit plurimum.

Quem diligebat Iesus. Idest Ioannẽ, filium Zebedæi. Zebedeus, enim erat pater Ioannis, & Iacobi, quem ipsi reliquerunt in naui cum mercenarijs, quando Christus eos ad se vocauit Marci 1. vide super Matth. part. 5. cap. 20. post quæst. 50. circa illud; mater filiorum &c. hi duo sũt qui cum matre ad Christum accesserunt petentes; dic, vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram. &c. vide loco citato quæst. 53. & sequentibus.

Quem diligebat Iesus. Ioannes omnes alios Apostolos hoc priuilegio excessit, quod ei Christus matrem commendauit, faciens eum filium Virginis. Ioan. 19 Mulier ecce filius tuus. & ad illum dixit: ecce mater tua. & non fuit hoc, vt aliqui volunt propter solum gradum propinque cognationis: nam eodem gradu attinebat Iacobus Virgini, quo Ioannes: cum ambo fratres essent; prætulit ergo Christus Ioannem cęteris, quantum ad hoc. secundo, excessit, quantum ad amorem specialem, quia nullum discipulorum Christus tantum amauit, quantum Ioannem: vnde de eo per excellentiam dicitur, Quem diligebat Iesus. ac si hunc solum amaret, omnes quidem amabat, sed quia hunc specialius diligebat, dicitur absolute, quod diligebat eum. tertio excessit in priuilegio Virginitatis; nam Ioannem constat fuisse Virginem: de cæteris Apostolis creditur, quod vxores habuerint, vel saltẽ non apparet de virginitate seruata, & ideo huic dicunt matrem Virginem custodiendam traditur. quarto fuit magnitudo reuelationum; nam ipse altius intonuit, quã alij. vide super Matth. p. 4. cap. 17. quæstio. 12. in medio. intonuit, enim Ioann. 1. In principio erat Verbum, quæ quidem vox non est hominis rustici; sed sapientum sapientissimi quia vt ait Augustinus si altius intonuisset totus mundus capere non potuisset: quapropter in designatione quatuor animalium, quæ vidit. Ezechiel. 1. & 10. Ioannes volanti aquilę similatur vide plura in Epist. D. Hier. ad Paulinum. super Gen. cap. 4. in fine. circa illud; in principio. Quatuor erant animalia. quæ vidit Ezechiel. & quartum animal, vt dictum est signat Ioannem. sic ait Hieronymus facies animalis, quę erat aquilę, & erat de super ipsorum quatuor, signat Ioannem, qui assumptis pennis aquilę, & ad altiora festinans de verbo Dei disputat, super quæ verba, inquit auctor: ista est applicatio, s. quod sicut aquila altius volat, quam omnes aues, & clarius omnia videt: ita Ioannes ascendit in altum, super omnes disputans, idest tractans de Dei verbo. aliqui voluerunt Ioannem non esse aquilam, sed leonem, & Marcum esse aquilam, quos arguit Augustinus. vide super tertium prologum. D. Hier. in Matth. p. 1. post quæst. 8. circa illud; facies animalis, quæ erat aquilę. vide etiam parad. 5. cap. 43.

Quem diligebat Iesus. Ex hoc quod diligebatur à Christo prę omnibus (inquit Remigius) dictus est Ioãnes, idest in quo gratia, vel Dei gratia. sed hoc non est causa nominis, quia antequam Ioannes veniret ad Christum vocabatur Ioannes: ideo nulla causa in nomine isto petenda est. vocatus tamen fuit Ioannes, & Iacobus simul Boanerges. vt dicitur Marci. 3. sed hoc nomen non competit cuilibet per se. dicitur ambobus, & iste est Ioannes simul Apostolus, & Euangelista, nam Ioannes Baptista non pertineret ad discipulos Christi, quia fuit præcursor eius. sed quare Ioannes non fuit vocatus Ioannes Zebedęi. sicut Iacobus? Ratio propter maioritatem, quia inter Iudęos primogeniti habebant semper omnia duplicia de bonis patrum. Deut. 21. & ita videtur. quod etiã succederent in nomine, vel cognomine patris sic dicitur Deut. 25. de illo, qui suscitabat semen fratri suo, quod primogenitum appellaret nomine illius, & quia Iacobus erat maior Ioanne accepit nomen patris in cognomen secundo fuit ad differentiam, quia inter Apostolos erat alius Iacobus. & ideo vtrique cognomen appositũ est, vt iste Iacobus Zebedæi, & ille Iacob. Alphæi diceretur nemo tamen inter Apostolos vocatus fuit Ioannes præter istum, ideo non oportuit, quod haberet cognomen. sed quare huic Ioanni, ad differentiam Ioannis Baptistę non fuit appositum aliquod cognomen? dicendũ quod non fuit conueniens, quia Baptista non fuit de Apostolis Christi, sed potios ipse per se discipulos habuit, & præcursor Christi fuit, non fuit ergo ei cognomen aliquod necessarium. vide super Matth. pa. 3. cap. 10. quæst. 34.

Qui & recubuit in cœna super pectus Domini. Hoc fuit in cœna, quia ex vno latere erat Ioannes apud Christum & cum prædicaret Christus in mensa, Ioannes reclinauit caput suum super gremium, & pectus Christi, quod ponitur ad signandam magnam familiaritatem Christi ad Ioannem, quia nemo alius ausus est recumbere super pectus Christi. ibi. (inquit Hierony.) purissima doctrinarum fluenta potauit. & est modus figuratus loquendi: quia in pectore est cor hominis, & putatur ibi homo habere sapientiam. & sic qui adhęret pectori alterius potest bibere de sapientia eius. sed in re istud non est, quia sapientia hominis non magis est in corde, aut in pectore quam in pedibus, aut capillis, sed est in intellectus, qui nullo organo, aut parti corporis alligatus est. vnde cum, dicitur de Ioanne est metaphora, quia nec doctrina fluit nec bibitur, sed designatur tãquam Christus sit fluuius qui potari posset. sic scriptura comparat sapientiam fluminib. Eccle. 24. Qui implet quasi Phylosophũ sapientiã & quasi Tigris in diebus nouorum. vide super tertium prologum. D. Hieronymi. post quæst. 6. circa illud; quẽ Iesus amauit plurimum. vsque ad quæst. 7. quia per totum fit sermo in laudem Ioannis. ~~& etiam~~ quæst. 7. quæritur an Beatus Ioannes teneretur scribere Euangelium de Deitate ad preces Episcoporum. & quæst. 8. quęritur Quare Ioannes fecit, quod Ecclesię ieiunarent, antequam scriberet Euangelium.

Qui supra pectus Domini in cœna recubuit. Quid mirum, quod Apocalypsim scripserit, qui liber tot habet sacramenta, quot verba? quod hi per bolice dicitur, quia etiã si multa mysteria essent, tamen non essent plura, quam orationes, quia vna dictio per se nullum mysterium significat, sed dicitur hoc propter multitudinem secretorum, quia nullus liber est in tota sacra scriptura, qui sub tam parua quantitate tanta mysteria claudat. Ioannes autẽ qui scripsit, fuit Euangelista; immo Euangelistarum maximus, quia diuinas personas, & ęternã generationem luculentissime scripsit. fuit etiam Apostolus, quia Epistolas canonicas tres scripsit: fuit propheta, quia reuelationem de toto statu Ecclesię habuit. vide super Gen. in Epist. D. Hieronymi ad Paulinum. cap. 7. post textũ, qui incipit Apocalypsis Ioannis circa illud; Apocalypsis Ioannis.

Qui supra pectus Domini. &c. Quid mirum si tantum amabatur à Christo quod supra pectus eius recumbebat, quod ab ipso etiam tantam habuerit virtutem, vt non solum ipse, sed & alij loco illius miracula patrarent. vt pater, quia datum est sibi, venenũ, & bibit, & nõ nocuit sibi, & datum est quibusdam iudicatis ad mortem, & illico mortui sunt, & præses nolebat credere eis, quæ dicebantur a Ioanne; nisi suscitaret illos extinctos veneno, & tunc Ioannes dedit tunicam suam, illi præsidi, vt poneret super mortuos, & suscitarentur, & illico factum est, constat tamen quod ille pręses erat infidelis, & ad habendam experientiam an Ioannes verum loqueretur petiuit miraculum illud fieri, & per manus ipsius

mei factum

met factum est. vide super 4. Reg. cap. 4. quæst. 50. vbi etiam habes, sublimitatem, & excellentiam Ioannis, & aliorum Apostolorum super Prophetas, & sanctos veteris testamenti in faciendo miracula.

Qui supra pectus Domini, &c. Sciendum est autem quod B. Ioannes in Apocalypsi nihil realiter vidit, aut audiuit vt dicit ipse, cap. 1. s. ego Ioannes fui in Spiritu in Dominica die, & audiui post me vocem magnam tamquã tubę. vide super Leuit. c. 1. quęst. 4.

Sic eum volo manere donec veniam. quid ad te? Aliqui dicunt quod B. Ioannes mortuus fuit per viam martirii, sicut alii Apostoli, quod vero non legatur non facit magnum arg. nam multa facta sunt, quę non leguntur, sicut de ipso Christo, qui erat maior omnibus, multa scimus facta esse, quorum nullum scriptum sit Ioannis 20. & 21. sed hoc non stat, quia licet non sit argumentũ necessarium ex forma quia arguitur negatiue ab auctorita. tamen gratia materię satis tenet ratio, nam de Apostolis, qui fuerunt columnę, & Principes Ecclesię licet non omnia gesta scribantur, exitus tamen eorum scribuntur, & inuenimus de omnibus, quomodo per martirium vitam finierint. de Ioanne autem nõ inuenitur, qui tamen non fuit minor illis; ideo cum non scriptum sit, satis est tenendum, quod non fuerit secundo quia si nihil de Ioann. inueniretur posset omnino ignorare an martyrio, vel in pace vitam finierit, & tamen de eius exitu scribitur; quomodo in defossum locum sepulchri, sibi parati descẽderit, postquam à Deo vocatus fuerat, & nusquam postea comparuerit: ideo non finiuit vitã martyrio. tertio potissime, quia Christus dixit hic Petro; sequere me, & ille de Ioanne dixit, Domine hic autem quid. idest nunquid iste sequetur te? Christus ait: sic eũ volo manere donec veniam qd ad te? tu me sequere in quo Christus innuit, quod non erat secuturus ipsum p viam martyrii, sicut Petrus intantum quod alii Apostoli putauerunt, quod Ioannes non moreretur, & non dixit Iesus non moritur sed sic eum volo manere, &c. vnde de Ioanne est apud quosdam dubium an viuat, vel an morte naturali, vel alias sine vulnere obierit. Qd autem Ioannes martyrio vitam finierit nemo asserit: io non est hoc tenendum dicendum ergo quod Ioannes passus est martyrium, sed non finiuit vitam in martyrio, sed propria morte obiit. vide super Matth. p. 5. cap. 20. quæst. 79.

Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? Idest volo eum manere sine martyrio, vsque ad mortem, quando ego veniam ad accipiendum ipsum ad me. vide super Matth. p. 6. cap 24. quæst. 239. & p. 3. cap. 10. qu. 112. & p. 7. cap. 55. quæst. 605. in fine.

Sic eum volo manere. &c. Aliqui exponunt illud Matth. 16. filius hominis venturus est in gloria patris sui. &c. de Ioanne, nam ipse vidit filium hominis venientem in regno suo, idest venit Christus ad eum, sicut dicitur hic sic eum volo manere donec veniam, sed hoc reijcitur ab auctore. uide super Matth. p. 4. cap. 16. q. 126.

Sic eum volo manere donec veniam. Homo non potest ire ad Deum, sed oportet, quod Deus ad hominem veniat, siue in vita, siue in morte in vita enim per conuersionẽ nemo ad Deum vadit, nisi Deus venerit ad eum. Ioan. 6. nemo potest ad me venire, nisi pater meus traxerit eũ idest non potest venire ad credendum in me, & sequendum me, & ad hoc venit Deus ad hominem, vt eum trahat. Ioan. 14. ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Item per mortem non potest homo venire ad Deum, sed Deus ad hominem venit, nam mors non est in potestate hominis sed Dei, ipse, enim posuit animam in corpore nostro, & auferet eam, quando vellet, & ideo in morte potius dicitur Deus venire ad hominem, quã homo ad Deum, vt dicitur hic. sic eum volo manere, donec veniam. vide super Matth. p. 7. cap. 25. quæst. 140.

Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Mattheus & Ioan. viderunt ea quæ scripserunt, & alij non viderunt vt Marcus, & Lucas. de Matt. probatur quia ipse fuit Apostolus Domini ab eo vocatus. cum sederet in thelonio. Matth. 9. & Marci. 2. & mansit semper cum eo; de Ioanne planius patet, quia ipse fuit vocatus prius ad Apostolatum, quam Matthęus & sic Ioannes vidit aliqua gesta priora Christi, quæ Matth. non viderat. & interdum testatur se vidisse ea, quæ scribit. Ioan. 19. & qui vidit testimonium perhibuit. Item potuit magis scribere de visu, quam alij, quia circa passionem Domini interfuit plus, quã cæteri. nã cum Christus captus esset in horto, discipuli relicto illo fugerunt. Matth. 26. & tamẽ Ioannes sequebatur Christum, & introiuit cum eo in domum Caiphę, quia ipse erat notus pontifici. Ioan. 18. & cum Christus penderet in cruce solus Ioannes ibi erat cum matre Christi, & tunc dixit ei Christus de Cruce, ecce mater tua. Ioan. 19. vide super Matth. p. 1. in pręfatione. quæst. 18.

Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Vnde apparet, quod Ioannes non scribit, vt notarius gesta Christi, licet, enim notarius non solum debet interesse rebus, quæ geruntur, sed etiam asserere in scriptis suis, quod interfuit rebus illis omnibus & singulis, & Ioannes scripserit de se cap. 19. qui vidit testimonium perhibuit. & hic etiam dicat: hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet. tamen solum bis scripsit, quod interfuerit, & ideo non tenet formam notarij, sicut nec etiam alij Euangelistæ. quod multiplicatur, & diffuse ostenditur. vide loco citato. s. in pręfatione. quæstion. 19.

IN FESTO SANCTORVM Innocentum.

MATTH. II.

A*Ngelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens surge, &c.* Recedentibus Magis, quando primum Herodi cõstaret de eorum recessu inciperet persequi Christum; quod præuidens Deus misit Angelum, vt reuelaret Ioseph dormienti, quod fugeret in Ægyptum Angelus autem nihil Ioseph, nec Ioseph aliquid audiuit, quia dormiebat, sed in phantasia eius facta est immutatio; secundum quam apparebat, quod Angelus ei loquebatur ista, quæ habentur in Euangelio. vide super Matth. p. 1. cap. 2. post. quæst. 56. circa illud, ecce Angelus Domini. &c. vide etiam explicationem eorum quæ sequuntur.

Futurum est, enim vt Herodes quærat puerum ad perdendũ eum. Quis fuerit iste Herodes. vide in tabula generali verbo. Herodes.

Vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Intendebat .n. se posse occidere Messiã, & tamen Messias non poterat occidi ab aliquo nisi quando ipse vellet, quia Deus erat, ipse tamen licet sciret Messiam in lege promissum, & magnalia facturum audiret, crederat tamen, quod non solum ipse posset occidere eum, sed etiam quilibet potens in sęculo; nam alius Herodes de progenie istius occidit Ioannem Baptistam, quem credebat esse virum Sanctissimum; ita vt in virtute eius alij operarentur miracula; & tamen credidit, quod facile erat occidere eum sicut ipse occidit. vide super Matthæi. parte 1. cap. 2. quæst. 29. per totum.

Quærat puerum ad perdendum eum. Ratio quare Herodes cum tanto desiderio Christum persequebatur assignatur loco citato. quæst. 52.

Qui consurgens, accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum. Quo tempore, & de quo loco incęperit Ioseph recedere in Ægyptum cum puero, & matre, aliqui dicunt; statim post quam apparuit ei Angelus, quia erat periculum de vita pueri, & mora poterat esse nociua, & præterea dicunt, quod Ioseph erat in Bethlehem quando incępit recedere in Ægyptum, quia quãdo Magi recesserunt, Ioseph erat in Bethlehem die decimatertia a Christi Natiuitate. In contrarium tamen est, quod Christus die quadragesimo præsentatus est. Lucæ. 2. ergo non fuit hoc post recessum Magorũ, quia sic fuisset die decimaquinta, vel decimasexta a Natiuitate. Item dicitur Lucæ. 5. quod postquam parentes Christi præsentauerunt eum in templum, & fecerunt secundum con-

dum consuetudinem legis pro eo, reuersi sunt in Galilęam, Ciuitatem suam Nazareth. nec etiam recessit Ioseph de Bethlehem ad eundum in Ægyptum, quia post quam Ioseph & Maria cum puero venerunt in Ierusalē ad pręsentandum eum, nunquam reuersi sunt in Bethlehem; sed iuerunt in Nazareth. Quanto autem tempore mãserint in Nazareth, vel quantum tempus fuerit à Natiuitate Christi vsque ad recessum in Ægyptum non apparet; sed satis potest dici, quod potuerit Christus manere in Iudæa; quasi duobus annis post natiuitatem suam, quia Herodes nō occidit pueros vsque duos annos post Christum natum, cum dicatur quod occidit pueros abimatu, & infra, secundum tempus, quod exquisierat à Magis. potest tamen verisimiliter credi, quod recesserit cito de Iudæa, ne aliqua suspitio haberi posset de fuga eius. vide super Matth. p. 1. cap. 2. quæst. 58.

Qui consurgens accepit puerum, & matrem &c. recesserit ne Ioseph ea nocte, qua Angelus ei apparuit, aliqui dicunt qd sic propter verba textus, sed hoc impugnatur ab auctore, & soluuntur argumenta ex litera facta. vide loco citato q. 59.

Et erat ibi, vsque ad obitum Herodis. De mansione Virginis in Aegypto, & via laboriosa. vide loco citato. quæst. 60. vbi plura alia fiunt describitur Aegyptus, quantum ad accessum, & quod est formæ triangularis dicitur, describitur circuitus, & quod à Nylo flumio irrigatur tū describuntur aquæ ductus, per quos aqua Nili deducitur in omnia plana Aegypti, post hæc autem agitur de itinere Ioseph, & Mariæ in Ægyptum determinantur loca Ægypti, in quibus mansit Christus cum Beata Virgine & Ioseph, & plura alia inuenies. in eadem quæstione præcipue autem circa finem quæstionis aliqua miracula leges.

Et erat ibi, vsque ad obitum Herodis. Quare Angelus iussit potius Ioseph ire in Aegyptum, quam in aliam terram. vide ibidem. quæst. 61.

Et erat ibi, vsque ad obitum Herodis. Ad quid oportuit Christum fugere in Aegyptum. nam uidetur, quod nō esset aliqua causa timoris manendo in Nazareth, quia Herodes solum occidit pueros, qui erant in Bethlehem, & finibus eius, neminem autem occidit in Galilæa, sed nec etiam aliquid suspicatus est contra pueros Galilææ, quia alias occidisset aliquos eorum, sicut occidit pueros Bethlehem propter solam suspitionē. vide super Matt. par. 1. cap. 2. q. 62.

Ex Aegypto vocaui filium meum. Hoc dicitur Osææ 11. hanc auctoritatem aliqui calumniantur, dicentes, quod non intelligitur de Christo, sed de populo Israel, sed probatur, quod ad literam intelligatur, de Christo. vide loco citato. q. 57. per totum.

Occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius. Quia ibi putabat natum esse Messiam, sicut Iudæi asseruerunt ei & etiam occidit pueros, qui erant in finibus eius, id est, in quibusdam villulis, & viculis paruulis non muratis consistentibus in territorio vrbis Bethlehem. vide super Matth. p. 1. cap. 2. post. qu. 62. circa illud; & occidit omnes pueros.

Occidit omnes pueros. An Herodes peccauerit, volendo Christum occidere. aliqui, enim dicunt, quod non, quia faciebat in defensionem iuris sui. sed probatur quod peccabat grauissime volens occidere hominem innocentissimum, s. Iesum, etiam si nihil existimaret in eo esse supra hominem. vide loco citato. quæst. 63.

Occidit omnes pueros. Peccauit Herodes occidendo pueros nam iniuste egit, qui pro iniusto nesi. vt conseruaret Regnum, quod iniuste tenebat, & pertinebat ad progeniem Iudæorum de qua ipse non erat. prætereà isti paruuli nihil mali fecerant. prætereà magis iniustum erat, quam de Christo, quia de illo poterat habere suspicionem, & timorem, & tamen de omnibus his non timebat, quia certus erat, quod non erat quilibet istorum, vel non erant omnes isti simul ad quos Regnum Iudęorum posset pertinere. vide loco citato. quæst. 64.

Occidit omnes pueros. Herodes iste pessimus, qui paruulos crudelissime occidit simili pęna mulctatus est, s. vt qui alienos filios occiderat iniuste proprijs filijs iuste priuaretur, & quod atrocius erat, & miserabilius, s. quod per seipsum. nam Herodes septem filios habuisse legitur, s. Antipatrum, Alexandrum, Aristobolum, Archelaum, Herodem, Antipam, & Philippum. tres autem istorum ipse occidit, nam Alexandrum, & Aristobolum occidi fecit suspicatus, quod eum occidere vellent. vt ait Iosephus 16. antiquitatum Antipatrum etiam de morte propinqua, immo de præterita, vt ipse crediderat exultantem occidi fecit. vt ait Iosephus. 17. antiquitatum. Asseritur etiam quod in ipsa morte innocentium Herodes punitus est; sicut ait Macrobius in quadam historia, s. quod Herodes tradiderat vnum paruulum filium nutriendum in Bethlehem, qui casit cum ceteris paruulis, à carnificibus occisus est. vide loco citato. quæst. 64.

Occidit omnes pueros in Bethlehem. Quare hoc fecerit. vide loco citato. quæst. 65.

Tunc Herodes videns, quod illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens, occidit omnes pueros. &c. An Magi peccauerint illudendo Herodi, s. non redeūdo ad eum, vide ibidem quæst. 66. Quare autem iratus fuerit Herodes, & an iniuste iratus est, vide ibidem. quæst. 67. quando vero iratus fuerit Herodes, vt omnes pueros occideret. vide super Matth. p. 1. cap. 2 quæst. 68.

Et in omnibus finibus eius. Quare occiderit, pueros, qui erãt ex Bethlehem, quia sufficiebat occidere pueros, qui erãt in Bethlehem cum Messias determinate nasciturus esset in Bethlehem. vide ibidem. quæst. 69.

Et in omnib. finibus eius. Putauit ne Herodes sufficienter sibi auferre timorem, per hoc, quod occidebat pueros solum Bethlehem? vide loco citato. quæst. 69.

Abimatu, & infra. Idest Pueros duorum annorum, vide loco citato. quæst. 71. per totum, quæ quidem quæstio satis longa est.

Vox in Rama audita est. Idest vox in excelso audita est. Rama in Hebręo potest esse nomen appellatiuum, & proprium, quando est proprium est nomen vrbis. quando est appellatiuum significat excelsum. & sic accipitur hic quia mulieres plorantes pro filijs occisis acriter, & inconsolabiliter plorabant. vnde clamabant excelsa voce. vide loco citato. post q. 62. circa illud, dicentem: vox in rama. Quid velit dicere, vox in Rama. vide ibidem quæst. 72.

Vox in Rama audita est. Quare Matthæus allegat hic auctoritatem veteris testamenti. vide loco citato. quæst. 73.

Rachel plorans filios suos. Idest Rachel plorauit nunc filios suos, qui occidebantur in Bethlehem. sciendum tamen, quod isti pueri qui occidebantur non erant filij Rachel quia Rachel fuit vxor Iacob, de qua genuit duos filios. Ioseph, & Beniamin. Gen. 30. & 35. illi autem, qui occidebantur, erant de filijs Iuda, & Iudas erat filius Lię. Gen. 29. dicuntur tamen filij Rachel, quia sepulta erat Rachel iuxta vrbem Bethlehem. Gen. 25. & 38. vide super Matth. p. 1. cap. 2. post quæst. 62. circa illud, Rachel plorans filios suos.

Et noluit consolari, quia non sunt. Idest noluit cessare à fletu, quod est recipere consolationem, quia filij sui iam non fuerunt, nec possunt haberi, cum occisi sint. vide ibidē. circa illud. & noluit consolari.

IN CONVERSIONE SANCTI Pauli Apostoli.

MATTH. XIX.

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Vide in communi Apostolorum.

IN PVRIFICATIONE Beatæ Mariæ Virginis.

LVCÆ. II.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum

tum Domino; sicut scriptum est in lege Domini. Lex de purificatione fuit obseruata, vsque ad Christi Natiuitatem, & expulsionem Iudęorum de Ierusalem. nam innuitur ex verbis Euangelij quod in Christo obseruata est. nunc autem lex non obseruatur, non quidem, vt aliqui imperiti dicunt quod Iudæi ista obseruare non audent metu principum Christianorum; quoniam etiam si principes sub mortis interminatione eis ista mandarent, non obedirent, præeligentes mortem, si essent veri ęmulatores paternarum traditionum. sed si non obseruant hoc, est, quia non possunt. vide super Leuit. cap. 12. quæstion. 1.

Postquam impleti sunt. &c. Leuit. 12. ponitur regula generalis de mulieribus, quæ pariunt filios, quanto tempore abstinere debeant ab accessu sanctuarij. & dicitur, quod si mulier suscepto semine peperit masculum immunda est. vide ibidem. circa illud; mulier si suscepto semine.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Aliqui volunt, quod illa particula, mulier si suscepto semine. &c. Leuit. 12. ponatur propter Mariã Virginem, quę Christum peperit sine semine, & fuit exempta ab hac lege; cum autem obseruauit tempora purificationis, non fecit tanquam legi subdita esset, sed ex humilitate, & ad tollendum scandalum; nam si vidissent Iudæi, quod Beata Virgo non obseruabat leges purificationis aliarũ mulierum existimantes eam extra omnem legem, tanquam profanam, tentarent eam punire pœna fractoris Legis, quod non decebat, & eo modo Christus circũcisionem accepit, quamquam nullum à quo mundaretur haberet peccatum. sed hoc impugnatur. vide super Leuit. cap. 12. quæst. 1. per totum. sed quia plura dicuntur de hac materia, nihil aliud tangam. vide ibi. per aliquas quæst. nam quæst. 3. quærit auctor. vtrum Beata Virgo fuerit obligata huic legi de purificatione; ita quod non obseruando eam peccaret mortaliter. in qua etiam dicit dato, quod omnes mulieres Hebreę peperissent in Virginitate, & hoc constaret, quod erant obligatę huic legi ne intrarent in immunditia sanguinis ad sanctuarium, & quærit an Beata Virgo peccauisset, si non obseruasset legem purificationis. & etiam dicit. quod illa particula mulier si suscepto semine, & c. non eximit Dominam à lege purificationis. In qu. 4. quęrit auctor an Domina nostra seruauerit alias purificationes legis, & an sit inconueniens hoc concedere. & etiam quæ dicũtur in alijs quæstionibus faciunt ad hoc propositum. vide omnia ibi.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. De Virginitate, & munditia Beatæ Mariæ Virginis. vide in tabula generali. verbo. Maria.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Quando mulier pariens filium purificabatur fiebant quatuor cæremonię. prima quod si peperisset masculum esset separata septem diebus iuxta ritum mulieris menstruatæ; si autem peperisset fęminam iuxta eumdem ritum separata esset 14. diebus, secunda cęremonia erat, quod mulier pariens masculum esset post hoc sustinens ab ingressu sãctuarij per 33. dies, vsque ad completionem 40. dierum, & mulier pariens fęminam abstineret à rebus Sacris per 66. dies, vsque ad completionem octoginta dierum. tertia cęremonia erat, quod mulier pariens masculum in die 40. vel mulier pariens fęminã in die 80. offerret agnum anniculum, & turturem, vel pullum columbę in sanctuario quarta cæremonia erat, quod Sacerdos oraret pro muliere hac pariente, & non fiebant vlterius alię cæremonię, orante autem Sacerdote dicitur, quod mundabatur mulier à profluuio sanguinis sui. quomodo autem intelligatur, quod mulier mundatur per orationem Sacerdotis à profluuio sanguinis, cum esset mũda antequam ingrederetur Sanctuarium. vide super Leuit. cap. 12. quæst. 26.

Postquam impleti sunt dies purgationis. &c. Aliæ cæremoniæ fiebant circa mulieres parientes. si, enim mulier peperisset filium, & ille esset primogenitus ferebat illum coram Domino in 40. die, & suscipiebatur in manibus Sacerdotum, vt sic videretur Deo applicitus, deinde mater sua dabat ꝑ illo, q̃nq; siclos redimens illũ de manu Sacerdotis, vt sic transiret in potestatem parẽtum. quod autem fieret redemptio omnium primogenitorum apparet. Exod. 13. & 14. quod darentur quinque sicli, quãdocunque redimeretur aliquis primogenitus. apparet. Num. 3. quod autem primogeniti in die 40. offerrentur in Sanctuario, quando matres complebant ritum cęremoniarum suarum in purificatione. patet hic de saluatore nostro. vide super Leuit. cap. 12. quæst. 27.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. &c. Non valet dictum aliquorum quod lex de ascendendo in Sanctuarium tempore purificationis solum obseruabatur in mulieribus, quæ manebant in loco Sanctuarij, quæ vero morabantur in alijs locis non obligabantur ascendere, quia Maria Virgo expletis quadraginta diebus ascendit in Ierusalem, vt dicitur hic, & tamen habitabat extra Ierusalem ipsa mater Christi satis distans ab ipsa vrbe, s. in terra Galilęę, quæ est in extremitate orientali terrę Chanaam. Num. 34. ad hanc autem terram reuersa est Domina nostra oblato Christo in Ierusalem. vide super 1. Reg. p. 1. cap. 1. qu. 28. vbi plura alia reperies.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. An quęlibet mulier quadragesimo die post partum debebat præsentari in templo, & purificari. vide super primum. Reg. p. 1. cap. 1. quęst. 29. per totum.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. Ex hoc potest conuinci error Eluidij, qui ex illis verbis, & peperit filium suum primogenitum. argumentatur quod postea agnouerit. Beata Virgo virum, & alios pepererit filios. conuincitur, enim quia primogenitus non dicitur ille, qui primo natus est, & post quẽ alij generati sunt, sed primogenitus dicitur ille, qui primo aperit vuluã, siue alij posteriores fuerint, siue non. nam die 40. primogenitus præsentabatur in templo, si autem primogenitus diceretur post quem alij geniti sunt, sequeretur q̃d cũ aliqua fęmina primum filium peperisset, ille non deberet offerri, aut sisti coram Domino, nec redimi precio quinque siclorum, donec sciretur an mater sua eius sequentem pareret, vt ille sic primogenitus vocaretur, qua forma obseruata necessarium erat, saltem, post primi filij natiuitatem, nouem mensibus, aut quasi per annum expectare, donec mater sua rursus grauidaretur, et pareret. hoc tamen falsum est, quia cum aliqua fæmina filium primum masculini sexus peperisset, die 40. debebat coram Domino in templo Sacerdotibus præsentari vide cap. 15. primi Parad.

Et vt darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum. aut duos pullos columbarum. Hac autem ratione mulier pariẽs offerrebat, pro sacrificio duos turtures, aut duos pullos columbarum, quia mulier, quæ purificabatur debebat facere oblationem pro duobus sacrificijs, s. in holocaustum, & pro peccato, non poterant autem ista sacrificia fieri, nisi saltem de duobus animalibus; ideo pauperes offerebãt duos pullos columbarum, aut duos turtures, s. vnum pro peccato, & alterũ in holocaustum, diuites autem solum vnum turturem offerebant, quia pręter hunc offerebant agnum anniculum; & ille erat in holocaustum, & turtur erat pro peccato; iubebatur autem quod pauperes offerrent duos turtures, aut duos pullos columbarum, quia ista animalia erant in magna abundantia in terra promissionis, & pro modico precio haberi poterant. vide super Leuit. c. 12. quęst. 28. de oblatione pauperum vide etiam quęst. 27. circa illud; quod si non inuenerit manus eius, vsque in finem.

Par turturum, aut duos pullos columbarum. Quare Domina nostra, quando obtulit Iesum in templo, solum par turturum obtulit, fuerit ne propter paupertatem, an vt ostẽderet, quod paupertatem amaret, quę licet offerre posset agnum anniculum, tamen par turturum voluerit offerre? vide super Leuit. cap. 12. quęst. 29.

Responsum accepit Symeon à Spiritu sancto, non visurum se mortẽ. &c. Ecce quomõ Iudęis viris iustis, s. Symeoni, & Annę filię Phanuelis manifestata est Christi Natiuitas per interiorem instinctum Spiritus Sancti. vide super Matth. p. 1. cap. 2. quęst. 17.

Et cum inducerent puerum Iesu parentes eius. &c. Vide super pri-

per primum.Reg p.1.cap.1.quæst.29. circa illud; & obtulerunt puerum Heli.

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Idest Messias erit lumen ad reuelationem gentium, i. ad reuelandam eis veritatem quia prius Iudæi erant in tenebris, & vmbra mortis. etiam erat ad gloriam plebis Israel. i. ad magnam laudem totius populi Israelitarum .s. quod de stirpe eorum talis vir nasceretur vide super Num.cap.24.quæst.6.in principio.

Lumē ad reuelationē gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Christus est Lumen, & vocatur stella. Num.24. orietur stella ex Iacob. hęc, enim auctoritas intelligitur de Christo. qui vocatur stella, eo quod ipse vehementer fulsit: nam interdum vocatur sol, quia maxima lux ei conuenit, & proprie dicitur stella, quia actus stellę ei competit, s. illuminare, ipse, enim ad hoc venit, vt illuminaret eos, qui erant in tenebris vt dicitur hic; lumen ad reuelationem gentium idest Christus fuit lumen ad detergendam, vel reuelandam gentium cęcitatem. nec solum pro gentilibus, sed etiam pro Iudæis, qui aliqualiter in cęcitate erant: vnde quando Christus incępit eis prædicare, dicitur apparuisse lumen populis habitantibus in tenebris. sic prænunciauerat Isaias 9. primo tempore alleuiata est terra Zabulon &c. Populos qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam. &c. quod intelligitur de principio prædicationis Christi. vide super Num.cap. 12.quæst.7.circa illud; Orietur stella ex Iacob.

Lumen ad reuelationem gentium. &c. Maria Virgo dicitur vas luminosum, quia quod lumen in se continet luminosum vocatur Maria autem in suo sacratissimo corpore Christum lumen ad reuelationem gentium gestauit. probatur autem quod Christus sit lumen. vide cap.88. primi Paradox. Quomodo autem Beata Virgo dicatur vas luminosum. vide per capita quæ sequuntur. s. cap. 89.& 90.& 91.

Lumen ad reuelationem gentium. &c. Vide super Matth. p.6.cap.22.quæst.344.in fine.

IN FESTO SANCTI Matthiæ Apostoli.

MATTH. XI.

Confiteor tibi pater Domine Cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus. &c. Christus supra in hoc eodem capitulo vndecimo dixerat; quomodo quædam Ciuitates perierant, & potuerant saluari, si fuisset eis prędicatum, s. Tyrus, & Sydon. alij autē miracula viderunt & contempserunt, & perierunt, s. Corozaim, & Bethsaida. ideo si aliquis quæreret quare ista fiunt? Respondet hic Christus gratias Deo agens, quia abscondit hęc sapientibus, & reuelauit paruulis, dans eis aliquam notitiam de hoc, saltem quomodo iuxta sunt, vel aliter potest introduci. s. aliquis videns, quod sapientes inter Iudæos non conuertebantur ad Christum, & aliqui simplices, & rudes conuertebantur, diceret, quare fiebat hoc? Christus autem respondet; quod hoc est, quia Deus reuelauit ista paruulis. & abscondit illa a sapientibus, s. ipsum esse Messiam. vide super Matt. p.3.ca.11.quæst.55.

Confiteor tibi pater Domine cœli, & terræ. Idest gratias ago quia confiteri laudare est. patrem autem retulit Christus ad se, Dominum autem non ad se, sed ad cœlum, & terram, est, enim Deus pater Christi, sed non Dominus eius, quia ęqualis est ei, & eiusdem substantię. Dominus autem ad solam creaturam dicitur, s. ad cœlum, & terrā. Artius tamen quoniam dixit filium esse creaturam diceret, quod Christus vocaret Deum, & Dominum, etiam si non addatur cœli, & terrę. vide super Matth.p.3.cap. 11.quæst.1.circa illud; confiteor tibi pater &c.

Confiteor tibi pater. Quomodo Christus dicebat confiteor, cum non haberet peccatum, & quod oportet confiteri non esse peccatores coram Deo. vide loco citato. qu.56.

Quia abscondisti hæc. Scilicet quod Iesus erat Messias, & quod in fide eius erat salus.

A sapientibus, & prudentibus. Sapientes dicuntur habentes notitiam rerum speculatiue. prudentes sunt, qui circa agibilia recte iudicant. vide loco citato. quæst.55. circa illud; quia abscondisti &c. Quomodo autem hic gratias egit Deo, quia hæc à sapientibus abscōdit, & qui sint sapientes, & prudentes. & quod humiles reuelationem à Deo accipiunt, & quomodo naturaliter Deus absconditus est, vt a nullo intelligi possit, nisi se ipsum ostendat. vide ibidem. quæst.57.

Ita pater. Et ita fuit, s. quod absconderetur hoc à sapientibus, & reuelaretur paruulis.

Quoniam sic placitum fuit ante te. Idest nō fuit ad hoc alia causa; nisi quia tibi placuit, nam paruuli non meruerūt, quod tu ista eis reuelares. vide loco citato. quæst.55. circa illud; ita pater; quoniam sic placitum fuit.

Ita pater. &c. Ad quid hęc discipulis proderant? Ratio quod primo proderant ex parte Dei, quia ista erat quædam gratiarum actio Deo exhibita per quam quasi blādiēdo Christus loquebatur patri, vt compleret bonum quod in discipulis inchoauerat secundo fuit, vt erudiret per hoc Apostolos, non praue iudicare de operibus Dei; licet eorum causas nesciant, quia sufficere debet ad hoc, quod aliquid iustum sit, quod sciamus, quod Deus voluerit illud facere, quia nō potest ei placere; nisi quod bonum est, nec potest respicere ad iniquitatem bono vultu, sed quasi detestans. Abac.1. mundi sunt oculi tui, ad iniquitatem respicere non poteris, s. acceptando eam, quasi placeat in oculis tuis. tertio fuit, vt Apostoli efficerentur humiliores, ne propter miracula, quæ faciebant putarent se dignos aliquo bono, sed quod Dei beneficio susceperant, & quod Pharisęi propter superbiam fuerant abiecti vide loco citato quæst.58.

Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Ostendit Christus, quod ipse est medium vocationis ad patrem. omnia mihi tradita sunt, idest ego possum vocare quoscunque voluero; sicut pater potest, quia habeo potestatem omniū, sicut ipse, ipse tamen à se, ego ab illo habeo. vide super Matth.p.3.cap.11.quæst.58.circa illud; omnia mihi tradita sunt. quomodo autem sit verum, quod omnia sunt tradita à Christo à patre. vide quæ.59. vbi dicitur quod omnia Christo tradita sunt tripliciter.

Nemo nouit filium; nisi pater. Scire Christum quantum ad Diuinam naturam impossibile est. si autem aliquis dicat; quomodo tu habes potestatem, cum sis homo, similis nobis? Respondet Christus vos nescitis, quis ego sū, & vnde sum, vt intelligatis quomodo habeo potestatem istam, & ideo dicit, nemo nouit filium, nisi pater. q.d. non est mirum, quod vos non cognoscatis ista, quia nemo nouit me, nisi pater meus. Ioan.7. ego scio, quod ab ipso sum, & ipse me misit, vos autem nescitis, vnde venio. vide loco citato. quæstion.58. circa illud, & nemo nouit filium.

Et nemo nouit filium, nisi pater, nec patrem nouit quis, nisi filius. Quomodo dicitur, quod nemo nouit filium, nisi pater, nec patrem quis, nisi filius. vbi quod cognoscere quid sit Deus stat dupliciter. & quod si nos Deum comprehenderemus intellectus noster efficeretur increatus quod est impossibile. vide loco citato. quæst.60. Quomodo etiam dicatur, quod solus pater cognoscit filium, & e contra, & an Spiritus Sanctus cognoscat patrem, & filium. ibidem. quæst.61.

Et cui voluerit filius reuelare. Idest possum reuelare patrē cui voluero. hoc autem dicit, quia aliquis posset dicere: quid prodest nobis vocari à te; si patrem non possumus cognoscere? cum ab illo sit totum bonum, & in visione illius sit fælicitas, & in fide illius sit nunc salus Christus autem dicit, quod licet nemo sufficiat cognoscere patrē per se ipsum, tamen ipse poterit reuelare cum cui voluerit, & ita omnes accedentes ad ipsum poterant cognoscere, quia ipse eis hoc reuelaret. vide loco citato qu.58. circa illud; & cui voluerit.

Et cui voluerit filius reuelare. Quare cum dicitur de filio, nō adiungitur cui voluerit pater reuelare. vide ibi. qu.62. vbi dicitur quod filius reuelat patrem. & non dicitur, quod pater reuelat filium propter tria.

Venite ad me omnes. Vide quæstion.58. circa eadem verba.

Quare

Quare autem hoc Christus dixerit. vide quæstion.63.

Qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Vide qu. 58 circa eadem verba. quare autem dicatur, & ego reficiam vos, & quomodo Christus reficit nos quatuor modis. vide quæst.64.

Tollite iugum meum super vos. Idest legem meam. qo.58. circa eadem verba. similiter quæstion.65. querit auctor. quid sit iugum, & quare dicatur tollite super vos.

Et discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Vide qu. 58. circa eadem verba. Quare hoc dixerit Christus. vide quæst.66. vbi Christi documenta notantur.

Et discite à me, quia mitis sum & humilis corde. De mansuetudine, ac humilitate. vide in tabula generali. verbo mansuetudo, & verbo humilitas.

Et inuenietis requiem animabus vestris. Idest vitam æternam, nullam, enim aliam requiem potest habere anima. in hoc autem apparet differentia promissorum noui, & veteris testamenti, quia sola bona animæ hic promisit, in veteri, sola bona corporis. Isai. 1. si audieritis me bona terræ comedetis, &c. vide qu. 58. circa illud, & inuenietis.

Et inuenietis requiem animabus vestris. Quare hoc dicat Christus, & quod anima quiescere non potest, quousq; Deum clare videat, & in quo differant lex noua, et vetus & quæ imposita sint in lege Moysi obseruanda, & quæ in lege Christi, & quid in vtraque promittatur. vide super Matth. p. 2. cap. 11. quæst.67.

Iugum, enim meum suaue est, & onus meum leue. Vide loco citato. quæst.58. circa illud; iugum, enim meum suaue est. quomodo autem hoc intelligatur, & quare dicatur & quod de difficultate legis Christi, & Moysi potest dupliciter loqui, & in quo consistat durities legis nouæ respecto veteris legis, quę tamen erat onerosior lege noua propter duo. & quod consilia in lege Christi neminē obligār, nisi volentem se obligare. vide loco citato. q.68.

Matthiæ electio forte processit imperfectione Apostolorum, & ex paucitate fidei. vide super Iosue cap.7.q.41. vbi determinatur, quod sortes consultoriæ pertinent ad homines imperfectos; ideo non ponuntur in nouo testamento. & quod firmiter confidere debemus, quod quotiescunque in prælatorum electionibus Deum puro inuocauerimus corde, mouebit affectus nostros, vt eum in rectorem eligamus, quem ipse populo suo præesse velit.

IN FESTO SANCTI THOMÆ Aquinatis Ordinis Prædicatorum.

MATTH. V.

VOs estis sal terræ, quod si sal euanuerit in quo salietur? Vide in communi Confessorum. Quę autem propria habentur. vide in tabula generali verbo Thomas Aquinas. vbi plura reperies.

IN FESTO SANCTI IOSEPH. Sponſ. B. Virginis.

MATTH. I.

CVm esset desponsata mater eius Maria Ioseph. Vide in vigilia Natalis Domini. Quę autem propria habētur. vide in tabula generali verbo Ioseph.

IN ANNVNCIATIONE B. Mariæ Virginis.

LVCÆ. I.

MIssus est Angelus Gabriel ad Virginem. &c. Angelus missus est ad Mariam, in mense 6. a conceptione Elisabeth, erat, enim ille mensis sextus, quo Elisabeth mater Ioannis conceperat eum, quando Virgo Christum concepit. vide super Matth. p. 1. cap. 3. quæst.66.

Missus est Angelus Gabriel ad Virginem. Virgo Maria duos habuit Angelos custodes, vnum tamquam personæ priuatæ alium vero tanquam personæ ex qua dependebat bonum cōmune. primus erat de infimo ordine Angelorum; quia de illo ordine dantur solum custodes personis priuatis, & forte iste erat perfectissimus omnium Spirituum illius ordinis, & iste custodiebat eam, curam gerens de omnibus, quæ pertinebant ad personam illius vt erat vna mulier, & iste solus custodiebat eam, ante cōceptionem Christi, secundus erat spiritus altioris ordinis, s. de Archangelis, & iste custodiebat eam in quantū ex ea pendebat mediate tota salus humana, & à Christo immediate, qui de ea nasciturus erat: ideo quantum ad omnia, quæ ipsa factura erat circa Christum dirigebat eam Archangelus, qui præerat multitudini humanæ, quantum ad ministrandum, quæ pertinebant ad istud negocium: & quia primus actus, quem virgo egit circa Christū, & in quo inciperet ex ea pēdere generis humani salus fuit consensus de concipiendo Christum: quantum ad istum actum venit ad eam visibiliter Angelus ille, idest Gabriel. & licet Archangelus sit, tamen communi vocabulo Angelus vocatur & est de secundo ordine. & iste Angelus fuit custos Mariæ à conceptione Christi, vsque ad passionem eius. vide plura super Matth. p. 5. cap. 18. quæst.60.

Missus est Angelus Gabriel ad Virginem. &c. Angeli secundum se non habēt nomina: ideo si aliqua debent habere oportet, quod competant eis ex habitudine ad nos; scilicet secundum officia, quæ in nobis exercent. vt Angelus qui venit ad purgādū labia Isaię vocatus est Seraphim, non quod esset de ordine Seraphim; sed quia in hebræo vocatur combustor vel ardens, & quia ille Angelus, qui venit tulit calculum ardentem de altari, & tetigit labia Isaiæ. vt patet Isai. 6. & tamen ibi nomen Seraphim non est nomen ordinis, sed nomen commune pro combustore. sic etiam Angelus veniens ad Tobiam vocatus est Raphael, idest. medicina Dei, quia venerat ad medicandum Tobiæ, scilicet, vt sanaret oculos eius. Alius vocatur Gabriel. Dan. 9. quia interpretatur fortitudo Dei, & ipse veniebat ad confortandum Danielem etiam iste qui venit ad Virginem dicitur Gabriel, quia venerat ad indicandum aliquod opus magnę potentiæ, uel fortitudinis, s. quod Virgo conciperet; vnde ad significādū Dei potentiam, & fortitudinem, dixit: nunquid erit impossibile apud Deum omne uerbum? quasi dicat: Deus fortis est, & nihil est sibi impossibile. uide plura alia super Iudicum. cap. 13. quæst.35. aliquando Angeli ut communiter quando ueniunt ad nos, nolunt nomina sua manifestare. uide loco citato quæst.36. per totum.

Missus est Angelus Gabriel ad Virginem. Potest esse, quod Angelus Gabriel, qui uenit sępe ad Dan. ut patet Dan. 8. & 9. & 10. non sit ille Gabriel, qui uenit ad Mariam Virginem; sed quia uterque ueniebat ad confortādum ex parte Dei, uel fortitudinem Dei indicandam poterat uterque uocari Gabriel. uide super Iudic. cap. 13. quęst. 35. ante finem.

Missus est Angelus Gabriel, Angelus Gabriel fuit ille, qui reduxit Ioseph errantem in agro. Gen. 37. cum dicitur: inuenit eum vir in agro errantem; sic dicit Rabbi Salomon; nam Dan. cap. 9. dicitur: & ecce vir Gabriel. vide super Exod. p. 3. cap. 23. quæst. 80. circa illud; & custodia in via. & super Iosue. p. 1. cap. 5. quęst.71. sed impugnatur ratio, quam Rabbi adducit ibidem. & ostenditur etiam quod Angelus, qui apparuit Iosue fuit Gabriel, & forte Angelus, qui ducebat columnam nubis per desertum ad dirigendum Iudęos, de quo Exod. 14. erat Angelus Gabriel.

Ad Virginem desponsatam viro. De Virginitate, vide in tabula generali. verbo. Virginitas, & verbo. Virgo.

Ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph. Vide omnia illa, quæ dicuntur, in Vigilia Natalis Domini, super illud, cum esset desponsata mater Iesu Maria.

De domo Dauid. Domus multipliciter accipitur primo pro cōgregatione, vnius totius gentis. vt omnes Hebræi vocantur vna domus Psal. 112. Domus Iacob benedicite

Dominum

Dominum. secundo pro congregatione vnius tribus. vt Psal. 512. domus Aaron benedicite Dominum. tertio pro congregatione omnium eorum, qui descendunt ab vno stipite sub eadem tribu. vt in præsenti. quarto pro vna spirituali congregatione cognatorum in eadem familia. Iosue cap. 7. quando inquirebatur quis furatus fuisset aliquid de anathemate Hierico, diuisoque toto Israel per tribus inuenta est tribus Iuda, quæ diuisa per familias inuenta est familia Zareth, & ista per viros diuisa repertus est Zabdi, cuius domus in singulos viros diuisa est, & inuentus est Achar, & tamen adhuc Achar habebat vnam partem, quia filios, & vxorem, & Asinos & boues, atque cęteras possessiones habebat. quinto accipitur pro vna œconomia spirituali sexto pro ędificio cõpacto ex parietibus, tecto, & fundamento. vide omnia super Deut. cap. 11. quæst. 2. circa illud; cum domibus, & tabernaculis suis.

De domo Dauid. Tribus Israel distinguuntur per familias & familię per domos, & domus per viros. vt patet Iosue cap. 7. Tribus vocantur, ab ipsis filijs Iacob; ideo tot sunt Tribus, quot filij eius. familiæ vocantur cognationes magis speciales sub tribubus, & istæ denominantur à filijs, vel nepotibus eorum. qui nominauerunt tribus. deinde quælibet familia diuiditur per suas partes quæ vocantur domos; & illę sunt minores cognationes. sic, enim patet de Dauid, nam ipse erat de tribu Iuda, & de familia Phares, & postea ipse constituit quandam specialiorem cognationem in familia Pharesitarum, quæ non vocatur familia, sed domus, & sic dicitur in præsenti, quod Domina nostra erat de domo Dauid. vide super Iudicum cap. 6. quæstion. 9. circa illud; Patrem familię Ezri.

Et nomen Virginis Maria. Vide in tabula generali. verbo Maria.

Aue gratia plena Dominus tecum. Maria mater Christi fuit maior dignitate, & virtute om. creaturis, dignitate, & virtute. solus. n. Christus fuit maior ea, q nõ est creatura, sed creator. dicebat, enim qđ illa cui concedebatur priuilegium maximum totius naturæ humanæ esset melior omnibus, qui in hac natura inuenirentur, fuit etiam in ea maior abundantia gratiarum vt dicitur hic vide Hieron. at. cęteris per partes, in Maria autem tota se gratię plenitudo diffudit. vide super Matth. par 3. cap. 11. quæst. 33. in principio.

Benedicta tu inter mulieres. Nulli, enim mulieri tantũ bonum collatum est, sicut Virgini. vide super Genesi cap. 13. quæst. 690.

Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Vide in tabula generali. verbo salutare. & verbo salutatio.

Ecce concipies in vtero, & paries filium. Habes opusculum integrum apud auctorem, super locum Isaię. cap. 7. ecce virgo concipiet. vide in vltimo tomo, quod est opusculorum.

Ecce concipies. &c. Miraculum conceptionis saluatoris in quo consistat ex sententia quorundam. vide cap. 36. primi Parad.

Ecce concipies in vtero, & paries filium. An Christi corpus fuerit formatum ex carne, & ossibus Virginis, vel ex sanguine, qui erat in venis, aut de semine fœmineo Virginis, vel de sanguine menstruo fluente, aut de sanguine, de quo separatur menstruum, & ex quo, & quomodo fuit facta illa benedicta conceptio. vide super Leuit. ca. 12. quæst. 5. & quæst. 6. & quæst. 7. & 8. & in omnibus quæstionibus sequentibus, agitur. de pertinentibus ad hanc materiam, vsque ad quæst. 15. inclusiue.

Ecce concipies &c. De opinione quorundam circa conceptionem. B. V. vide cap. 37. 1. Parad. vsque ad caput. 40. inclusiue.

Ecce concipies in vtero, & paries filium. Vide in tabula generali. verbo. concipere, & conceptio, & conceptus.

Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Non dubitauit Virgo, quod Deus posset facere hoc; sed dubitauit de modo faciendi, ideo non peccauit, nec mortaliter nec venialiter, quia nullatenus Deo discredidit. vide super Num. cap. 11. quæst. 45. circa illud; & tu dicis dabo eis esum carnium. &c. & quæst. 50. post medium. & super primum. Reg. cap. 16. quæst. 6. & cap. 19. quæst. 2.

Quomodo fiet istud; quoniam virum non cognosce. Idest propositi non cognoscere. nam ipsa parua ętate cum peruenit ad annos discretionis à Deo multum illuminata vouit Virginitatem obseruare, postea autem desponsata est. sed hoc nõ repugnat voto simplici, sed voto solemni votum, enim solemne virginitatis totaliter matrimonio repugnat, quia impedit contrahendum, & dirimit iam contractum. vide super Numeri. cap. 30. quæst. 22.

Quomodo fiet istud; quoniam virum non cognosce. Hoc dixit dum Angelus ei loqueretur, & antequam conciperet an vero Maria post partum Christi fuerit cognita carnaliter à Ioseph. vide super Matth. p. 1. ca. 1. quæst. 50. per totum.

Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Qualiter Spiritus Sanctus operatus est ad cõceptionem Christi. vide cap. 41. primi Parad. & vsque ad cap. 57. inclusiue, omnia, enim faciunt ad propositũ huius solemnitatis.

Spiritus Sanctus superueniet in te. &c. Vide cap. 95. & 96. primi. Parad. & cap. 21. eiusdem Parad.

Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit puerum in senectute sua. De quatuor modis, quibus Deus adiuuat miraculose in conceptione, & quomodo aliquando vir, & fæmina non sunt steriles, & tamen non gignunt sine miraculo. vide super 1. Reg. p. 1. cap. 1. quæst. 25. in qua etiam habes, quomodo semen tam maris, quam fæminæ concurrant ad generationem prolis. & etiam quomodo fuit facta conceptio Christi.

Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Idest nulla res erit apud Deum impossibilis. vide super Gen. cap. 13. quæst. 352. & super. 2. Paralip. cap. 13. quæst. 41.

Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Isai cap. 45. exprimens desiderium Messię ait: rorate cęli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. in quibus verbis expressit illa; sine quibus aduentus ille fieri non potuisset. sunt autem hæc duo. primum est voluntas Diuina mittens Saluatorem, qui est secunda, in benedicta Trinitate, persona, ad nos saluandum, atque redimendum. secundum est voluntas Virginalis, consentiens fieri nostri Saluatoris genitricem; inuita namque nunquam fuisset genitrix Saluatoris. ideo quousque auditis, & intellectis verbis orationis diuinę respondit. ecce ancilla Domini &c. nũquã Dei genitrix facta est. primũ exprimitur in illis verbis: corate cęli. &c. secundum in illis aperiatur terra. &c. terra, enim Mariam signat, quia sicut terra omnes de se fructus generat; ita Domina nostra, de se protulit Saluatorem. Psa. terra nostra dabit fructum suum, idest vterus Virginis Benedictę nobis Saluatorem germinabit. orat autem Isai: hanc terram aperiri per consensum ad recipiendum in se Saluatorem nostrum. vide, cap. 69. primi Parad.

IN FESTO SANCTI Marci Euangelistæ.

LVCÆ. X.

DEsignauit Dominus, & alios Septuaginta Duos. Vide notata circa hoc Euangelium in communi Apostolorum. si aliqua propria de Sancto Luca desideras. vide in tabula generali. verbo. Lucas.

IN FESTO SANCTI PETRI, Martyris, Ordinis Prædicatorum.

LVCÆ. IX.

SI quis vult post me venire abneget semetipsum. Totum hoc Euangeliũ expẽditur in cõmuni vnius martyris.

IN FESTO APOSTOLORVM Philippi,& Iacobi.

IOAN. XIV.

NOn turbetur cor vestrum.&c.in domo patris mei mansiones multæ sunt. Beati habebunt ęqualitatem beatitudinis ex parte obiecti,sed habebunt inęqualitatem ex parte ipsius operationis , propter inæqualitatem luminis primum signatur per vnitatem denarij. Matth. 20.cum dicitur,quod omnes operantes in vinea acceperunt singulos denarios,vnde(inquit Gregorius.)hoc est quia ęqualem vitæ retributionem sortiti sunt secundũ signantur per multitudinem mansionum , vt hic cum dicitur:in domo patris mei mansiones multę sunt,idest diuersi gradus beatitudinis. vide super Matth.p.2. ca. 5.quęstio.64. in responsione ad primum vtrum autem isti diuersi gradus glorię conuenienter vocentur mansiones. vide ibidem.quæst.65.per totum.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Secundum diuersos gradus Charitatis fiet diuersitas in gradibus glorię, idest fiet diuersitas mãsionum, quia quanto aliquis magis coniunctus est Deo, beatior est secũdum autem gradum Charitatis est modus appropinquandi ad Deum, cum ipsa charitas vniat nos Deo . aliqui tamen dicunt; quod non mensuratur, per gradus Charitatis,sed secũdum varietatem operationum, quia dicitur in Psal. tu reddes vnicuique iuxta opera sua . sed non attendunt, quod pro operibus nostris non daretur præmium gloriæ,nisi essent Charitate informata , cum sola Charitas sit principium merendi,& ideo secũdum gradum charitatis,& non secundum operationes erit diuersitas gloriæ non tamen est sensus,quod quicunque operatus est ex maiori Charitate hic,habebit ibi maiorem gloriam, quia si quis fecit mille operationes in charitate existẽs in decem gradibus Charitatis, & alius fecit solum 20. opera bona existens in tribus gradibus Charitatis,maiorem habebit,qui ex minori Charitate operatus est:quia sępius ex charitate operatus est, quia multitudo præualet hic intensioni.vide super Matth.p.2.cap.5.qu.66.

In domo patris mei mansiones multæ sunt . Petrus ignoranter se habuit in transfiguratione Christi,& errauit multipliciter,vnũ autem ex his,in quibus errauit est , quia voluit tabernacula fieri ꝓ felicitate , & tamen ad illam non sunt necessaria tabernacula ; sed ipsa Dei visio est tabernaculum,& tot sunt tabernacula , quot sunt differentię beatorum vt patet hic, cum dicitur in domo patris mei . &c. tabernacula tamen manufacta ibi nulla sunt . vide super Matth.p.4.cap.17.quæst.72.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. In hac domo patris introducitur anima sancta,quæ est sponsa Christi, & introducitur dotata aliquibus donis.vide sup. Matth.p.4.cap.17.quæst.104.

Si quo minus dixissem vobis,quia vado parare vobis locum, & si abiero,& præparauero vobis locum &c. Beatitudo erit vbicunque Deus a bonis per essentiam videatur,tamen ad hoc specialiter deputatus est locus vnus,s. cęlũ Empyreum in quo in ęternum maneant Sancti cum Christo;vnde quando Christus loquitur de hac beatitudine,vocat eam regnum cœlorum , quia in cęlo erit. & ideo Christus hic promittit abire,& præparare locũ & venire,& accipere nos ad se ipsum,s. in cęlum Empyreum; quod est quasi totum præmium operationum nostrarum.

Vado parare vobis locum. Vide in die ascensionis Domini, & Dominica quarta post Pascha,in illud vado ad eum qui misit me.

Domine nescimus quo vadis,& quomodo possumus viam scire. Hęc est via tribulationum,quę ducit ad vitam.Christus, enim peruenit per labores ad gloriam suam , non quidem ad gloriam animæ , quia illam semper habuit ab instanti conceptionis suæ , sed ad gloriam corporis, quã ex merito habuit.Lucæ,24.hęc oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam,ad hanc gloriã docet Christus discipulos venire per viam tribulationum, per quam ipse venit.actu: 14. per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cęlorum.vt autẽ ad gloriam illam perueniendi sufficienter viam ostenderet, & incitatiuum veniendi daret,voluit in monte Thabor gloriam claritatis suæ ostendere . &c.vide sup. Matth. p.4 cap.17.quæst.22.

Ego sum via veritas,& vita,nemo venit ad patrem,nisi per me. Christus est veritas , & ideo,qui ꝓ veritate patitur & moritur,pro Christo patitur, & moritur.vnde vere & martyr dicitur.vide sup.Matth.p.4.cap.14.q. 41. in principio

Ego sum via veritas,& vita. Si Deus est veritas,ergo Deũ esse est per se notum,quia veritatem esse per se notũ est, quia si veritas est per se notum est,quod veritas est; aut falsitas est,& tũc verum est,quod falsitas est, & sic quocunque modo notum est, quod veritas est.Deus autem vt pater hic veritas est,ergo notum est per se Deum esse.vide sup.Exo.c.5.q.2.circa medium.

Ego sum via,veritas,& vita. Cum intellectus Diuinus sit verus,immo ipsa veritas,non potest intelligere false, vnde necesse est,quod intelligat omnia modo præsentiatio,quia vere ei præsentia sunt,& non potest intelligere per modum futuritionis. nã licet res in seipsis propter defectum suum,habeant mensuram fluentem , & sint præsentia,præterita,& futura,& intellectui nostro propter suam finitatem,& defectum res quædam in præteritum abeant,& quædam nondum capiantur, ideo necessario distinguimus in eo præsens,præteritum, & futurum,secundum conditionem rerum a quibus causatur sciẽtia sua.Deo tamẽ naturale est intelligere per modum præsentis,vt vere intelligat,cum veritas sit.vide super Exod.cap.23.quæst.32.circa finem.

Ego sum via,veritas,& vita. Impugnatio veritatis agnitę est ne peccatum in Spiritum sanctum? aliqui dicũt,qd non quia peccatum in Spiritum sanctum est contra attributum Spiritus sancti , impugnatio autem veritatis agnitæ est contra attributum filii , quia in hoc loco veritas appropriatur filio .sed falluntur quia nesciunt distinguere.veritas,enim & sapiẽtia,& alia similia,possũt dupliciter considerari,s.vel secundum propriam rationem,& sic attribuuntur filio ; vel secundum quod habent aliquam rationem boni,quia verum est bonum intellectus,& sic appropriantur Spiritui Sancto,in quantum,quæ ad fidem pertinent per eum reuelata sunt , & in quantum per fidem peccata remittuntur , & tollens fidem aufert remissionem peccatorum. vide super Matthęi parte 4.caput 12. quæstion.70. in respons. ad Quintum .

Ego sum via,veritas,& vita. Est,enim filius Dei viui , & est filius uiuus.sic enim Deus se ipsum vocat , viuo ego dicit Dominus & ita etiam iurantes dicebant,viuit,Dominus,& viuit anima tua.3.Reg.17.& 4.Reg.4. & iste modus iurandi erat communis in veteri testamento & sic Ierem.ponit hoc tanquam formam communem iurandi.Ierem.4. iurabunt viuit Dominus in iudicio iustitia,& veritate,& extra de iureiurando . ca.& sic Christus dicitur etiam Deus viuus per excellentiam.quia ẽt ipse magis proprie viuit quam cętera, quia esse est viuere,& tamen Deus solus proprius est,ideo ipse solus proprie viuit,vnde sicut Deus de se solo,vel absolute,& per excellentiam prędicat esse.Exod.3.scilicet,qui est misit me ad vos,& ego sum qui sum . ita Christus se hic vitam absolute appellat.sed tamen Christus est vita nata de vita;sicut lumen de lumine. vide super Matth.p.4. cap.16.quęst.58.

Ego sum via,veritas,& vita. Ex hoc autẽ quod Christus est veritas pura,& non est in eo aliqua falsitas, aliqui dicunt , quod Christus non est transfiguratus in monte Tabor,quia transfiguratio dicit aliquid falsum, & probant ex.2.Cor.11. Sathanas transfigurat se in Angelum lucis.sed Rñdet quod transfiguratio non oportet,quod dicat veritatem rei,sed veritatem figurę . & ita Sathanas transfigurat se in Angelum lucis.idest accipit figuram,siue similitudinem Angeli lucis,licet non sit,aliter dicitur.

dicitur quod transfigurari contingit vere, & falsè. vide sup. Matth. p. 4. cap. 17. q. 20. in resp. ad primum.

Ego sum via, veritas, & vita. Quia Christus est via, iō Matth. 23. dicitur, qđ scribæ, & Pharisæi, claudebant regnū cęlorum ante alios, & ipsi non intrabant, quia ignorata via non venitur ad terminū, & nō inuento ostio non intrať in domū. Christus aūt est via, vt patet hic & ostiū, vt patet. Ioan. 10. ego sum ostiū Pharisæi aūt & scribæ occultabant Christum Iudęis, quia nolebant dicere populo illū esse Christū qui vere erat Christus, & iō claudebant Regnū cęlorū. vide sup. Matt. p. 6. c. 23. q. 78.

Domine ostende nobis patrē, & sufficit nobis. Pater, & filius & Spiritus sanctus sunt in Christo homine, nec pōt vna persona ostendi separata ab alia, cū habeant eandē substātiam, sed vna in alia, pater. n. in filio, & filius in patre. vide sup. 2. Paralip. cap. 18. q. 34. in medio.

Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dř 1. Ethic. quod beatitudo est bonū per se sufficiens, ergo istud in quo reperitur magis per se sufficiens erit beatitudo, vel in eo erit beatitudo, istud aūt est in cognitione, quia dř hic, ostende nobis patrem, & sufficit nobis, ergo erit beatitudo in intellectu. vide pro hac veritate sup. Matt. p. 2. cap. 5. quæst. 33. per totum.

Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Idest ostende nobis Deitatē. licet. n. sancti desiderent scire omnia, quia oēs homines naturaliter scire desiderant, tamen desiderium hoc, per hoc solū implebitur, qđ Deū videbunt, ēt si nihil aliud in eo, nisi ipsummet videant, sicut desiderium eorū qui omnia bona habere cupiunt implebitur per hoc solū, qđ Deū habebunt nam ipse solus est natura tota bonitatis vnitiue & est bonum vniuersale, cætera aūt bona sunt p participationē, & vocantur bona particularia. iō qui Deum hēt, ēt si nullum istorum habeat, oē bonum hēt, & nihil desiderare pōt, quia ipse solus satiat appetitus, ita ipse est tota natura entitatis. iō ipse solus sufficit intellectui ad perficiendum eum. ut dicitur h. c. vide sup. Matth. p. 2. c. 5. q. 44. in resp. ad 7.

Tanto tēpore vobiscū sum, & non cognouistis me Et si Christus iam per mortem suam nos redemerat, tamen lex noua nunquam fuisset diuulgata per orbem, nec aliquis cōuerteretur, nisi Spiritus sanctus super Apostolos descendisset, toto enim tpe quo Apostoli cum Christo fuerunt adhuc rudes nimis erant, vnde Christus quasi conquaeritur de eis, propinquus passioni suæ, cū dixit Philippus: Domine ostende nobis patrē, & sufficit nobis cui Christus respondit tanto tempore vobiscum sum, & c. & quō dicis ostende nobis patrem? vide sup. Num. c. 28. q. 21. in princ. vide etiam sup. Deut. c. 29. q. 1. circa illud; & nō dedit vobis Dominus cor intelligens.

Tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me. Arguit, quod non cognoscebant eum, quia petebant patrem sibi ostendi, & subdidit, Philippe, qui videt me, videt, & patrem meum. i. cognoscendo vnum cognoscitur alius, & ostendit magis causam. s. quia ego in Patre, & pater in me est, vnde si alicui reueletur pater, reuelatur etiam filius. vide sup. Matth. p. 3. cap. 11. q. 62.

Tanto tempore vobiscum sum, & c. Exprobrat, quod cū toties discipuli ipsum audierint, non cognoscant patrem eius, sic etiam Matt. 15. non dicunt discipuli edissere nobis parabolam istam. ille respondet increpando. adhuc sine intellectu estis, apparet quod non habetis intellectum aliquem, cum istam sententiam, ita apertam, non intelligatis, & dixit, adhuc quasi dicat si hoc fuisset, quādo nouiter cœpistis audire doctrinam, non esset mirum, sed nunc cum tanto tempore audieritis, adhuc non intelligitis istud satis est mirandum. vide sup. Matth. p. 3. cap. 11. quæst. 47. circa illud edissere nobis parabolam, & circa illud, adhuc vos sine intellectu estis.

Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me. Hoc dixit Christus in vltima nocte post cœnam habitam, cū discipulis. vt colligitur Ioan. 13. vide super Matth. p. 5. cap. 20. quæst. 67. in responsione ad 1. arg.

Ego in patre, & pater in me est. Tres personæ Sanctissimæ Trinitatis vnum sunt. Ioan. 5. ideo necesse est non esse separatas, cum sint vnum secundum substantiam, sicut dicit Christus hic, vnde non potest quis cognoscere vere personam vnam, quin cognoscat tres. & hoc manifeste patet ex redargutione Philippi, quando Christus eum redarguit. dixit enim Philippus. Domine ostende nobis patrem, & Christus quasi indignatus, ignorantiæ eius & quæstionis ineptę, ait: tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? q. d. O Philippe tu putas, quod me agnoscis, & ideò non petisti, quod me tibi ostenderem, sed quod patrem ostenderem, quasi illum nō agnosceres, & me agnosceres, sed dico tibi, quod neque me agnoscis, si patrem non agnoscis. & subdit causam. Philippe, qui videt me, videt, & patrem meum, ideo cū me agnoscis, patrem meum agnoscis, & si patrem meum ignoras, etiam me ipsum nō cognoscis, & adiunxit, quomodo tu dicis: ostende nobis patrem quasi dicat male dicis, & loqueris repugnantia, cum præsupponas, quod me cognoscas. & ad manifestandam radicem veritatis huius, dixit: non credis, quia ego in patre, & pater in me est? ac si dicat: credere debes, & per istum modum videbis quod non poteris, me cognoscere, quin patrem agnoscas, & si me agnouisti patrem agnoscis, quia ego sum in patre, & pater in me est. & cum simus idem secundum substantiam non potest vnus agnosci, quin alius agnoscatur, & quin etiam Spiritus sanctus cognoscatur nam Spiritus sanctus etiam est in patre, & filio, & pater & filius sunt in Spiritu sancto quia eadem habitudo vnitatis substantiæ est Spiritus sancti ad patrem, & filium, quæ est filii ad patrem. vide super Gen. cap. 13. q. 800.

Ego in patre, & pater in me est. Quando dicitur, quod Spiritus sanctus est in aliquo, non accipitur Spiritus sanctus pro persona, quia sic accipiendo in quolibet homine est, & etiam in Dęmone, & quocunque ente, cum Deus sit vbique, & Spiritus sanctus est vna personarum diuinarum, & vbi est vna, est alia, immo vna est in alia, vt patet hic sed intelligitur de aliquo dono dato a Spiritu sancto. & istud potest esse multiplex, cum Isai. ponat septem dona Spiritus sancti in generale, quę vocantur septem Spiritus. Isai. 11. vide sup. 1. Paralip. in præfatione secunda D. Hiero. quæst. 12. circa medium.

Ego in patre, & pater in me est. Hoc secundum diuinitatem intelligitur. vide super 1. Prolog. D. Hieron. in Matth. quæst. 11. circa finem.

Ego in patre, & pater in me est. Hoc competit propter identitatem substantiæ, quia in eadem substantia subsistunt omnes, & quælibet totaliter subsistit in illa, ac si alia non subsisteret: quia non communicatur eis substātia, quantum ad partes, sicut humanitas hominibus, quia alia substantia humana est in qua subsistit vnus homo, & alia in qua subsistit alius. de hoc magister in primo sententiarum distinct. 19. vide sup. 3. Prologum. D. Hieron. in Matth. post quæstio. 6. circa illud, & verbum erat apud Deum. Paulo ante q. 7.

Ego in patre, & pater in me est. Per hoc excluditur error Origenis, qui dicit: vt refert Athanasius quod pater est in omnibus entibus: filius autem in creaturis solis rationalibus Spiritus sanctus autem in solis baptizatis. nam tres personæ sunt vna Deitas indiuisa, & vna est in alia propter inseparabilitatem, ego in patre & pater in me est a fortiori ergo vbicunque fuerit vna persona, erunt simul tres. vide super Matth. parte quarta capit. decimosecundo quæst. 68. ante medium. vide etiam ca. 13. quæst. 10.

Ego in patre, & pater in me est. Ex hoc patet, quod Christus dixit filio. sede a dextris meis, illud dicere, non fuit aliquid loqui tum quia pater non loquitur, nam ipse non assumpsit naturam humanam in qua competat ei loqui, tum etiam quia nulla locutio realis potest esse patris ad filium, cum non sit pater extra filium, sicut homo extra hominem, sed pater in filio, & filius in patre est. ad loquendum autem oportebat, quod esset pater extra filium, sicut homo extra hominem, vide super Matt. parte sexta cap. 22. q. 346.

Quæ autem sunt propria. vide in tabula generali. verbo Iacobus. & verbo Philippus. Item de Santo Philippo vide super Matthęum part. tertia, cap. decimo quæstione trigesimaquinta, & de Sancto Iacobo. ibidem. q. 38.

IN FESTO SANCTI ANTONINI Archiepiscopi Florentini Ordinis Prædicatorum.

IOAN. X.

EGo sum pastor bonus. Vide circa totum Euangeliũ Dominicam secundam post Pascha.

IN INVENTIONE Sanctæ Crucis.

IOAN. III.

ERat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine hic venit ad Iesum nocte. Pharisæi aliquando veniebant ad Christum pauci, aliquando omnes, aliquando vnus tantum. de vno tantum patet hic, nã Nicodemus, qui erat Princeps venit ad Christum nocte. iste enim erat discipulus eius, occultus tamen propter metum Iudæorũ. de paucis patet. cum Pharisæi inierunt cõsilium cum Herodianis, & miserunt quosdam de discipulis suis ad tentandum Christum, vt caperent eum in sermone. de omnib. patet. quia Pharisæi audientes, quod Iesum silentiũ imposuisset Sadducæis, cõuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex illis tentans eũ. vide sup. Matth. p. 6. ca. 22. quæst. 117.

Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis. Quæ sint hæc signa, quæ faciebat Christus & de multitudine signorũ, & quomodo per signa ostẽdebatur Deus ipse Christus vide in tabula generali verbo miraculum. & etiam verbo signum.

Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum Deo. Christus fecit aliqua miracula, antequam publice prædicare inciperet. nam conuertit aquam in vinũ quod fuit primum miraculum. Ioan. 2. eiecit etiam emẽtes, & vendentes de templo in quadam diuina potestate ita vt illi plurimi existentes fugerent ab eo, qui solus, & inermis erat, & non ausi sunt ei respondere, cum pecunias eorum per terram effunderent. eod. cap. multa quoque alia signa fecit in die Paschæ, & festo ipso coram Iudæis, quando eiecit vendentes, & ementes de templo. eo de n. cap. scilicet, cum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat, & tunc dixit ei Nicodemus. nemo potest hæc signa facere. vide sup. Matth. p. 1. cap. 4. quæst. 81.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire regnum Dei. Ecce quomodo differt Baptismus Christi a Baptismo Ioannis quod Baptismus Christi cõpetit paruulis, & magnis. non autem Baptismus Ioann. quia erat solum signum Baptismi Christi & hoc propter duo. primo quia Baptismus Christi est Sacramentum necessitatis, quia qui non baptizatus fuerit, & crediderit, cõdemnabitur Marci. 16. & hic nisi quis renatus fuerit, & c. Baptismus aũt Ioan. non erat necessitatis, iõ Baptismus Christi oĩbus cõpetebat, non aũt Baptismus Ioan. secũdo quia Baptismus Christi conferebat ad salutem, quia per eum confertur gratia, & efficitur hõ aptus ad regnum Dei, & quia regnũ Dei est necessarium, tam paruulis, q̃ magnis oẽs baptizandi erant Baptismo Christi. Baptismus autem Ioan. non cõfert ad vitã æternã, cũ non conferat gratiam. iõ non oportebat oẽs illos baptizari. vide sup. Matt. p. 1. c. 3. q. 46. in resp. ad 1. arg. differũt etiam, quia Baptismus Ioannis erat solum in aqua, Baptismus aũt Christi in aqua, & Spiritu sancto. hoc. n. est de necessitate Baptismi Christi quod fiat tum in aqua, cũ in Spiritu sancto. iõ aũt q erant baptizati Baptismo Ioan. debebãt baptizari Baptismo Christi quia illud est generale in omnibus sacramẽtis, quod quãdo omittitur aliquid, quod est de substantia sacramenti, nõ solũ oportet suppleri id, qđ omissum est, sed totum sacramentum innouatur vide loco citato. q. 49. ante medium.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Baptismus dicitur regeneratio, eo qđ in ipso accipit hõ esse spirituale, quando. n. hõ accipit de nouo esse naturale dr̃ generari, quia ante hoc esse naturale non habebat hõ esse humanũ, cum aũt baptizatur quis dicitur regenerari, vel renasci, eo quod de nouo accipit esse spirituale, si quis vero perdat totum esse spirituale, vt si perdat fidem, & charitatẽ, & postea recuperet: licet detur sibi spirituale, qđ non habebat, tñ non dr̃ renasci, vel regenerari, quia non accipit de nouo, cũ iterũ habuisset: ita quantum ad esse naturale, cum q's illud primũ accipit dr̃ generari cũ aũt perditum esse recuperat per resurrectionẽ, cum non accipiatur ibi de nouo, non dicitur proprie renasci, vel regenerari, sed large vocatur hic regeneratio. vide sup. Matt. p. 5. c. 19. post q. 184 circa illud, in regeneratione, & c.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. regenerationem pro baptismo accipit Hylarius, super illud, vos qui secuti estis me in regeneratione, & c. dicens secuti sunt quidem discipuli Christum in regeneratione, i. in lauacro baptismi, in fidei sanctificatione, hoc est enim illa regeneratio, quam Apostoli sunt secuti, quam lex indulgere non potuit. vide sup. Matth. p. 5. cap. 19. q. 185.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. Vide plura de baptismo in tabula generali verbo baptismus Christi.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Vide in tabula generali verbo Spiritus sanctus.

Spiritus vbi vult spirat & vocem eius audis, & nescis, vnde veniat, aut quo vadat. Hic Spiritus accipitur pro vẽto sic enim ponit Aug. non intelligitur autem de Spiritu sancto, quia non vult dicere Christus quod Nicodemus audiret vocem Spiritus sancti, præterea dicitur nescis vnde veniat, aut quo vadat, hoc autem, ac ventre nõ cõpetit Spiritui sancto ergo de vento intelligitur maxime quia subditur post illud exẽplũ, sic oĩs est, qui natus ẽ ex spiritu, si tamen acciperetur hic spiritus, pro Spiritu sancto, impossibile esset postea dicere comparando. sic est oĩs qui natus est ex spiritu. vide sup. Exod. p. 1. c. 15. q. 5. circa illud flauit spiritus tuus.

Spiritus vbi vbi vult spirat, & c. Deus inuitat nos per spirituales pulsationes, & vocationes ad cor nostrum, quas Deus facit mouendo, & incitando nos ad bonũ, & hoc vocat pulsare ad ostium cordis nostri Apoc. 3. ego sto ad ostiũ, & pulso, si quis audierit vocẽ meã, & aperuerit mihi ianuã introibo ad illũ, & cęnabo cũ illo, & ipse mecũ, & istas pulsationes facit Deus, quando vult, & quo vult. vt patet hic, s. spiritus vbi vult spirat, & p talẽ modũ Deus inuitat oẽs homines. vide sup. Matt. p. 6. c. 22. q. 34.

Tu es magister in Israel & hæc ignoras. Aliqui de doctorib. legis, bono aio Christi doctrinã audiebãt, & credebãt in ipsũ, sic patet de Nicodemo, qui credebat in Christũ, & erat discipulus eius, occultus tamẽ pp metũ Iudęorũ Lucæ 23. erat aũt iste doctor legis, sicut Christus dicit hic, ita etiã multi alii de doctorib. legis, & principibus synagogæ credebant in eum & libenter ipsum audiebant. vide sup. Matth. p. 3. cap. 9. quæst. 12.

Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. filius hominis. qui est in cœlo. Aliqui ex hac auctoritate dicunt, q non fuit conueniens, qđ Christo baptizato cęli aperti fuerint, quia cęlũ aperiendũ illis, qui indigent intrare in cęlum, & tamen Christus semper erat in cęlo dicitur. n. filius hominis, qui est in cęlo, sed falso deducunt. nã Christo cęlum apertũ fuit, non quasi Christus ingressus esset illuc, sed vt significaretur, qđ p baptismũ ab eo institutũ omnibus baptizandis aperiretur aliter etiam dr̃ a Chri, vide sup. Matth. p. 1. cap. 3. q. 8. in princ. & fine.

Sicut Moyses exaltauit serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam æternam. Hic Christus exprimẽ passionem suã expræssit se per serpentem æneum. vide sup. Leuit. c. 22. q. 23. circa finem. Sicut aũt Iudæi a serpentibus percussi illum æneum serpentẽ intuentes perfectam consequebantur sanitatẽ, ita & nos perfectiori mõ per mortẽ Saluatoris sanamur & qm Moyses in Cruce mori destinauit, ad perfectam expressionem signi docuit hunc serpentẽ in ligno in altum tolli, & sicut qui ser-

pentem

pentē illum metallinū a ſerpentibus percuſsi acciperent eleuatum in ſublime ſanabatur, ita & in toto cordi nos compuncti peccatorū veterū pœnitentes ſi ad Meſsiā cōuerſamur eius doctrinam, & opere aſſumentes omnium peccatorum integram indulgentiam conſequemur. vide plura ſup. Num. cap. 21. q. 22.

Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem. Vide cap. 41. quarti Parad. per totum. vide et ſup. Matt. p. 5. c. 20. q. 40. in fine.

De Cruce. vide in tabula generali. verbo Crux.

IN FESTO SANCTÆ
Catherinæ Senenſis ordinis Prædicatorum.

MATTH. XIII.

S*Imile factum eſt Regnum cœlorum grano ſinapis.* Ideſt aſſimilatum eſt, quia iſta eſt aſſimilatio parabolica. & ita dicit Deus Oſeæ 12. ego viſionem multiplicaui, & in manu prophetarum aſſimilatus ſum, ideſt Prophetæ dederunt multas aſſimilationes de me, per quas me tradecent hominibus cognoſcendum, & dicitur regnū cœlorum Eccleſia militans, vel doctrina ſacræ ſcripturæ, vide ſuper Matth. p. 4. cap. 13. quæſt. 49. circa illud, ſimile eſt Regnum cœlorum.

Grano ſinapis. Hoc dicitur propter paruitatem, quod cum paruum ſit, creſcit in magnam arborem. vide ibidem, circa illud, grano ſinapis.

Quod accipiens homo. Non intelligitur de vnico grano, ſed de multis, quia nemo vnicum granum ſeminaret, ſed more ſcripturæ accipitur vnum pro multis. ſicut Exod. 8. dicitur quod venit muſca grauiſſima ideſt multitudo muſcarum, & hoc forte, quia idem eſt de vno grano, & de multis, quia quodlibet eorum germinare poteſt. vide ibidem, circa illud, quod accipiens homo.

Quod minimum eſt omnibus ſeminibus. Scilicet in quantitate, ſed in virtute maius eſt, cum creſcat in magnam arborem, & propter paruitatem Chriſtus volens oſtendere, quod quantumcunque ſit parua fides ſufficit ad obtinendum omnia, dixit, Matth. 17. ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, ſcilicet quantumcunque paruam, quia non poteſt eſſe minor in quantitate, quam granum ſinapis. vide ſuper Matth. parte 4. cap. 13. quæſt. 49. circa illud, quod minimum eſt.

Cum autem creuerit maius eſt omnibus olerib. Ideſt creſcendo peruenerit ad maximam quantitatem ſuam, & fit maius omnibus herbis, & recte dixit oleribus ad differētiam arborum, vide loco citato. & ibidem vide reliqua, quæ habentur in Euangelio.

IN FESTO SANCTI
Ioannis ante portam latinam.

MATTH. XX.

A*Cceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi.* Vide in Feſto Sancti Iacobi Apoſtoli, vbi totum hoc euangeliū expenditur.

IN FESTO SANCTI
Barnabæ Apoſtoli.

IOANNIS XV.

H*Oc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Vide in communi Apoſtolorum.

IN NATIVITATE SANCTI
Ioannis Baptiſtæ.

LVCÆ. I.

E*Liſabeth impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium.* De Ioanne Baptiſta fere infinita habes in tabula generali verbo Ioannes Baptiſta.

Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa. De miſericordia Dei habes Dominica prima poſt Pentecoſten. ſuper illud, eſtote miſericordes.

Et factum eſt in die octauo venerunt circuncidere puerum. Vide in Circuncisione Domini.

Et vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Vide in tabula generali. Verbo Zacharias.

IN FESTO APOSTOLORVM
Petri, & Pauli.

MARCI XVI.

V*Enit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi.* Nō dicitur quod venerit in Cæſaream, ſed in partes Cæſareæ ideſt in loca aliqua regionis illius. vide ſuper Matt. cap. 16. poſt quæſt. 33. circa illud, in partes Cæſareæ Philippi. Quæ eſt iſta Cæſarea vbi venit Chriſtus, & quo nomine olim vocata, & quo nunc a nobis, & vnde ſit ortus Iordanis, vide loco citato quæſt. 35.

Et interrogabat diſcipulos ſuos. Non quaſi ignoraret, ſed vt eorum confeſſio circa hoc appareret. vide ſup. Matth. p. 4. cap. 16. poſt quæſt. 33. circa illud, & interrogabat Quare autem Chriſtus quæſierit hoc a diſcipulis, cum eſſent in Cæſarea. vide ibidem. q. 36. in quo loco facta fuerit hæc interrogatio in domo, vel in vis. vide ibid. q. 37.

Quem dicunt homines eſſe filium hominis. Chriſtus docet hos magnifacere famam propriam. vide in tabula generali verbo fama. vide etiam verbo honor honorare.

Quem dicunt homines eſſe filium hominis. Quare Chriſtus interrogauit diſcipulos, quem dicerent eum turbæ cum ipſe hoc ſciret. & quomodo vtile nobis fuit ſcire in qua reputatione hominum Chriſtus haberetur dum viueret. item gratū hominibus eſt ſcire quid alii de ipſis ſentiāt. vide ſuper Matth. p. 4. cap. 16. quæſt. 38.

Quem dicunt homines eſſe filium hominis. Quare Chriſtus hoc dixerit, & quomodo omnes opiniones, quæ de Chriſto eo viuente habebantur erant in laudem eius. vide loco citato. q. 39. & q. 40.

Quem dicunt homines eſſe filium hominis. An conueniens erat accipi hanc confeſſionem, vel ſententiam turbarum de Chriſto, & quod totum, quod populi de Chriſto cōfitebantur erat in laudem eius. vide ibidem. q. 41.

Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Quare Chriſtus prius quæſiuit, quid vulgus de eo ſentiret, quam diſcipuli, & quod ideo Chriſtus prius quæſiuit quid de eo populi ſentirent, vt diſcipuli poſtea de eo aliquid maius confiterentur. vide ibidem. q. 42.

Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam alij vero Ieremiam, &c. Quare diſcipuli tam varias ſententias retulerunt, tamen nulla opinio quam populi de Chriſto habebāt faciebat eum minorem Propheta. vide ſup. Matt. p. 4. cap. 16. quæſt. 43.

Alij Ioannem Baptiſtam. Quomodo potuerunt de Chriſto putare, quod erat Ioannes Baptiſta cum ille mortuus eſſet decollatus ab Herode, & quod videtur huiuſmodi error ortum ab Herode habuiſſe. vide loco citato quæſt. 44.

Alij Ioannem Baptiſtam. Dato, quod potuiſſet credi Ieſum eſſe Ioannem ab eis, qui non nouerant ambos viuentes, cur putabant eſſe Ioannem, & cur potius, quam aliquem alium. vide loco citato q. 45.

Alij Ioannem Baptiſtam. Quomodo Herodes, & cæteri, qui tenebant hanc poſitionem putabant Chriſtum eſſe Ioannem Baptiſtam nam admirabantur de multitudine miraculorum Chriſti tamen Ioannes nullum miraculum fecerat. Io. 10. ſcilicet Ioannes quidem nullum ſignum fecit, melius ergo putarent quod eſſet Eliſæus, qui multa miracula fecerat, nam præter Moyſem videtur Eliſæus eſſe maior omnibus Prophetis in miraculis immo & multi putabāt eum fuiſſe maiorem Moyſe in miraculis, quia ſuſcitauit duos mortuos, quod Moyſes

INDEX.

IN VISITATIONE B. Mariæ Virginis.

LVCÆ I.

gnificare, secundum quod varie à nobis Deus concipitur nam nemo Deum concipere potest, nisi sub ratione maximi boni. ideo cuilibet concipienti Deum occurrit aliquis modus magnificandi ipsum, quicquid enim boni de Deo dicamus est magnificare ipsum, quia nihil de eo dicere possumus, nisi magnum, cum parua ei non cõpetant, qui summus est. vide super Matth. parte. 4. cap. 15. quæst. 98.

Magnificat anima mea Dominum. Recte magnificabat Deum, à quo tanta receperat beneficia sicut, sanati sunt muti, cæci claudi, & c. de quibus Matth. 15. & etiam turbę magnificabant Deum sanati pro recepto beneficio, tanquam gratias agentes, turbæ autem magnificabant etiam pro collato beneficio. vide plura loco citato. q. 98.

IN FESTO SANCTÆ Mariæ Magdalenæ.

LVCÆ. VII.

R*Ogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo, & ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix*. Hoc Euangelium totum explicatur Feria quinta post Dominicam in Passione.

IN FESTO SANCTI Iacobi Apostoli.

MATTH. XX.

A*Ccessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi adorans, & petens aliquid ab eo*. Vide Feria quarta post secundã Dominicam quadragesimæ vbi totum hoc Euãgelium expenditur.

Quæ autem de Sancto Iacobo propria habentur. vide in tabula generali verbo Iacobus.

Item vide super Matth. p. 3. cap. 10. quæst. 33. quomodo dicitur Iacobus maior. & c. per totum.

IN FESTO SANCTI Dominici ordinis Prædicatorum

MATTH. V.

V*Os estis sal terræ. quod si sal euanuerit in quo salietur*. Vide in communi confessorum.

IN TRANSFIGVRATIONE Domini.

MATTH. XVII.

A*Ssumpsit Iesus, Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & c*. Vide Dominicam secundam Quadragesimę.

IN FESTO SANCTI Laurentij martyris.

IOANNIS XII.

N*Isi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, & c*. Vide in cõmuni vnius martyris. Beatus Laurentius, custodiebat thesauros Ecclesiæ, quod cum Decio nunciatum esset, Laurentius captus est, qui videns thesauros auferẽdos distribuit pauperibus tacite, & tũc procedens ad martyrium dixit: assatum est versa, & mãduca, nam facultates ecclesiæ, quas requiris, manus pauperum in cœlestia deportauerunt: nõ fuit autem captus Laurentius pro confessione fidei, sed propter thesauros Ecclesiæ, qui apud illum dicebantur esse absconditi: licet postea gloriose pro fidei cõfessione occubuerit. vide super Matth. p. 5. cap. 10. q. 96.

IN ASSVMPTIONE B. Mariæ Virginis.

LVCÆ X.

I*Ntrauit Iesus in quoddam castellum*. Inter ciuitatem, castellum, & villam, & vicum, sine ius hoc interest, quod ciuitates sunt loca maiora, & castella sunt minora loca, quæ tamen sunt murata, loca autem non murata, non vocantur castella, sed villæ aut uici, vel rura, aliquando tamen castellum vocatur magna ciuitas, sicut Ierusalem erat metropolis terræ Iudæorum, & tamen vocatur aliquando castellum, vt cum Christus dixit ite in castellũ, quod contra vos est. Matth. 21. vide sup. Matth. p. 3. ca. 9. q. 153. circa illud, & castella.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. De laudibus Sanctæ Mariæ Magdalenę. vide in festo ipsius.

Martha, Martha, solicita es & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium Maria optimam partem elegit, &c Opera misericordiæ spiritualia, sunt excellentiora, quam opera misericordiæ corporalis, valde enim pium erat ipsi Christo pauperi cibum parare, & tamen Christus magis laudauit Mariam, quæ sedens audiebat verbum eius, quam Martham, quæ ex magna charitate, & solicite Christo ministrabat sic etiam Matt. 8. ait Christus sinite mortuos sepelire mortuos suos, tu aũt vade, & annuncia Regnum Dei. quod etiam habetur Lucæ, 9. quasi dicat: sepelire mortuos non pertinet ad te, sed ad mortuos, idest ad peccatores, vel ad viros imperfectos, qui sunt in infimo gradu, ad te autem excel ẽ iora pertinent. vide super Matth. cap. 8. quæstione 65. ibidem tertio dixit.

Martha, Martha, Solicita es, &c. Vide de solicitudine in tabula generali verbo. solicitudo.

Et turbaris erga plurima. Vide in tabula generali verbo turbari, & verbo turbatio.

Maria optimam partem elegit. in Marthæ, & Mariæ vita designatur actiua, & contemplatiua, & has duas vitas ponit Arist. 1. Ethic. & 10. Ethic. probat bona vitæ contemplatiuæ, meliora esse, sicut etiam probat dicens hic, vide plura pro hac materia, super Matth. p. 7. cap. 25. q. 85. post principium.

Maria optimam partem elegit. De vita actiua, & cõtemplatiua habes multa in tabula generali verbo vita. De Beata Virgine si propria desideras vide in tabula generali. verbo Maria.

IN FESTO SANCTI Bartholomæi Apostoli.

IOAN. XV.

H*Oc est præceptum meum, vt diligatis inuicem*. Vide in communi Apostolorum. Quæ autem propria habẽtur apud auctorem de sancto Bartholomæo. vide in tabula generali. verbo Bartholomæus.

IN DECOLLATIONE SANCTI Ioannis Baptistæ.

MARCI VI.

M*Isit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui*.

sui. Quis fuerit iste Herodes. vide super Matth. p. 4. cap. 14. quæst. 3. & quæst. 4. per totum. si erat Tetrarcha vel Rex. vide ibidem quæst. 5.

Misit Herodes, ac tenuit Ioannem. Quare Matthęus sindu cit cap. 14. istam eandem historiam de morte Ioannis, & quod sola necessaria, vel vtilia ad naturam humanam ab Euangelistis scribuntur. vide loco citato. quæst. 13.

Misit Herodes, ac tenuit Ioannem. Quare Herodes Ioannem in carcerauerit. vide super Matth. p. 4. cap. 14. qu. 15. quomodo autem ausus fuerit Ioannem incarcerare. vide ibidem. quæst. 16.

Propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui. Hoc potest dupliciter intelligi propter Herodiadem, idest suadente illa Herodi, quod Ioannem alligaret; nam oderat eum, cum postea petierit caput eius. aliomodo propter Herodiadem. idest quia Ioannes arguebat Herodem super Herodiadem, quam tenebat, & non potens sustinere istas redargutiones, tenuit eum in vinculis, ne eum molestaret. vide super Matth. p. 4. cap. 14. q. 12. circa illud; propter Herodiadem.

Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Quid erat hoc pro pter quod Ioannes arguebat Herodem, & quomodo committitur incęstus, & adulterium. vide loco citato. quæst. 17. cur autem Herodes arguebat Ioannem de illi citis nuptijs, & non Herodiadem. vide. quęst. 21.

Herodias autē insidiabatur illi. &c. Quæ fuerit Herodias. vide loco citato. quæst. 17.

Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, An Herodias, vel Herodes vt ponit Matthęus. voluerit occidere Ioannem. vide. quæstio. 18. & quæstione. 22. & quæstione. 34.

Herodes, enim metuebat Ioannem, scientes eum virum iustum, & Sanctum. Quomodo populus habebat Ioannē, vt prophetam, & illius motus, quæ fuerit occasio. vide loco citato. quęst. 19.

Cum dies opportunus accidisset, Herodis natales sui cœnam fecit principibus, & tribunis. &c. Quis erat dies natalis Herodis. & improbatur dierum natalitiorum celebritas: & quomodo rectius celebrarentur, & quod trium solum, Ecclesia dies natales merito celebrat. vide super Matth. p. 4. cap. 14. quæst. 20. Quare autem celebrauerit tunc temporis Herodes diem natalis sui, & quod duo reperiuntur in sacra scriptura natales dies celebrasse. vide quæst. 21.

Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset. Quare ista filia Herodiades saltauerit. vide loco citato. qu. 25.

Et placuisset Herodi. &c. Quomodo puella ista saltans tan tum placuit Herodi, vt dimidium regni sui pollicere tur, si illa peteret. vide ibidem. quæst. 26.

Pete à me, quod vis, & dabo tibi, et iurauit illi: quia quicquid petieritis dabo tibi. Quare Herodes cum iuramento pollicitus fuerit, dare saltatrici, quodcunque postulasset, & iuramentum ad quid ordinatum sit. vide loco citato. q. 27. quare aūt pollicitus fuerit Herodes dare quicquid puella postulasset. vide ibidem. quęst. 28.

Volo, vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Bapt. Quomodo petierit puella caput Ioannis. vide ibidem. qu. 29. Quare autem dixerit puella da mihi in disco caput Ioannis. vide ibidem. quæst. 30.

Et contristatus est Rex. Quomodo contristatus fuerit Herodes, & an veram tristitiam habuerit. vide loco citato. quæstion. 31.

Propter iusiurandum. An istud iuramentum obligabat Herodem, & quod iuramentum incertum, quod postea vergit in deteriorem exitum non est complendum, nec obligat: similiter néc votum: vide loco citato. quęstion. 32.

Et propter simul discumbentes. Ad quid Herodes voluerit in conuiuio habere principes Galileæ. & eadem causa voluit Rex Assuerus magnum facere conuiuium. vide loco citato. quæst. 33.

Propter discumbentes noluit eam contristare, sed misso spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco. Quare dicitur, quod Herodes propter simul discumbentes iussit caput Ioannis dari. vide super Matth. parte quarta cap. 14. quæstio. 34.

Et decollauit eum in carcere. Quare Herodes ausus est occidere Ioannem, & quomodo interdum passiones animi sibi inuicem repugnant. vide ibidem. quæst. 35.

Et decollauit eum in carcere. Quo tempore decollatus fuerit Ioannes. vide super Matth. p. 4. cap. 14. quæst. 14.

Et decollauit eum. Quomodo populus non surrexit contra Herodem occiso Ioannem, propter tantum scelus, cum tamen essent Iudæi ad seditionem prompti propter religionem obseruandam. vide loco citato. quæst. 36. sed si populus non audebat insurgere in Herodem, quare in Herodiadem non surrexit? vide ibidem. quæst. 38.

Et decollauit eum in carcere. Quare Herodes occidi iusserit Ioannem in carcere. in quo auctor notat modum occidendi viros bonos communiter obseruari solitum. vide ibidem quæst. 37.

Et decollauit eum. Quare Deus permisit sic Ioannem virū iustissimum mori, & quod Deus permittit viros bonos seueris cruciatibus, & humili morte interdum perire propter duo. vide super Matth. p. 4. cap. 14. quæst. 40.

Et dedit illud puellæ. Quæ erat coram simul discumbentibus. Quare autem Herodes iusserit, quod caput Ioan. ferretur ad conuiuium: quale facinus, & à Romano quodam duce perpetratum narratur.

Et dedit illud puellæ. An Ioannes fuerit martyr per hanc mortem, & qui dici debeant martyres, & quæ veritas ad martyrium sit sufficiens ea quæ triplex esse dicitur, & triplex etiam martyrum gradus. vide loco citato. quęstion. 41.

Et puella dedit matri suæ. Quare puella attulit caput Ioannis matri suæ. vide ibidem. quæst. 42.

Quo audito discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius. Quomodo est verum, quod Ioannes discipulos haberet nunc post mortem, cum non prędicaret. vide loco citato. quęstion. 43.

Et tulerunt corpus eius. Quomodo discipuli Ioannis tulerunt eius corpus cuius caput est hodie Romę in Ecclesia Sancti Syluestri. vide ibidem quęst. 44.

IN NATIVITATE B. Mariæ Virginis.

MATTH. I.

Liber generationis Iesu Christi. Hic ostenditur veritas humanę naturæ in Christo eius Genealogiam describendo. Hoc est principium libri Matthæi, & est quasi titulus eius: quia per hoc declaratur de quo tractatur in libro, vel in parte eius, s. de Christi generatione. Hic ponuntur duo nomina eiusdem personę. primum est Iesus, & est nomen personale, quod Angelus nominauit. &c. secundum est Christus, quod non est nomen personę, sed dignitatis, quia signat Regem, eo quod interpretatur vnctus; Reges tamen, & Sacerdotes erant, qui vngebantur in veteri testamento vt patet 1. Paralip. 29. vbi dicitur, quod vnxerunt Salomonem in Regem, & Sadoc in Pontificem. Christus etiam signat Messiam, vt patet. Ioan. 1. vide super Matth. p. 1. cap. 1. circa explicationem textum.

Liber generationis Iesu Christi. Quare Matthæus appellauerit istum librum generationis Iesu Christi, & non alio vocabulo. vide super Matth. loco citato. quæst. 1.

Liber generationis Iesu Christi. Quare Matth. incępit Euangelium suum à Christi generatione. vide loco citato. quæstion. 2.

Filij Dauid, filij Abraham. Vocatur Christus filius Dauid et filius Abrahæ, secundum carnem, cuius generationē solum describit Matthæus, nam generationem Diuinā nullus tetigit, nisi Ioan. et secundum hanc est filius Dei patris, et istam differentiam seruat Apostolus ad Rom. 1. dicens: qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem; nam non dixit absolute, Christus natus est; vel factus est ex semine Dauid, sed quod solum natus est secundum carnem; quia præter istam generationem Christi de semine Dauid, ipse erat persona ab ęterno manens

IN FESTO SANCTI Matthæi Apostoli.

MATTH. IX.

IN FESTO SANCTI Michaelis Archangeli.

MATTH. XVIII.

gradus

IN FESTO SANCTI Francisci Confessoris.

MATTH. XI.

IN FESTO SANCTI Lucæ Euangelistæ.

LVCÆ. X.

IN FESTO SANCTORVM Apostolorum Simeonis,& Iudę.

IOANNES. XV.

IN FESTO OMNIVM Sanctorum.

MATTH. V.

Et cum

principio beatitudines, sicut ponit hic Christus. vide loco citato. quęst. 88.

Beati pauperes Spiritu, &c. De ordine beatitudinum inter se. vide super Matth. p. 2. cap. 5. quæst. 89. De beatitudine vide etiam plura quæ distinctè habentur in tabula generali. verbo beatitudo. & verbo visio Dei.

IN FESTO SANCTI MARTINI Episcopi & Confessoris.

LVCÆ. XXII.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Vide in communi confessorum, vbi totum hoc Euangelium expenditur.

IN FESTO SANCTÆ Catharinę virginis & martyris.

MATTH. XIII.

Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Vide in communi virginum.

Expliciunt annotationes in Euangelia de Sanctis.

IN COMMVNI APOSTOLORVM

EVANG. IOANNIS. XV.

Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Propter hanc dilectionem quę debet esse ex præcepto Christi inter fideles, vocantur omnes fratres inter se. sic dicitur Iacob. 1. cap. si frater, & soror nudi sunt, & indigent victu quotidiano, idest si vir fidelis, aut mulier fidelis. & 1. Cor. ca. 6. dicitur. sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles, idest Christianus cum Christiano contendit coram iudice infidele. Istum autem modum accipiendi fratres non habuit vetus testamentum, sed Christus introduxit illum Matth. 23. cap. omnes autem vos fratres estis. Ratio autem huius est quia fratribus duo competunt, scilicet ęqualitas & amor, & vtrumque ex eadem radice, quia enim ab eisdem sunt, & non est vnus ab alio, competit eis æqualitas, similiter quia sunt ab eisdem competit eis amor, communicant enim vnitate naturę in accipere ab eodem, & amor venit ab identitate, quia amicabilia quę ad alterum, venerunt ex amicabilibus quæ ad seipsum, 9. Ethic. ideo illi qui ita se diligunt aut diligere debent sicut fratres, iuste uocabuntur fratres, sed Christus voluit quod omnes fideles valdè se diligerent vt dicit hic.

Hoc est præceptum meum &c. Igitur &c. Vide auctorem super Genes. cap. 13. qu. 51.

Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. Ad hoc propositum exponunt aliqui verba quæ habentur Matth. 11. scilicet. Tollite iugum meum super uos, dicūt enim quod vocatur iugum à iungendo, quia est lex amoris quæ præcipue est de Charitate Charitas autem homines iungit, quia amor est virtus vnitiua, &c. Vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 11. qu. 65.

Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. Omnia pręcepta eiusdē legis possunt dici vnum præceptum, inquātum ordinantur ad vnum finem proximum eiusdem legis, sunt tamen diuersa secundum multitudinem eorū quæ ordinantur ad illum finem; Hoc enim modo, tam lex vetus quam noua & quęlibet legislatio vnicum pręceptum habet, & multa, quia oportet quod quælibet legislatio habeat vnum proximum, & determinatum finem, & quia homines ad illum finem peruenire debent & peruentio non est à fortuna, sed. secundum actum rationis, oportet quod sit regula aliqua dirigens ad peruenendum. ista autem regula una est, ex vnitate finis, ad quem peruenitur quia tamen per multa media perueniendum est, & in quolibet ordinatè agendum est, oportet de quolibet esse regulam, & sic multiplicantur regulę, vel præcepta, licet vnus maneat finis præceptorū & iste modus vnius & multorum præceptorum tam in lege noua, quam in veteri inuenitur. De noua patet quia hic dicitur.

Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem. Et ita dixit.

Hoc est præceptum meum, Quasi nullum aliud pręceptum dedisset multa tamen dederat, ideo oportet quod voluerit omnia esse vnum, siue in vnitate finis, siue, radicis, vt Grego. dicit, & verè omnia vnum sunt vnitate finis pręcepti, idest charitatis, quia finis legis est Charitas Tim. 1. cap. & sic omnia vnum sunt inquantum ad finem dilectionis tendunt, sed multa sunt per operis diuersitatē, sic dicit Grego: in homilia. Cum cuncta sacra eloquia plena sint Dominicis pręceptis, quid est quod de sola dilectione, quasi de singulari, idest de solo mandato Dominus dicit, Hoc est præceptum meum? nisi quia omne mandatum de sola dilectione est, et omnia vnum præceptum sunt, quia quicquid præcipitur in sola Charitate radicatur, præcepta ergo Dominica, et multa sunt, et vnum, multa per diuersitatem operis, sed vnum in radice dilectionis. &c. Vide auctorem super Matthæum, tom. 6. cap. 22. q. 264. vbi multa ad hoc habentur.

Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. De dilectione, & charitate vide multa in communi tabula. Verbo. Diligere et dilectio. et Verbo Charitas.

Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Nullum est opus maioris Charitatis, quam quod quis ponat animam suam pro amicis suis. Vide auctorem super Matth. tom. 5. cap. 20. quæstion. 100.

Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Nunquid dēt homo ex Charitate magis diligere proximum, quam seipsum? ex his verbis apparet quod sic, quia illud quod in se quisque magis diligit, est viuere, et esse, sed Charitas facit ponere vitam corporalem pro fratribus, ergo Charitas, & amicitia, facit magis diligere proximum, quam seipsum. sed respondetur, tamen, quod exponit quis pro amicis esse, & viuere, sed non sequitur, quod diligat magis amicum quam seipsum, sed potius econtrariū, se prouenit hoc ex tribus suppositionibus, prima est quod magis diligit seipsum quam amicum, secunda est quod vult pro se maiora bona quam pro illo, tertia est quod maius bonū hominis est quod est secundum rationem, quale est bonum virtutis, quam bona secundum exteriorem naturā quæ sunt bona corporis. ex his sequitur quod non vita sit bonum corporale, quod minus bonum sit uita quam bonum uirtutis, ponere autem uitam siue animam pro amicis, est actus perfectissimus Charitatis, & ideo oportet quod actus ponendi animā pro amico, sit multo melior quam vita, sed quisque eligit pro se id, quod melius est, ideo amicus ponet animam pro amico, quia ponendo illam, accipit plus de bono pro se, quam pro amico, & facit hoc quia diligit se plusquam amicum. Vide auctorem super Matth. tom. 6. cap. 22. qu. 305. circa medium. Vide etiam in quæstionibus antecedentibus, & subsequētibus, vbi agens de Charitate, multa dicit quę huic loco deseruire possunt.

Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Tenemur ex Charitate magis diligere proximum, quam corpus nostrum, primo quia dicit Aug. lib. 1. de doct. Christiana quod plus debemus diligere proximum, quam corpus proprium secundo quia illud est magis ex Charitate diligendum, quod habet pleniorem rationem diligibilis, sed proximus habet rationem maioris diligibilis ex Charitate, quam corpus proprium, ergo est magis diligendus. Hoc patet, quod ex Charitate potest aliquid diligi quadrupliciter, vno modo vt principium illius boni, in cuius communicatione fundatur amor Charitatis, nam Charitas fundatur super communicatione beatitudinis, illa autem inuenitur in Deo essentialiter, & vt in principio à quo fluit in alia, ideo est maximè ex Charitate diligendus, in vobis au-

bis autem vt in eo quod directè participat illam beatitudinem. in proximo autem, vt in consorte, & associato nobis in communicatione illius beatitudinis. in corpore autem nostro, tanquam in eo, quod non directè, sed per redundantiam participat beatitudinem, scilicet redundando ex anima, sed perfectior gradus participationis est participare vt associatum in participatione directa beatitudinis, quam participare solum per redundantiam, ergo proximus qui magis participat de ratione diligibilis ex Charitate quam corpus nostrum, magis debemus diligere quam corpus nostrum, & hoc est quod proximum quantum ad salutem animę magis diligamus quam corpus proprium, vel quam bona nostra exteriora. & ideo bona nostra exteriora pro salute animę illius exponenda sunt, &c. Vide auctorem super Matthæum loco proximè citato. qu. 306.

Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. In his duobus, scilicet in hoc quod est Deum diligere, & ambulare in omnibus vijs eius, totum bonum est, & vnum pendet ex altero, nā qui Deum diligit, omnes vias eius insequitur, amor enim est principium custodiendi mandata, nam amor fortis est, & omnia superans, quia lampades eius lampades ignis, & aquæ multæ non potuerunt extinguere Charitatem, nec flumina obruent illam quia fortis est vt mors dilectio. Cant. 8. ergo q verè amat nihil est quod nō sustineat, aut aggrediatur, qđ complaceat amato. Vide auctorem super Deut. cap. 11. q. 5. circa illud. Vt diligatis Dominum Deum nostrum.

Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius, vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Christus docebat multa discipulos in secreto, sic dicitur Marc. 4. seorsum autem discipulis suis differebat omnia, & quando solus erat, quærebant ab eo multa. Marc. 7. scilicet, Cum introisset in domum à turba, interrogabunt eum discipuli eius, & sic erat consuetudo eis doceri ab ipso quando solus erat, quia sciebant, quod ipse volebat eis declarare multa quæ volebat dicere populo, Matth. 13. Vobis datum est nosse misterium regni Dei, cęteris autem in parabolis, & ita totum illud quod habetur Ioan. 13. vsque ad 18. prædicauit Christus solis discipulis in mensa dię cenę, & reuelauit eis secreta omnia quæ portare poterāt, Vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 10. q. 115.

Iam non dicam vos seruos, &c. Licet in veteri testamento potius vocaretur Deus Dominus, & homines serui ipsius, tamen in nouo testamento cessauit appellatio Domini, & serui, & vocamus potius Deum patrem, quam Dominum, sic enim Christus quando omnes generaliter orare docuit, dixit, Pater noster qui es in Cęlis. Matth. 6. & quando etiam loquitur de illo in tertia persona, vocat eum patrem, & non Dominum, vt patet Matth. 5. 6. & 7. cap. scilicet Pater vester cęlesti, & ita voluit quod generaliter vocaremus nos Deum patrem intantum quod nullum alium diceremus patrem nisi eum Matth. 23. cap. scilicet, omnes vos fratres estis, & patrē nolite vocare vobis super terram, vnus est enim pater vester qui est in Cęlis, & ab hoc etiam Christus quamuis esset verè Dominus, & discipuli sui essent serui eius non vocabat eos seruos sed amicos.

Iam non dicam vos seruos sed amicos. Verum est tamen qđ interdum', sed valdè raro in nouo testamento vocamus Deum Dominum, & nos vocamus serui; Ratio diuersitatis est, quod enim nos qui natura serui sumus filij vel amici simus, vel appellemur, ad solam benignitatem Dei pertinet, quia non ex operibus iustitię quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, ad Titum 3. cap. Quod verò nos serui vocemus, est considerare conditionem nostram, & quod Deum Dominum appellemus est considerare eius dignitatem. Deus autem magis vult ostendere nobis suam benignitatem, quam suam naturalem excellentiam, ideo potius vult nos filios, siue amicos quam seruos appellari, aliquādo autem, vt nostram infirmitatem, & inutilitatē agnoscamus, iubet quod nos seruos dicamus Luc. 17. ca. Vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, & seipsum Christus interdum Dominū appellauit Io. 13. Vos vocatis me magister & Dnē & benedicitis, sum etenim, si ergo ego laui pedes vestros Dominus, & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. & tamē istud rarius est, magis autem est quod Deum vocemus patrem. si autem quæratur quid melius sit, vocare Deum patrem, an Dominum, Dicendum quod vtrumque bonum est, sed dicere patrem est maioris affectionis, vocare Dominum est maioris humilitatis, Christus autem non dixit dicendum Dominum, sed patrem, & tamen in hoc non præfixit nobis formam dicendi, quasi nullo alio modo dicere debeamus; si autem dicas Quid ergo est melius vobis dicere. Dicendum, quod illud quisque dicere debet, in quo magis inflammatur ad Deum, quia oratio est id quo in Deum accendimur; id igitur quo nos experimur magis in deuotionem excitari, dicere conueniens est. Vide auctorem super Matth. tom. 5. cap. 21. qu. 194.

Iam non dicam vos seruos &c. Vide auctorem super Leuit. cap. 9. quæst. 12. & super Matth. tom. 1. cap. 3. q. 11. post medium. & tom. 3. cap. 11. quæst. 34.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos &c. Vide auctorem super Epistola D. Hieron. ad Paulinum, cap. 2. in principio circa illud; Vas electionis.

Et posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Quamuis prædicatores sint valdè vtiles Ecclesię Christi, vt docet auctor super 2. Paralip. cap. 17. q. 14. tamen erant magis necessarij apud Israelitas, eo quod tunc erat vnicum templum in toto Israel, &c. Vide super primum Paralip. cap. 26. quæstion. 46.

Et posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Quare prædicatores veteris testamenti dicebantur Prophetæ, & à Christo Domino in nouo vocantur operarij, vel messores, seu seminatores. Vide auctorem super 4. Reg. cap. 3. q. 10. & super Matth. tom. 3. cap. 10. in principio expositionis textus.

Et posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Vtrum sicut Sacerdoti magno in veteri lege conueniebat constituere prædicatores, ita & Christo in nouo testamento conueniens fuerit mittere prædicatores Euangelicos, & qui sunt illi quos mittit Christus, & qui non. Vide auctorē super Matth. tom. 3. cap. 10. quæst. 9.

Et posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Prædicatores veteris testamenti docebant abstinendum esse à vitijs, & virtuosè viuendum, non tamen prædicabunt regnum cęlorum, quia nec lex, nec prophetę illud expresse promittebant obseruatoribus suis. Prædicatoribus verò noui testamenti pręceptum est prædicare regnum cælorum. & in hoc differebant discipuli Christi à prædicatoribus veteris testamenti &c. Vide auctorem super Matthęi. tom. 3. cap. 10. quæst. 55.

Et posui vos vt eatis & fructum afferatis. Prædicatores noui testamenti non solum dicuntur Christi adiutores vt inquit auctor in defens. cap. 26. circa finem, sed maxima excellentia est, esse prædicatorem Christi, vt patet extra de Hereticis, cap. ex iniuncto, & auctor docet super Matth. tom. 3. cap. 10. Qua propter, licet grauiter peccent Iudęi persequentes nostros prædicatores prædicantes in nomine Christi, vt dicitur super Matth. tom. 6. cap. 24. quæst. 77. tamen inter Christianos sepellere prædicatores, & illos persequi, maius peccatum est, quam peccatum sodomorum, Vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 10. quæst. 88.

Et posui vos vt eatis & fructum afferatis. Prædicatores recipere possunt substentationem necessitatis à populo, imo prædicatoribus suis tenentur prouidere populi quibus prædicant ad substentationem, & non ad hoc vt dicensur, quia tunc Euangelium esset propter quæstum, substentatio tamen debet esse propter Euangelium. ideo Apostolus valdè increpat illos qui prædicant ad abundantiam ventris, & diuitiarum, vt colligitur. 1. Cor. 9. & ad Philip. 3. & auctor docet super 4. Reg. cap. 7. q. 4. in fine, & super 3. Reg. cap. 14. qu. 9. dicit auctor quod prædicatores propter ventrem satiandum, vel ad quæstum pecuniarum, non prædicant legem, & crucem Christi, sed potius dehonorant, & sunt inimici eius, vt inquit D. Paulus ad Philip. 3. multi enim ambulāt quod sępe di

cebam

cebam vobis,(nunc autem & flens dico)inimicos crucis Christi. quorum finis interitus, quorum Deus venter est &c,& super Matth.tom.3.cap.10.q.60. dicit quod prędicatores non debent moueri cupiditate ad prædicandum,iuxta illud Matth.10.Gratis accepistis,gratis date Verum tamen est,quod petere possunt eleemosinam ex debito vt habetur 42. dis.c.quiescamus, & sic docet auctor super Matth.tom.3.c.6.q.67.secūdo dicitur quod mercedem dispensationis ęternam accipient prædicatores à Deo. Vide ibidem,cap.10.q.65. multa alia de prædicatoribus vide in communi tabula,verbo Prædicatio & verbo Prædicator.

Vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo det vobis. Vide Dominicā Quintā. Post Pascha,super illa verba,si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis.

EVANG. LVCÆ. X.

P*Ost hac autē designauit Dominus alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam.* Ad esse discipulum requiritur primo quod audiat doctrinam,cum magister,& discipulus sint correlatiua, secundo requiritur quod illi doctrinæ firmiter adhęreat quam audit, credens eam esse veram tertio requiritur aliqua familiaritas. quarto requiritur vocatio specialis,nam esse Christi discipulum,erat gradus quidam excellentiæ, & nemo debebat illum sibi vsurpare,sed qui vocaretur à Deo,ad Heb.5. Nemo sibi indifferenter assumat honorem, sed qui vocatus est à Deo sicut Aaron.& ita legitur de multis Christi discipulis qđ fuerint vocati à Christo quinto requiritur assignatio specialis al cuius officij,vel gradus sic patet hic,vbi habetur, quomodo isti assumebantur ad officium prædicandi, & datur eis tota regula quam obseruare debebant. Vide diffusius apud auctorem super Matth.tom.3.cap.8.qu.60.

Post hac designauit Dominus alios septuaginta duos. Isti manserunt aliquo tempore cum Christo,& postea scandalizari de doctrina eius,& angustijs,recesserunt ab eo, & manserunt solum duodecim Apòstoli, nā quando ipse dixit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem,non habebitis, vitam in vobis, multi discipulorum eius dixerunt,durus est hic sermo, & quis poterit eū audire? Io.6. & subditur ex hoc multi discipulorum eios abierūt retrorsum, & iam cum eo non ambulabant,& apparet quod tunc nemo de septuaginta duobus mansit cum eo sed soli duodecim Apostoli,quod patet quia subditur ibi. dixit autem Iesus ad duodecim. Nunquid & vos vultis abire? & ita apparet quod nemo manebat cum eo nisi duodecim, ideo dixit Nunquid & vos vultis abire? & ita apparet,quod nemo manebat cū eo nisi duodecim,iō dixit, Nunquid, et vos vultis abire.idest,nunquid vultis vos recedere, sicut recesserunt cæteri? & ita fuit vsque ad tempus passionis, quia soli duodecim manebant. Vide auctorem, super Matth.tom.5.cap.19.q.198.circa medium.

Post hac designauit Dominus alios septuaginta duos. Scilicet post Apostolorum institutionem ad prædicandum. Vide auctorem loco citato,cap.10.qu.9.circa principium. & quæstion.18.& quæstion.26.& tom.5.cap.19.quæst. 198.in principio.

Et misit illos binos ante faciem suam. Cum iste numerus binarius laudetur in scriptura, vt patet hic, & Matth. 22.cum dicitur quod in duobus mandatis tota lex pendet,& Prophetę; falsum est & ridiculum illud quod dicunt nonnulli,scilicet quod Deus non benedixit operibus diei secundę quia numerus binarius qui conuenit secundæ dici,infamis est,cum primus recedat ab vnitate. Vide auctorem super Genes. cap.1. quæstion.18. in principio.

Messis quidem multa,operarij autem pauci. Messis erat tota multitudo gentilium,& Iudæorum quibus lex Christi prædicanda erat,hic tamen specialiter accipitur pro Iudæis,quia quando Christus nunc instituit prædicatores ad solos Iudeos misit illos. Vocantur autem messis isti,quibus prędicandum erat, quia a prędicatore, velut à messore colliguntur,sic dicit glo. Messes dicuntur homines,qui possunt meti à prędicatoribus,& de collectione prędictorum separari,vt grana excussā paleis postea in horreis reponantur sic etiam dicit Hiero. Messis multa significat populorum multitudinem; voluit autem Christus sic loqui vt concordaret Ioanni, dixerat enim Ioannes de eo Matth.3.cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam,& congregabit triticum in horream suum, paleas autem comburet igne inextinguibili,& quia messes sunt quæ in area congregantur,locutus est Christus de messibus, Ioannes enim testimonium perhibuerat de Christo,Ioan.1 istud testimonium Christus acceptauit tanquam verum, Ioan.5. Vos misistis ad Ioannem,& testimonium perhibuit veritati,& quia Ioannes multa dixerat de Christo, imitabatur Christus Ioannem in illo modo loquendi,dixerat enim Ioannes de Christo.Ecce qui tollit peccata mundi, & ita Christus dixit, Vt sciatis quia filius hominis potestatem habet dimittendi peccata Dixerat etiam Ioannes.qui habet sponsam,sponsus est, & loquebatur de Christo,ideo Christus dixit, nunquid possunt filij sponsi ieiunare? idest discipuli sui,vocando se sponsum, sic etiam Ioannes dixerat de Christo quod permundaret aream suam.& congregaret triticum,Christus ergo dixit messem esse multā,ista enim erat messis quam ipse in area sua mundaturus erat, & hoc modo loquendi sæpe vtebatur. Vide auctorem super Matth.tom.3.cap. 10.quæst.6.

Rogate ergo Dominum messis. Cum messis sint populi,non est dubium quin Deus sit Dominus messis, quia Domini est terra,& plenitudo eius Psalm.23.& nos sumus populus eius,& oues pascuę eius.Psalm.94. Hic tamen intelligitur de Christo quod ipse erat Dominus messis, quia dixit,ipse, Rogate Dominū messis,vt mittat operarios,& tamen ipse misit illos,sic dicit Chrisost. latenter seipsum Dominū ostendit, ipse enim est qui messis est Dominus.secundo patet,quia ille est Dominus messis, qui congregat eam in area sua, & reponit triticum in horreo suo,Christus autem hoc faciebat,sic dixit Ioan. de eo Matth.3.cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam,& congregabit triticum in horreum suum,totum ergo est suum, & sic ipse est Dominus;operarij quidem congregant messem,in aream, sed non in suam aream.non sunt ergo Domini.tertio patet, quia ipse dixit discipulis Ioan.4. ego misi vos metere, quod non laborasti is.ipse ergo erat Dominus messis, qa mittebat operarios. Vide auctorem super Matth. loco proximè citato.quæst.7.

Vt mittat operarios in messem suam. Quomodo Christus misit discipulos ad messem,quia messis est consummatio rei,& tamen hic res incipiebat,quia destinabat discipulos ad prædicandum, ergo non erat dicendum de messe,sed de seminatione,quæ est primum. Vide loco citato.quæst.8.

Operarij autem pauci. Qui sunt isti operarij, & quomodo sunt pauci,& quod hoc dictum Christi potest dupliciter intelligi. Vide loco citato.qu.9.

Rogate ergo Dominum messis vt mittat operarios in messem suam. Quare Christus dixit, Rogate Dominum messis vt mittat operarios,quia cum ipse sit Dominus messis, & intendat operarios mittere, non videtur ad quid sit opus vt eum super hoc oremus. Vide loco citato.q.10.

Rogate ergo Dominum messis,&c. An Apostoli orauerunt quod mitterentur operarij ad messem, vbi ostenditur quod Ecclesia est mater nostra,pro qua quilibet tenetur orare. Vide ibid.quæst.11.

Ite,ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Poterat Christus dicere discipulis. Ecce vaditis sicut agni inter lupos sed dixit,ego mitto vos.propter duo.primo propter confidentiam,nam prædicabat eis multa mala futura, in quibus volebat eos confidere,ideo dixit, ecce ego mitto vos; secundo fuit ad ostensionem præmii. Vide diffusè super Matth.tom.3.cap.10.qu.91.

Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Quomodo dicitur hic,ego mitto vos sicut,agnos, quia Matth.10.dicitur ego mitto vos sicut oues? Dici potest vno modo, quod vtrumque Christus dixit ad magis exprimendū.

sicut

ficut sępe Scriptura facit. sic dicitur Isa. 53. sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, quod fit ad exaggerationem sententiæ, & neuter expressit ambo, sed Matthæus oues, & Lucas agnos. secundo potest dici quod Christus alterum eorum dixit, quia tamen Euangelistę vt ait Augustinus non attendunt principaliter ad verba, sed ad verborum sensum, cum possit manere eadem sententia verbis mutatis, interdum omittunt quædam verba Christi, alia ęquiualentia in significatione ponentes, & quia Christus voluit significare quod mittebat Apostolos, & discipulos inermes, nulli vim inferre potentes, & à quolibet faciliter passuros, potuit nominare oues, vel agnos, quia vtrumque est valdè innocens, sine mutatione patiens. Isa. 53. nō ergo differt, dici agnos, vel oues, quid autem eorum Christus dixerit, etiam non differt, cum sit eadem sententia, nos tamen nescimus, quod illorum dixerit, sed non est in hoc nobis sollicitudo, quia satis est Christi sententiam scire, etiam si verba ignoremus. Vide loco citato qu. 92.

Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Christus vocauit discipulos agnos, & dixit se mittere eos sicut agnos inter lupos, primo ad ostendendum conditionem ipsorū, quia agnus malum patitur, sed non infert, ita prædicator nulli malum inferre debet, sed aliorum infirmitates tolerare, & ad eorum sanitatem conari. sic dicit Greg. in homilia, qui enim locum prædicationis suscipit mala inferre non debet, vt ex ipsa sua mansuetudine iram sęuientium mitiget, & peccatorum vulnera in alijs ipse afflictionibus vulneratus sanet. secundo fuit ad ostendendū formā patiētię patientia. o. docet in aduersis nō murmurare quod ad agnos maximè pertinet, quia cum occiduntur, non clamant. tertio fuit ad ostendendum conditionem Prælati, ad prælatum autem pertinet patienter se habere ad subditos, vt nō sit tanquam Dominus &c. quarto fuit ad ostendendum potestatem suam, quia licet discipuli Christi essent sicut agni inter lupos, non sunt tamen à lupis consumpti, sed potius ipsos lupos in agnos verterunt, vnde non dixit Christus. Mitto vos sicut agnos ad lupos, idest adhoc quod deuorent vos lupi sed sicut agnos in medio luporum, idest vt maneatis inter eos, quia licet agni sitis, inter eos manebitis, & ipsi non lacerabunt vos, sed vos eos in agnos cōuertetis. &c. De lupis autem dicendum est, quod isti erant omnes qui more luporum discipulos Christi persecuturi erant &c. Vide loco citato. qu. 93.

Nolite portare sacculum, neque peram. Pera est repositoriū in quo portatur aliquid in via, scilicet sacculus, licet aliquo modo differant, & in hoc Christus docet discipulos confidere de sua prouidentia, in pera enim, & in sacculo portatur panis vel aliquid cibi necessarij ad viam, Christus autem vetuit cibos istos portare, & etiam panem, quia Matt. 6. & Luc. 9. dicitur. Non peram, nec panem, & sic confidere oportebat quod Deus prouideret eis, quandocunque indigerent, cum non liceret eis reponere sibi aliqua ad necessitatem. Vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 10. quæstion. 60. circa illud. Non peram in via.

Et neminem per viam salutaueritis. Est ne dicendum quod salutatio non sit actus Charitatis, quia actus Charitatis maximè conueniunt viris perfectis, & tamen salutare prohibetur hic Apostolis qui erant in statu perfectissimo? Item quia 4. Reg. 4. Elisæus prohibuit Giezi puero suo dicens, si occurrerit tibi homo, non salutes eum, & si te salutauerit quispiam, non respondeas. ergo non est actus Charitatis salutare. sed nihilominus dicendum est, quod salutare pertinet ad Charitatem, quia est vnū de signis Charitatis, sicut bene facere, & orare, & ideo sicut Christus instruxit nos, & monuit inimicis bene facere, & orare pro eis, ita etiā instruit nos vt salutemus eos dicens. si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facietis? Matth. 5. idest quid facitis plusquam peccatores? quasi dicat nihil. quia etiam ipsi salutant fratres suos, ideo concludit quod debeamus salutare tam amicos, quam inimicos, cum ait. Estote perfecti sicut pater vester Cælestis. idest, sicut ille facit oriri solem suum super bonos & malos, ita & vos salutate amicos, & inimicos, pertinet igitur salutare ad Charitatem. Dicendum tamen, quod salutare in se non est actus Charitatis, quia non est aliquod bonum, sed solum est signum Charitatis, vel amicitiæ, nam per salutationem salutem alicuius precamur, & ostendimus quod illam in corde desideremus, desiderare autem salutem proximi actus charitatis est, in voce autem illam imprecari potest fieri interdum ex corde, & interdum fictè, ideo nō est salutare semper actus charitatis, ideo inter signa dilectionis nullum est minus necessarium quam istud. Vnum autem est, propter quod est necessarium, scilicet humana consuetudo, nam homines tantum assueti sunt ad salutandum occurrentes sibi, quod qui non salutat alium occurrentem sibi, nisi sit incognitus, vel multum inæqualis in statu, putabitur contemnere illum, vel esse inimicus eius, ideo salutatio est aliquo modo necessaria, non propter seipsam, sed propter scādalum tollendum, scilicet vt non putetur quis inimicus alterius, aut eum contemnens, in ostra tamen propter scandalum vitandū facienda sunt, quæ alias non erant necessaria, quia magna pęna est scandalizantis proximum, Matth. 18. Ad obiectiones autem respondetur, quod salutare erat licitum Apostolis, immo necessarium, quia Christus dixerat eis in quancunque domum intraueritis, primum dicite pax huic domui hic in textu, & ipsi vtebantur val de salutatione, tā in scriptis, quam in verbo, de scriptis, patet, quia Apostolus in omnibus Epistolis suis in fine salutat eos quibus scribit, etiam iubet, quod ipsi sibi inuicem salutent. Ad Rom. 16. vbi dicit sępè. salutate tales, & tales, & ista salutatio verbaliter fieri debebat. Patet etiam quia si ista salutatio non esset assueta, & quasi debita, non priuarentur homines illa in pęnam, & tamē quidam priuantur ea, scilicet qui excommunicantur, & potissimè hęretici, sic patet 2. Ioan. vnico. si quis venit ad vos; & hanc doctrinam non affert, (scilicet catholicam) nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue communicat operibus eius malignis. erat ergo salutatio quasi de necessitate, & ista salutatio fiebat aliquando cum solemnitate quadam, scilicet cum osculo inter Christianos, ad ostendendum valdè Charitatem 1. Cor. 16. salutant vos omnes fratres; salutate, inuicem in osculo Sancto, & ita erat grata ista salutatio, inter viros bonos in Ecclesia primitiua, quod quando Paulus scribebat alicui, salutabat eū ex nomine omnium fidelium cum quibus ipse cōuersabatur, quia omnes volebant quemlibet salutare, eod. cap. scilicet. salutant vos omnes Ecclesiæ Asiæ. Dicendum ergo quod Christus non vetuit Apostolis simpliciter, salutare sed solum salutare in via dicit enim.

Neminem per viam salutaueritis. Et tamen immediatè iussit quod in quancunque domum intrarent, salutarent eos qui ibi erant, dicentes. Pax huic domui. Causa autē quare in via neminem debebant salutare, sed in domo, secundum quosdam fuit, quia salutare est saluum dicere, nemo tamen in via saluus est, ideo non licet alicui dicere hoc, nisi sit certificatus per diuinam reuelationem de salute illius quem salutat; sic refert Nicolaus quosdā dicere hic, Alia causa redditur secundum Greg. in quadam homilia super Lucā, scilicet, Qui in via salutat ex occasione salutat, & non ex desiderio salutis eius cui occurrit, quia ille incognitus fortassis sibi est, & non desiderat ei bonum ex animo, quia nescit an fortè ille sit talis, cui aliquod bonum optandum sit, & maximè in uoce, sed ex sola occasione salutatio fit, scilicet quia accidit istum illi occurrere, viri autē perfecti nihil debēt facere aut dicere, ex occasione, sed ex veritate cordis, ideo vetitum erat discipulis salutare quenquam in via. Ista causa est satis conueniens, & tuoc concordat, quod in domo salutare debebant, quia in domo mansuri erant cum eis qui ibi habitabant, comedentes, & bibentes, quæ apud illos erant, & ibi aliquanto tempore mansuri erāt quia Christus iusserat quod non discurrerent de domo in domum, sed quod quādiu mansuri essent in ipsa vrbe, manerent in illa domo, qui autem communicant intra eandem domum diligunt seipsos naturaliter, quia eodem

cibo

cibo pascuntur, & sic inter istos conuenienter potest fieri salutatio, quia ex corde talibus bona optanda sunt. sed præcedēs prima positio non stat, quia si non est salutandum, ne quis asseratur saluus dum in via est, etiam non liceret salutare in domo, quia qui in domo sunt in via sunt nam vsque ad mortē in via sumus, & de salute nostra dubii sumus. Alia causa est, & magis conueniens q̄ duæ præcedētes. scilicet, Christus fecit hoc, vt non daret occasionem Apostolis a suo proposito, & opere diuagandi sed cito facere, quia Christus imposuerat eis onus p̄dicandi toti sæculo, quod erat opus multorum dierum, & laborum, ipsi vero pauci erant. & non habebant longum tempus, ad hoc ministerium implendum, vnde Christus innuit quod maius erat opus quam facultas operariorum, dicens Messis quidem multa est, operarii verò pauci oportebat ergo quod in hoc paruo tempore sibi concesso ad operandum, operarētur solicite, ne opere inexpleto tempus finiretur, & ad hoc voluit quod nō occuparentur circa alia, sed solum in hoc si tamen salutarent in via occurrentes sibi, haberent occasionem ex verbis ad diuagandum, à proposito suo, quia forte ex salutatione in via inciperet noua conuersatio cum illis quod salutabant, & sic forte illi facerent eos diuertere ad alia loca ad quæ ipsi non intendebant, vel maiori tempore circa aliqua occupari, quam alias occupandi erant, ideo neminem salutare debebant in via. In domo autem salutatio erat necessaria ad principium cognitionis cū hospitium quærerent, quod nō poterat haberi, si non loquerentur, ideo debebant salutare eū intrarent domum. Quod autem hæc esset causa patet ex simili de Giezi, cui cum iuberet Elisæus ire festinum, iussit quod neminem salutaret & etiam non responderet salutatus Vide auctorem diffusius super Matt. tom. 2. cap. 5. quæst. vltima. Vide etiam tom. 6. cap. 23. q. 50. & quæst. 52. in principio. & sup. Ruth, cap. 2. q. 7. circa principium, & sup. 4. Reg. cap. 4. q. 46.

In quamcunque domum intraueritis primum dicite pax huic domui. Quare Apostoli intrantes domum salutare debebant non autem in via, causa erat, quia Christus volebat dare gratiam in verbis Apostolorum, ita quod mox vt ipsi hospitium peterent, concederentur eis omnia gratis, nisi forte ille a quo peterent indignus esset, vt apud eum aliquis Apostolorum maneret, quod innuitur hic cū dicitur. Dicite pax huic domui, & si fuerit ibi filius pacis, requiescet super illum pax vestra, erat ergo adhoc necessaria salutatio eorū, vt per hanc immutaretur cor illius cui loquerentur ad concedendum hospitium, si dignus esset tali societate. simile fuit de Hebræis, petentib. vestes, & vasa aurea, & argētea ab Ægyptiis, nam dedit Deus gratiam in verbis eorum, & quidquid petebāt dabant eis, Exod. 3. & 11. & hæc est vera causa quare Christus vetuit salutare in via, & iussit salutare in domo. & Eam etiam tenet Nicolaus. Vide loco proxime citato in calce quæstionis.

In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui. Iussit Christus discipulis salutare domum in quam intrarēt, primo ex vrbanitate, quia homines in exordiis verborum suorum maxime ad ignotos, salutatione vtuntur, vt imprecatio bonorum quæ per salutationem fit, sit eis locutionis initium, iudicatur autem rudis, & indoctus, qui salutatione non vtitur secundo qa inter homines cum sit salutatio quasi iam necessaria ex consuetudine in locutionis exordiis instruxit Christus Apostolos, vt ipsi præuenirent alios salutando, quia virtutis est prius honorem impendere, quam recipere, ad Rom. 12. honore vos inuicem præuenientes, idest quilibet nitatur prius honorare alterum, quam honoretur ab eo, sic dicit Chrisost. Instruit eos Dominus quod nō expectent ab aliis præsalutari, quia docebant, sed antecedere salutatione alios honorando tertio fuit ad eligendum hospitium, quia salutatio erat exordium loquendi cum hospite quem eligere intendebant, & erat honestius vt non viderentur ipsi se ingerere petendo, sed quando salutarent dicentes Pax huic Domui hospites reciperent eos rogando ipsos vt intrarent in domum. Sic dicit Remigius quarto, & principaliter fuit, quia ista salutatio erat signum certum ad eligendum hospitem, volebat enim Christus quod Apostoli manerent apud dignos hospites, vt nullis nisi dignis hoc beneficium præstaretur modus autem cognoscendi erat per salutationem, quia si digni erant, mox vt salutarentur recipiebant Apostolos, cum gaudio, quia Deus mouebat corda eorū ad hoc, si autem essent indigni turbabantur corda sua, & recipere eos nolebant & c. Vide auctorem sup. Matth. tom. 3. cap. 10. quæst. 74.

Primum dicite, pax huic domui. Iussit Christus discipulis tali vti salutatione circa hospites, quia forte apud Hebræos, & Syros inter quos manebant modo discipuli, erat iste modus salutationis. Sic innuit Hierony super Matthæum secundo quia nullus modus salutationis videtur plura bona comprehendere nam omnis salutatio est bonorum imprecatio, & tamen in hac salutatione plurima clauduntur, quia pax est tranquilitas ordinis vt dicit Aug. 19. de ciuitate Dei, nullum autem bonum deest. vbi tranquillitas ordinis manet, est quilibet homo in beatitudinē ordinatus, si autem tranquillitas ordinis manet necesse est illuc peruenire, cum nihil impediat ordinem si tranquillitas est, desiderat etiam homo tēporalē quietem, & ordinat se ad illam si autē impediat eam, necesse est illā nō cōsequi, ergo vel illam habebit, vel pacem non habet, sic etiam in actibus omnium potentiarum cuiuscunq; generis quia quælibet earum ordinatur in suum actum, & obiectum, perfectiori modo quo fieri potest secundum naturam suam, si ergo nō impediuntur homines habebunt perfectionem illam q̄ desiderant, si autem habere impediuntur, iā non est pax cum non sit tranquillitas ordinis Idem est de rebus separatis habentibus inter se aliquam habitudinem sicut est de toto vniuerso & maxime de corporibus excellentissimis naturæ, nam in istis est pax sic dicitur Iob 25. qui facit concordiam in sublimibus suis, idest Deus ponit cōcordiam, & ordinem nunquam impeditum inter oēs res naturæ, & maxime inter sublimia, a quibus potius dependet totus status naturæ. idem est in communicationibus humanis, vbi est aliqua habitudo partiū, quia ibi est ordo & pax, & generaliter cum homo appetit oē bonum cuiuscunque generis possibile sibi aduenire, necesse est, quod illud consequatur, vel impediatur, si consequitur perfectus est, si impeditur iam non habet pacē & sic necesse est, quod si fuerit omnimoda pax, sit omne bonum, nihil ergo melius potest quid alteri imprecari quam pacem, tertio quia Christus ista salutatione vtebatur, nam quando venit ad discipulos post resurrectionē dixit eis pax vobis Ioan. 20. & quandocunque apparebat eis, discipuli ergo debuerunt etiam ista salutatione vti, maxime quia Christus cōmendauit ipsis valde istā pacem. Ioan. 14 pacem relinquo vobis, pacem meā do vobis. quarto quia istud conueniebat ad petendum hospitium, nam per ista verba significatur tota inquisitio de hospite &c. Vide auctorem loco citato, qu. 75. Vide etiam auctorem super Ruth, cap. 2. q. 7. circa principiū, & sup. Matth. tom. 2. cap. 5. q. vltima circa medium, & paulo inferius, & tom. 3. cap. 10. quæst. 70.

Et si ibi fuerit filius pacis. Loco huius, dicitur Matth. 10. & siquidem fuerit domus digna, hic autem dicitur.

Si ibi fuerit filius pacis. Idest si pater familias fuerit pacis, i. ad pacem pertinens, & dignus recipere illam: & dicitur de illo, quia domus iudicatur secundum conditionē patris familias, cum reliqui ad ipsum pertineant, si enim ipse fuerit bonus, etiam si alii sint mali, domus iudicatur digna, si vero ipse malus est etiam si alii boni sint, domus indigna est, & non est ibi filius pacis. Vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 10. quæst. 63. circa illud: & siquidem fuerit domus digna.

Requiescet super illum pax vestra. Hoc significantius dicitur, quam id quod dicitur Matth. cap. 10. scilicet, veniet pax vestra super eam quia requies est quædam longa, & inturbata permansio, & sic innuitur quod si reciperētur Apostoli in domo vbi quis dignus esset, pax illa quā imprecabantur, non solum maneret ibi eis manentibus, sed etiam post recessum eorum benefaceret Deus domui illi propter eos. Vide loco proxime citato, circa il-

lud

lud. Veniet pax vestra super eam.

Sin autem ad vos reuertetur. Quomodo intelligatur, quod si non fuerit ibi filius pacis, pax reuertetur ad discipulos ipsos. vide loco citato, q. 77.

In eadem autem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos sunt. Vide auctorem sup. Matth. tom. 3. ca. 10. q. 67. & tom. 5. cap. 18. q. 24 & tom. 3. cap. 10. q. 141.

Dignus est enim operarius mercede sua. Nō considerabat Christus, nec volebat discipulos suos recipere quantum digni essent, per hoc quod laborabant, sed solū quid esset dignū eos recipere vt laborare possent, & sic non taxabatur aliqd de pcio laboris sui, & hoc patet quia Matt. 10. dicit Christus dignus est operarius cibo suo, nam ad hoc quod operarius posset laborare, non requiritur nisi quod dētur ei necessaria ad vitam, si tamen ad merita laborum suorum attendatur, etiam vltra quotidianas necessitates meretur aliquid quod lucrum dicitur, sic dicit Augu. Non est venale Euangelium, vt pro temporalibus prædicetur, si enim sic vendunt magnam rem, vili vendunt, accipiant ergo prædicatores sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Deo, non enim a populo redditur quasi merces illis qui sibi in charitate Euangelii seruiunt, sed tanquā stipendium datur quo vt possint laborare pascātur si officiatur, quia hic dicitur.

Dignus est operarius mercede sua. Et tamen merces dicit præcium æquiualens labori ergo. Respondetur, quod non erat proprie merces hic, quod dabatur Apostolis, & datur prædicatoribus, sed magis est cibus, idest substentatio, & ideo melius dicitur Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo, in quo sola sustentatio designatur, & non taxatio, vel æquiualentia laborum vtrunque tamen conueniens fuit dici, quia Christus voluit ostēdere duo, discipulis, scilicet quid accipere deberent ab audientibus, & quod illud non mendicando sed ex debito acciperent, primum ostēditur cum dicitur, Dignus est operarius cibo suo, idest nihil debet recipere operarius Euangelicus, nisi cibum, idest necessaria ad vitam secundum cum dicitur hic.

Mercede sua. Quia merces a merito dicitur, si ergo meritum est, debitum est, & ita cibus est debitus prædicatori, & ille est merces sua qua dignus est non quidem quia laborauit, vel quia multum aut paucū laborauit, vel laborando multum aut parum profuit, sed dignus est hac mercede, vt sustentari valeat ad hoc quod laborare possit &c. vide auctorem sup. Matth. tom. 3. cap. 10. q. 65.

Nolite transire de domo in domum. Idest non mutetis hospitia. Sic dicit auctor super Matth. loco citato, q. 70. in fine. Quare autem Christus iussit discipulis non mutare hospitia. vide ibi. q. 71. similiter an discipulis liceret mutare hospitia, si inuitarētur, retento priori hospitio. vide ibi. q. 72.

Et in quamcunque ciuitatem intraueritis & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis &c. Exponunt aliqui, qđ intelligitur, quod nunquā exirent de illa domo in qua manebant, sed ibi prædicarent, & cibum sumerent, &c. sed hoc non est verum quia sic facerent contra Christi mandatum, prædicantes in occulto, & propter multas alias rationes quæ offeruntur ab auctore, sed intelligitur de ciuitate, & non de domo, quod patet, quia dicitur.

In quamcunque ciuitatem intraueritis & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis. patet etiam, quia sequitur,

Et curate infirmos qui in illa sunt. Et tamen non solum curabant infirmos illius domus, in qua hospitabantur, sed et omnes qui offerebantur eis, non ergo prædicabant in domo, sed in plateis, &c. Vide auctorem super. Matt. tom. 3, cap. 10. quæst. 70.

EVANG. MATTH. X.

Ecce ego mitto vos. Idest confidite licet mala passuri sitis, quia ego sum qui mitto vos, & quicquid toleratis, pro me toleratis, qui possum vobis retribuere sufficienter. vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 10. post q. 89. circa illud. Ecce ego mitto vos.

Sicut oues in medio luporum. Ostendit modum mittendi, scilicet, nō mitto vos in potestate armorum, vt violenter possitis subiicere gentes doctrinę vestræ, sicut Nabuchodonosor Rex Assyriorū misit Holofernē, principē militiæ suæ vt omnes gentes sibi subiiceret, & Deos earum destrueret vt ipse solus in Deum haberi posset, Iudith 3. cap. sed mitto vos sicut oues inter lupos, idest nulli nocituros, nec nocere potentes, sed tales vos mitto, vt possitis a quolibet iniuriam pati; Vocat autem Christus lupos omnes illos, qui persecuturi erant Apostolos prædicantes, & specialiter intelligitur de Pharisæis, & peritis Iudæorū, qui primi fuerunt persequentes Apostolos vt dicit Hieronymus. Vide loco citato, super hæc verba.

Sicut oues in medio luporum Quare dixit Christus Apostolos esse oues, & quod mittebat eos sicut oues in medio luporū vbi & ostenditur qualis esse debeat cōditio Prælati in subditos. vide sup. Matt. loco citato, q. 93.

Estote ergo prudentes sicut serpentes. Erat ista prudētia in multis habenda primo in hoc quod custodirent se ab eis quæ poterant sibi nocere inquantum possent, sine præiudicio nominis Christi, secundo quantum ad fugam, debet enim prædicator verbi Dei prudēter aspicere an quis vellet verbum Dei audire, vel omnes repellunt eum, & persequātur tertio ad respondendum aduersantibus, quia interdū Apostoli per quasdam humanas cautelas respondebant, ut se liberarent de persecutione quarto erat prudētia necessaria vt caute attenderent ne quis eos seduceret verbis, aut promissis vt cessarent a prædicatione nominis Christi. Vide diffusius apud auctorem loco citato, q. 94.

Estote ergo prudentes sicut serpentes. In serpentibus, & in brutis quibuscunque prudentia nulla est, sed dicuntur quędā bruta large habere prudentiā inquantum imitantur hominem in quibusdam operibus prudentiæ, & hoc modo dixit Christus prudentiam esse in brutis, & quia in serpente inuenitur aliquid astutiæ posuit de eo exemplum. Ratio huius est, primo quia licet sit multiplex modus prudentię in brutis, Christus voluit quod Apostoli imitarentur serpentis prudentiā est. n. prudentia eius nolle audire incantatorem, quia timet quod verba illius sibi mala sint, ita Apostoli debebant esse prudentes, ut audire nollent eloquia mala, secundo fuit, quia serpens totum corpus exponit vt caput custodiat, in quo vita est, & nos pro Christo qui est caput nostrum, debemus omnia exponere tertio propter similitudinem in exuendo pellem quod omni prędicatori conuenit, sic dixit Rabanus. solet serpens eligere strictas rimas per quas transiens, ueterem pellem exuat, similiter prędicator transiens per angustam viam ueterem hominem omnino deponat, quarto vt discipuli Christi e contra facerent quam serpens fecerat vt sicut per prudentiā serpentis homo deceptus est, Genes. 3. ita per prudentiam istorum homo liberaretur. vide diffusius loco citato. q. 95.

Et simplices sicut columbæ. Simplicitas solet accipi pro ignorantia, vel rusticitate, & ita non accipitur hic, sed accipitur proprie simplicitas, idest sine dolo, quia simplex dicitur sine plica, idest non ambulans duplici corde. vide diffusius loco citato. q. 96.

Cauete aūt ab hominibus, Tradent enim vos in Conciliis &c. Christus denunciat Apostolis mala quæ passuri sunt propter multa, primo ad ostendendum prouidentiam suam, & rerum præscientiam, secundo vt per hoc nemo crederet q̄ pp Christi insufficiētiam ista mala Apostolis euenirent, quia cum ipse ea præuideret, poterat illa excusare si vellet. tertio fuit vt Apostoli non turbarentur, & admirarentur quando ista mala eis aduenirent quasi inopinatis quarto vt mala quæ euenirent facilius tolerarentur, nam minus iacula feriunt, quę preuidentur. vide diffusius loco citato, quæst. 90.

Cauete autem ab hominibus. De omnibus hominibus intelligitur, quibus prædicaturi erant Apostoli, quia non debebant confidere bonis verbis eorum, sed diligenter cauere, quia multæ fraudes latent, sic dicitur de Christo Io. 2. qđ non se credebat eis, eo quod ipse nosset omnes, a fortiori ergo, qui non nouit cor alterius non se debet committere fidei eius. intelligitur tamen specialiter de Pharisæis, & scribis de quibus nunc loquitur, quia ab illis propter fraudes suas cauendum erat. Vide auctorem loco citato, post q. 89. circa hæc verba.

Tradent enim vos in Conciliis. Sępe enim Apostoli fuerunt deducti coram Concilio, & multitudine aliquarum vrbium, vt inhiberetur eis prædicatio nominis Christi, &

maxime

I N D E X.

maxime ioter Iudæos,vt patet Actu. 4. vbi principes populi Petro & Ioanni mandauerunt non prædicare in nomine Christi,sed illi noluerunt. vide loco proxime citato, super hæc verba.

Et in synagogis suis flagellabunt vos. Hoc et factum est apud Iudæos nam cum prædicarent Apostoli Christum flagellauerunt eos,iubentes vltra non prædicare, Actuum 5. & ita sæpe factum est,iam inter Iudæos quam inter gentiles, sed maxime intelligitur,de Iudæis,quia dicitur.

In Synagogis suis. Apud Iudæos autem dicitur synagoga ipsa multitudo quam Græci Ecclesiam, nos vero concionem vel multitudinis congregationem appellamus,& loquitur Christus primo de Iudæis, quia ab illis Apostoli prima mala passi sunt. Vide loco citato, super hæc verba.

Et ad præsides & ad reges ducemini. Qui erāt isti reges & præsides,ad quos ducebantur Apostoli,& a quibus ducebantur ad illos. Vide loco citato.q.99.

Et ad præsides, & ad Reges ducemini. Scilicet non solum in Synagogis,& conciliis Iudæorum flagellandi erāt Apostoli, sed etiam ad reges ducendi erant,& isti erant gētiles, quia Iudæi nullum regem habebant. Præsides autem sunt principes Prouinciarum,a præsidendo dicti,& isti constituebātur a Romanis in diuersis Prouinciis,vt illos regerent, corā quibus Apostoli sæpe ducti sunt,& ab eis ad mortem dānati. vide loco citato post q 96. super hæc verba.

Propter me. Scilicet quia fidem Christi prædicabant, nā nulla delicta committebant contra legem aut societatem humanam propter quæ punirentur, sed solum quia Christum prædicabant. Vide loco proxime citato super hæc verba.

In testimonium illis. Quid erat testimonium hoc. Vide loco citato quæst. 100.

In testimonium illis & gentibus. Idest Iudæis, & gentibus corā quibus ducemini, nisi quod ducamini ad reges & præsides erit in testimonium contra Iudæos,& gentiles, quod prædicaueritis,& non crediderint. vide ibi,sup. hęc verba.

Cum autem tradent vos. Hic confortat Apostolos promittens illis assistentiam suam quando ducentur ad confessionem nominis sui coram regibus,scilicet cum tradent vos, idest uinctos cathenis,deducent coram iudicibus. vide ibi super hæc verba.

Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Christus concessit Apostolis hoc priuilegium,quod non cogitantibus eis, responsio occurreret sibi ad omnia, primo propter timorē tollendum secundo propter necessitatem imperitiæ eorū. tertio erat ad ostensionem diuinæ virtutis. Vide diffusius loco citato, q.97.

Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Non solum prohibetur Apostolis ne turbentur, sed etiam vetatur cogitare quid respondeant. Vnde falsum est quod dicunt aliqui qđ Apostolis non vetabatur prouidere sibi respōsionem, si haberent tempus cogitandi quid responderent, sed solum aufertur eis turbatio, scilicet, quod si tempus non habuerint non turbentur propter hoc, quia ipse dabit illis quid respōdeant. vide diffusius ibi, q.98.

Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. An Apostoli priusquam prædicarent cogitarēt quid dicturi essent,& ꝙ ista litera solum intelligatur, quando ducerentur ad principes, quorum conspectus, & timor etiam sapientes reddit mutos. vide ibi, q.101.

Nolite cogitare &c. Dabitur enim vobis &c. An Deus reuelet nobis quid prædicaturi sumus, sicut Apostolis faciebat, & an reuelet nobis quid dicturi sumus cum per ipso ante reges ducimur,& quod contemporanei Apostolorum qui fidem prædicauerunt, non habuerunt scientiam ex reuelatione, sed ex doctrina,& studio. vide ibi. q.102.

Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Quomodo dicitur hic quod non cogitarent Apostoli quomodo responderent, cum dicitur 1. Petri. 3. Parati semper ad satisfactionē omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est fide, & spe nam ibi innuitur quod deberent esse attenti,& cogitantes quomodo respōderent ad omnia quæsita de fide & spe. vide ibi. q. 103.

Non enim vos estis qui loquamini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Q'o est verum quod Spiritus sanctus loqueretur in Apostolis,& quod spiritus potest loqui in animali tripliciter,& ad quid sit locutio. vide ibi. q. 104.

Tradet autem frater fratrem in mortem. Idest accusabit eum ad mortem ante pręsides quod Christianus sit. Vide ibi post q. 114. super hæc verba.

Et pater filium. Ista erat durissima persecutio, quia pater qui maxime diligit filium, accusabat eum ad mortem, sicut beatum Crisantum accusauit pater eius Polemius,& interdum ipsi patres occidebant filios, sicut fuit de beata Christina,& de aliis. Vide ibi. super hæc verba.

Et insurgent filij in parentes, & morte eos afficient. Istud erat maxime contra debitum naturę quia filii tenentur parentibus ita vt nunquam possint sufficienter retribuere Ethic. 8. cap. vltimo & tamen hic accusabant eos ad mortem sicut Luciam consortem Geminiani, accusauit filius eius ad mortem quod Christiana esset. Vide ibi. super hæc verba.

Et insurgent filij in parentes &c. Hęc tanta tribulatio vt filii insurgerent in parentes et ė contrario, erat propter multa. primo quia licet gentiles errarent in multitudinem. Deorum, putabant, quod cultus eorum, erat salus ipsorum, & per eos stabat respublica,& contemptus cultus ipsorū credebatur multas calamitates inducere reipublicæ, ideo insurgebant filii in parentes,& parentes in filios, tanquam in destructores Religionis, per quā hactenus orbis, & vrbes steterunt, secundo erat, quia persequentes Christianos putabant se bene agere, quia Zelo deitatis agebant. tertio erat quia Christus permittebat illud ad gloriam doctrinæ suæ vt magis sine scrupulo veritas, & sanctitas eius videretur, cum per tot tribulationes plantaretur in orbe, inuitis regibus,& principibus terrarum, vt appareret quod non p hominum fauorem, sed per Dei virtutem introducebatur. vide diffusius ibi, q. 105.

Et insurgent &c. Christus prædixit Apostolis hanc tribulationem futuram, eadem causa qua cæteras prædixerat. primo vt videretur quod ipse ista pręsciebat,& poterat declinare, sed nolebat, quia sic melius erat fieri, secundo ut cauerent specialiter Apostoli, quia crederent ipsi, quod licet aliquæ tribulationes insurgerent, essent de solitis, quod tamē filii in parentes,& parentes in filios insurgerent, a sæculis inauditum erat,& sic non cauerent, ideo docuit eos, vt etiā a filiis,& parentibus cauerent, quia illi eos traderent. tertio fuit ad consolandum specialiter in persecutione, ista quæ magis affligeret credentes in eum, quam persecutio ab extraneis facta, quarto, vt ostenderetur etiam futuris sęculis quanta sit puritas, & bonitas doctrinæ Christi, quæ cū tanto rigore in orbem introducta est, ut filii in parentes,& parentes in filios ad extirpationem ipsius insurgerent, qđ facere nequiuerūt, sed potius toto orbe renitente introducta est. vide ibi. q. 106.

Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. In omni enim regione fuerunt Christiani a principio odiosi, & ideo fuit difficile introducere fidem Christi,& dicitur.

Propter nomen meum. Idest pro confessione nominis Christi, nam nulla mala Christiani faciebant propter quæ paterētur, sed propter istā confessionem patiebātur sic D. Petrus hortatur. 1. Pet. 4. Nemo vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienorum appetitor, si autē vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum isto nomine. idest quia occiditur vt Christianus, ita faciebant Apostoli, Actu. 5. scilicet Ibant Apostoli gaudentes, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. vide loco citato, post q. 104. super hęc verba.

Et eritis odio omnibus hominibus. Dixit hoc Christus primo ad ostendendum virtutem diuinam vt nihil humanitus factum videatur in introductione legis Christi, quia illud per homines fit, quod fauore hominum fit, qui autem alicui odiosus est, nullum in eo fauorem habet, sed professores nominis Christi erant propter hoc omnibus odiosi, ergo non introducebatur fides Christi fauore hominum, sed eis renitentibus secundo erat, quia putabāt homines quod Christiani destruebant illum cultū per quem status humanus conseruabatur,& quia apud oēs homines erat aliquis cultus, cui repugnabat Christi doctrina, necesse erat, quod Christiani omnibus hominibus essent odiosi, vnde dicit Chris. quod eos tanquam communes orbis terrarum hostes de orbe expellere tentabāt. & ista fuit causa potissima generalis odii contra Christianos tertio fuit, quia Diabolus concitabat valde omnes homines, contra Christianos,

videbat

videbat enim per Christi doctrinam cultum suum in toto orbe destrui. quarto erat, quia generale est, quod homines diuersæ fidei raro sibi in uera dilectione copulētur, sed mutuo aduersantur. sic dicit Hierony. hoc autem in persecutionibus crebro videmus, nec ullus est inter eos fidus affectus quorum diuersa est fides, erant ergo Christiani omnibus hominibus odiosi, quia diuersa ab omnibus religio eis erat, & satis necesse erat, quia Christiani erant odiosi cognatis suis, cum filii insurgerent in patres, & e contrario, & etiam extraneis, & tamen nemo erat nisi aut cognatus eorum, aut extraneus, ergo omnibus hominibus odiosi erant. Vide auctorem loco citato. q. 107.

Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Idest qui perseuerauerit usq; ad mortem in cōfessione nominis Christi, hic saluus erit, habendo vitam æternam. Hoc dicitur, quia propter magnitudinem tribulationū quas Christus prædixerat, aliqui forte inciperent, & non perseuerarent, admonet ergo perseuerare, dicens, quod si non perseuerauerint, nihil prodest, quia omnia hæc tolerantur pro uita æterna, sed illam nemo habebit, nisi perseuerans. Vide auctorem loco citato, post q. 114. in fine textus, super hæc verba.

EVANG. MATTH. XIX.

Dixit Petrus ad Iesum Ecce nos reliquimus omnia &c. Petrus interrogauit modo specialiter Christum, non qui dem quasi occurreret aliquid speciale sibi, de quo interrogare ad ipsum solum attineret, quia nomine omniū interrogauit, sed quia Petrus audacior erat, siue confidentior apud Christum, ideo potius quam cæteri loquebatur secū do quia fortassis videbat se constitutum in maiori honore apud Christum, quam cæteri essent, & ita ut maior, & repræsentans personam omnium, pro omnibus loquitur, & ob hoc non solum nemine pulsante ipse pro omnibus petebat, sed etiam quęsito aliquo dubio ab omnibus, respondebat Petrus pro omnibus, sicut Matth. 16. ca. cum Christus dixit ad omnes discipulos. Vos autem quem me esse dicitis? ait solus Petrus. Tu es Christus filius Dei viui. tertio quia Petrus erat ardentior, & solicitior ad ista quærenda, ideo fortassis citius occurrit ei in mentem ista quærere, q̄ alicui aliorum. Vide auctorem super. Matth. tom. 5. ca. 19. quæst. 185.

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Quæsitum fuit modo hoc nomine Apostolorum, primo ad tollendum dubium, dixerat enim Christus supra, quod facilius est camelum intrare per foramen acus, q̄ diuitem intrare in regnum Cęlorum. Quæsierunt ergo discipuli, cum ipsi reliquissent omnia, an sic esset eis futurum quod difficile intrarent in regnum Cœlorum Christus autem responder, quod non erit de eis sic, sed quod habebūt vitam æternam, quia diuitiæ non impediunt eos, cum illas propter Christum dimiserint, secundo potest introduci et adhuc melius, qood audierunt discipuli quomodo iuuenis quærebat vitam æternam, & quia diuitias abiicere iussus est, tristis recessit, in quo Apostoli putabāt rem magnā esse diuitias contemnere, cū ille, qui omnia præcepta seruauerat a iuuentute sua, & desiderabat vitam æternam, neq; propter desiderii magnitudinem, neq; p satisfactionē in præceptis trahi potuerit vt diuitias contemneret, sed tristis recessit audito hoc, Apostoli aūt hoc fecerant, omnia deserentes, ideo rem magni meriti se fecisse putantes, quæsierunt quid eis pro hac re daretur, cum dixerunt.

Quid ergo erit nobis, Vide ibi. q. 186.

Ecce nos reliquimus omnia. Verum est qood Apostoli paupe res erant, & tamen omnia dereliquerant. Quod dupliciter intelligi potest, vno modo quod dereliquerant omnia, scilicet omnia quæ habebant, ideo & si pauca haberent, dū tamen de illis nihil sibi reseruarent, sicut fecerant Ananias, & Saphira, fraudādo de parte pretii agri Actu. 5. c. dicebantur omnia dereliquisse secundo potest accipi, quia omnia dereliquerunt, idest concupiscentiam omnium, nā licet pauca possiderent, multa poterant concupiscere, & multa sperare quia nemo tam infelix est, qui omnem sibi spem detrahere debeat, ideo omnia relinquebant, quia omnia poterant concupiscere Vide ibi. quæst. 187.

Ecce nos reliquimus omnia &c. Causa sic dicendi fuit affectio nam ex magna affectione reliquerunt quæ possidebant, te lucturi multo plura si illa possedissent, & ita opus suum magni meriti æstimabant, & tanquam de magna re loquebantur dicentes.

Reliquimus omnia. Vide diffusius loco proxime citato.

Et secuti sumus te. Hoc dixit Petrus primo ad ostendendum pfectionē operis, nam relinquere omnia non erat bonum in se, sed solum inquantum ordinabatur ad alterum, & illud est sequi Christum secundo fuit quia Petrus volebat respondere iuxta ea quæ dixerat Christus, ipse in dixerat iuueni diuiti. Vade omnia quæ habes, & sequere me, & ita duo mandabat, & quia non fecit illa iuuenis locutus est Christus contra diuites, nunc ergo Petrus volens innuere quod Apostoli impleuerant omnia quæ Christus mandauerat, & ideo quod non deberet eis esse difficilis ingressus Regni Cœlorum, sed quod magna præmia eis danda essent, repetiuit illa duo quæ dixerat Christus. Vide diffusius quæst. 188.

Et secuti sumus te. Apostoli secuti sunt Christum in omnib. primo in fide, & virtutibus secundo secuti sunt Apostoli Christum corporaliter euntes quocunque ille ibat. Vide diffusius. q. 189.

Iesus autem dixit illis. Quamuis solus Petrus quæsiuisset nūc a Christo, ipse tamen respondendo direxit verbum suum ad omnes. primo quia causa erat omnium secundo fuit, quia licet solus Petrus loqueretur, non tamen solum pro se ipso loquebatur, sed expresse pro omnibus cum air.

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Ideo Christus debuit respondere ad omnes. vide ibi. q. 190.

Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione. Varie potest construi iste ablatiuus.

Regeneratione. Nam potest construi cum isto verbo.

Secuti estis me. Vel cum illo verbo.

Sedebitis. Accipiendo primo modo, necesse est accipi regenerationem pro aliquo quod fit in vita quia homo non potest sequi Deum nisi in vita, & ideo accipiunt aliqui regenerationem pro baptismo, nam in baptismo dicitur homo regenerari uel renasci, Ioan. 3. sic accipit Hilarius dicēs secuti sunt quidam discipuli Christum in regeneratione, i. in lauacro baptismi, in fidei sanctificatione. & est sensus. Vos qui secuti estis me in baptismo, qui baptizati fuistis sicut & ego baptizatus sum q a ille baptizatus fuerat a Ioāne, & Apostoli a Christo baptizati fuerunt. Vel secuti estis me in baptismo, idest accepistis baptismum quem ego mi nistraui vobis. secundo potest accipi tenendo regenerationem quæ fit in vita quod regeneratio fit accipere esse spirituale de nouo quod est per fidem, ideo acceptio fidei vocatur regeneratio, nā per fidem incipit homo esse filius Dei, Ioan. 1. & tunc est sensus, qui secuti estis me in regeneratione idest qui secuti estis fidem quam ego prædico, accipiendo eam per quam homines regenerantur. tertio modo potest accipi construendo illum ablatiuum regeneratione, cum illo verbo, sedebitis, & tunc est sensus, sedebitis in regeneratione, idest in die iudicii super duodecim sedes, & accipitur regeneratio pro resurrectione, & iste est verus sensus. vide diffusius ibi. q. 191.

Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. In hoc significauit tempus gloriæ sanctorum. vide ibi q. 192.

Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes &c. An aliquibus hominibus in generali iudicio competat iudicare. vide ibi. q. 193.

Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes &c. Quomodo datum fuit illud priuilegium Apostolis, quia videtur quod non sit priuilegium, quia hoc idem competit Reginæ Austri, & Niniuitis, quia hic dicitur de Apostolis qd sedebunt super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, & supra 12. cap. dixit Christus, quod regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, & Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. vide ibi. qoæst. 194.

Sedebitis & vos super sedes duodecim. Per istas duodecim sedes dicunt aliqui, non solum duodecim Apostoli, sed vniuersi electi designātur, & iō siue illi multi siue pauci sint,

EVANG. IOAN. XV.

dignum est, quod seruus se ad illud humiliet, & etiã si Dominus iniurias tolerat, non est indignum quod serui illas sustineant, & in hoc Christus confortat discipulos assimilando eos sibi in odio, est enim homini honor, qđ assimiletur alicui viro excellenti, & in hoc habent discipuli non solum quod consolentur, sed etiam glorientur in tribulationibus Christo similes fieri. Vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 10. q. 113.

Non est seruus maior Domino suo. Seruus nũquam est maior Domino quamdiu seruus est, licet contingat maiorẽ fieri postquã fuerit liberatus a seruitute sic dicit Chrysost. Vide loco proxime citato.

Sed hæc omnia facient vobis pp nomẽ meum. Vide in tertio Euangelio superiori, super illa verba. & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.

Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatũ nõ haberent, &c. Dicunt quidam quod apparebat Christũ esse Deum ex miraculis quæ faciebat, quia Prophetæ faciebant miracula orando, & cũ quadã difficultate quasi non esset in eis potestas ad hoc, sed ab extra illam haberent, Christus aũt dicebat mortuis surgite, & immediate surgebant Luc. 7. & Io. 11. ideo apparebat ipsum esse Deum. sed tamen istud non facit plenã probationem, bene tamen est signum ad hoc ostendendum, si quis tamẽ velit proteruire, non probat sufficienter, quia poterat dici, quod Christus non erat Deus sed fuit Propheta magis Deo acceptus quam cæteri Prophetæ, ideo concessit ei facere miracula excellentiori modo quam alii fecerãt. Alii dicunt quod nõ solum ex mõ sed ẽt ex rebus factis apparebat Christum esse Deum, quia plurima miracula & maiora fecerat, quã Prophetæ, & per illud ipse ostendit se esse Deum, dicens.

Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatũ nõ haberent nunc autem viderunt, & oderunt me. Sed tamẽ dicendum est, quod etiam ex maioritate miraculorum non constat necessario ipsum esse Deum, quia poterat dici quod ei tanquam viro sancto concessit Deus maiora miracula facere, & excellentiori mõ, est ergo illud signum, sed non plena probatio, dictũ aũt Christi nõ probat solum ex eo quod fecit maiora miracula quam alii, sed quia fecit ad ostensionem virtutis suæ. Et hoc mõ intelligitur, id quod dicitur hic, scilicet.

Si non fecissem opera in eis quæ nemo alius fecit peccatũ non haberent. Id est si non fecissem magna opera ad ostensionem virtutis meæ, talia aũt nemo fecit, quia nullus Prophetarum fecit vnq̃ miraculum ad ostensionẽ potestatis suæ, sed ad Dei gloriam & ad alios fines, & non põt intelligi de sola differentia magnitudinis operum eius ab aliis, quia tunc potius crederemus quod quilibet Apostolorũ esset Deus, quam Christus fuerit Deus, q̃a plura valde miracula, & maiora fecerunt aliqui eorum, quã Christus sic ipse dixit Io. 14. Qui credit in me opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. & tamen nemo Apostolorum faciebat miracula ad ostẽdendam potestatem suam, sed ad ostensionem gloriæ Christi, & confirmationem legis eius quam ipsi prædicabant Marc. 16. Illi autem profecti prædicauerunt vbique. Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Vide auctorem sup. Matt. tom. 3. c. 9. q. 21. Vide etiam q. 29. circa finem. & q. 52. & cap. 11. q. 14. & q. 52. & tom. 4. cap. 14. q. 123. & c. 16. q. 92. & tom. 5. cap. 20. q. 113. in fine, & cap. 21. qu. 150. Vide etiam q̃ notata sunt feria tertia post quartã Dominicã Quadragesimæ super illa verba. Nũquid vere cognouerũt principes quia hic est Christus. De Apostolis autem habes multa in communi tabula Verbo Apostolus. Vide ibi.

IN COMMVNI VNIVS MARTYRIS.

EVANG. LVCÆ. IX.

SI quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Non accipitur crux pro lignea trabe, quia istã accipere nullius vtilitatis est, sed solum eam venerari debemus, inquantum est signũ nostri redemptoris, sic enim dicit Greg. Non hoc dicit vt trabem super humeros apponamus, & etiã quia dr.

Si quis vult post me venire abneget semetipsũ, & tollat Crucem suam. &c. Per viã tribulationũ, & crucis vult Christus, quod perueniamus ad gloriam; cum Actu 14. dicatur per multas tribulationes autem uos intrare in regnũ cęlorum. Vide auctorem, sup. Matt. tom. 4. ca. 17. q. 22. ante medium.

Et tollat Crucem suam. Tribulationes non sunt timẽdæ in hoc mundo, primo quia facile tolerantur, & consolationem habent admixtam, & quia breues sunt, & quasi momentaneæ, & quia per eas peruenitur ad fęlicitatẽ. Vide auctorem sup. Matt. tom. 3. cap. 6. quæst. 199.

Crucem suam. Aliquid ergo nostrũ est, & nobis inexistens quod crux vocatur. Dicendum ergo vt quidam volunt, quod Christus hic Apostolos innuebat vt non doleant, nec timeant subire mortem crucis, sicut ipse subiturus erat. Non est tamen intelligendum quod Christus locutus fuisset adhuc aliquid de morte sua secũdo potest accipi pro cruce i. memoria, vel cogitatione crucis Christi, s. vt crucifixo compatiens quodanimõ in cogitatione nostra illi cõfigamur. sic dicit Hilarius. Indignus est Christo, qui non crucem suam in qua compatimur, & cõmorimur, & consepelimur, & consurgimus accipiẽs dominum sit secutus in hoc sacramento fidei. tertio põt accipi crux pro memoria mortis, quia ista cogitatio est afflictiua Ecclesiast. 41. O mors quam amara est memoria tui nominis. Sic dicit Chrisost. Non hoc dicit vt trabem super humeros apponamus, sed vt semper mortẽ prę oculis nostris habeamus quarto potest accipi crux p laboribus, quia crux a cruciatu dicitur, cũ .n. quis labores sponte sustinet, dicitur se crucifigere, quia non complacet desideriis carnis, & sic qui nulla bona sæculi uolunt, habent mundum crucifixum ad Galat. 6. mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo. i. mũdus est mihi quidam labor, & ego sum aduersus mundo. quinto dicitur crucem accipere qui de malis proximi dolet, quasi in seipso illa sustineat. sic dicit Gregor. Crux quippe a cruciatu dicitur, & duobus modis crucem baiulamus cum aut per abstinentiam crucem affligimus, aut p cõpassionem proximi necessitatem illius nostram cõporamus. & tamen hic proprie accipitur. quarto mõ, s. quia quilibet tenetur crucem suam portare, i. affligere seipsũ non consentiendo desideriis suis, vt Christo placeat sic dicitur ad Galat. 5. qui aũt sunt Christi, i. secundũ Christum carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis. & hoc Christus suadebat hic, quod ad istos labores quilibet se disponeret, nam & si non teneamur aliqua opera laboriosa supererogationis facere, tenemur tamen esse in animo dispositi ad sustinẽdũ quoscũque labores, etiam mortem crucis, vt Christo nõ displiceamus, vt dicit Chrisos. Vide auctorem sup. Matt. to. 3. cap. 10. quæst. 139.

Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eã, Qui autem perdiderit animam suam propter me inueniet eam. Anima accipitur multipliciter vno modo pro pſona, Leuit. 2. Anima quæ obtulerit sacrificiũ, i. hõ, & iste est modus loquendi in veteri testõ scđo, accipitur p vita 1. Reg. 22. Qui quęsierit animam meam, q̃ret & animam tuam. i. vitã tertio accipitur pro spiritu. Leuit. 17. Anima carnis in sanguine est, i. Christus eius. Hic autẽ accipitur anima pro vita, & isto mõ accipitur cõiter in nouo testõ sic dixit Christus Io. 10. pono animã meã p ouibus meis, i. vitam meam & Io. 21. dixit Petrus Animam meam pro te ponam non .n. põt accipi hic anima pro spiritu, quia dicitur, qui perdiderit animam suam, inueniet eam, & tamen anima, i. spiritus nõ potest perdi hic aliquo mõ, quia non moritur, nec affligitur, nisi accipiatur perdere per peccatum, & tunc qui perdit animam suam hic, perdet eam etiam in æternũ, & ad hoc quod in æternũ inueniat, oportet hic inuenire, i. per gratiã mereri, q esi aĩam lucrari, ẽt non põt accipi aĩa pro hoĩe, quia dr qui inuenit aĩam suã, & sic ista aĩa est aliquid hoĩs, & nõ ipse hõ, qñ aũt aĩa pro hoĩe accipi vocatur absolute anima, & non dicitur cuius est, sicut Leuit. 2. anima quæ obtulerit sacrificiũ. Accipitur ergo anima pro vita, quia vita est aliquid hominis, & tunc verũ est, quod qui inuenit hic animã suam perdet eam in futuro, quia illud inuenimus, quod lucramur, ille autẽ vitam lucratur qui habet eam iocũdam, qui aũt hic fruitur omni

tur omni iocundirate sæculi nihil prohibens cordi suo de desideriis sicut dr, Ecclesiat. 2. Vitam huius sæculi hēt, quia nō pōt maiora quis habere in sæculo. Hic aūt vitam perdit, qui in miseriis viuens, nullis bonis huius sæculi fruitur siue faciet pro Deo, siue ex alia causa, Animam aūt inuenit in futuro, qui bonis futuris fruetur, beatus exulens, quia omnem bonū quod excogitari pōt possidebunt beati perdet aūt animam suā in futuro qui multas miserias patietur, infernali carcere mancipatus sic dicit Remigius. Aīa aūt in hoc loco non substantia est intelligenda sed hæc vita præsens, & potest intelligi de persecutionis tempore, in quo homo debet vitam istam abiicere pro Christo ne illum negare cogatur, sic dicit Remigius. Qui hanc temporalem lucem & eius dilectiones & voluptates tempore persecutionis per confessione nominis mei contempserit, animæ suæ inueniet æternam salutem. Vide auctorem loco proxime citato. quæst. 140.

Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eā &c. Vide quæ notata sunt sabbatho post Dominicam in passione, super illa verba. Qui amat animam suam perdet eam &c.

Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur? Profecto nihil proderit homini, esse totius vniuersi Dominum, si tamen per peccatum ab æterna felicitate secludatur, nullam enim aliam requiem anima habere potest, nisi ad Deum peruenerit, quia nunquam consummatur desiderium eius, quousq; ad illum venerit. Vide auctorem sup. Matth. tom. 3. cap. 11. q. 58. circa illud. & inuenietis requiem animabus vestris.

Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur? &c. Nihil profecto proderit, nam bonum hominis solum consistit in Dei visione, & nunquam quiescere potest anima, quousque Deum clare videat, Pro quo vide auctorem, loco proxime citato, q. 67. vbi hoc diffuse, & egregie tractat.

Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patiatur? Homo se habet ad animam suam dupliciter, s. vno modo vt ad rem suā pretiosissimam, Alio mō, vt ad rem ab alio ei commendatam, & de qua rōnem redditurus est. Quantū ad primum quia est res pretiosissima, & nostra, debemus eā diligentissime custodire ne pereat, quia perderemus maximū bonū nostrum, Quia vero est aliud nobis commissum a Deo, debemus taliter ministrare tegēdo vt cū ipse petiuerit rationē, inueniamur parati ad reddēdum illam, quod in morte fit. Vide auctorem sup. Matt. tom. 6. cap. 24. q. 248. circa principium.

EVANG. IOAN. XII.

Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit &c. Totum hoc Euāgelium explicatum habes. sabbatho post Dominicam in passione. Vide ibi.

EVANG. MATTH. X.

Nolite arbitrari quia pacem veni mittere in terrā, &c. Pax est tranquillitas quædam, secundum quā nō impeditur quis in operatione sua, vnde dicit Aug. 19. de Ciuitate Dei, qd pax est trāquillitas ordinis. iudicatur igitur pax bona esse, respectu boni, quod quis consequitur ablatis impedimentis per pacē, si aūt pax affert impedimentum ad agenda mala, quę cupimus, pax mala est, felicius enim bellum esset, per quod a malis impediremur sic enim homines ante Christi aduentum pacem quandam habebant, mutuo sibi concordantes in cultu idolorum, Christus, aūt pacem istam abstulit, quia hoīes ad veritatem fidei vocauit, bonum ergo fuit hanc pessimā pacem auferri, quæ hominibus æternam mortem inducebat, sic dicit Chrisost. Vide diffusius apud autorē super Matth. tom. 3. cap. 10. quæstio. 133.

Non veni pacem mittere. sed gladium. veni enim separare hominem &c. Dixit hoc Christus ex consuetudine scripturæ, quia licet ipse non fecit, sed illorum malitia, dicitur ipse fecisse, sicut dr ad Rom. 9. quod Deus cui vult miseretur, & quem vult indurat, Deus tamen neminem indurat, sic etiam Isa. 6. dr, Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, Deus tamen neminem excæcat, sic dicit Chrisost. quis aūt ipse Christus hanc separationē non fecerit, sed illorum malitia, tamen dicit se facere, secundum scripturæ consuetudinem, scriptū est enim, dedit Deus oculos eis vt non videant. secūdo dicitur quia licet Christus non fecit istam diuisionē, fuit aliqualis occasio, nam si ipse non prædicasset, & prædicari iussisset non fuisset illa discordia, sed mansisset orbis concorditer in cultu Dæmonum, sicut prius manebat, ipse ergo illam fecit. Vide diffusius, ibi. q. 135.

Qui amat Patrem aut Matrem plusquam me non est me dignus. An liceret alicui ne displiceret parētibus, vel vt nō aduersaretur eis non suscipere fidem, vel differre aliquā ro tempore. vide ibi. q. 136.

Qui amat Patrem &c. An liceat odire parentes, & filios nobis in fide aduersantes. Vide ibi. q. 137.

Qui amat Patrem &c. An filius fidelis teneatur deserere Patrem infidelem, seu hæreticum, vel eum accusare. Vide auctorem super Deuteron. cap. 13.

Qui amat Patrem &c. Quare dixit hic Christus, qui amat Patrē plusquam me & postea dixit, qui amat filiū, nam magis pater amat filium, quam filius patrem 8. Ethic. Vide ibi. q. 138.

Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me non est me dignus. Vide in primo Euang. super illa verba, siquis vult post me venire &c.

Qui inuenit animam suam perdet illam; & qui perdiderit animam suam pp me inueniet eam. Vide loco proxime citato, sup. illa verba, qui amat aīam suā perdet eā &c.

Qui recipit vos me recipit &c. Dixit hoc Christus ad alliciēdū hoīes vt susciperent discipulos suos, & hoc multipliciter primo. n. ostēdit hoc per honorē eorū, magnus. n. honor erat suscipientiū Apostolos, & discipulos Christi nam suscipiebant Deum, & non poterat esse maior honor, q̄ hospitem Dei esse, sic dicit Chriso. Retributionē promittit suscipientibus, & primo repromittit honorē, vt Christum suscipiant, & ēt patrem, quid aūt huic honori fiat æquale, vt quis patrem, & filium recipiat? secūdo ostendit mercedis magnitudinē quia dicit, mercedē Prophetę accipiet, & mercedē iusti, & tamē magnum est cōcare cum Propheta in mercede. tertio facit, vt hortetur nos ad hospitalitatē, & ad oīa opera misericordiæ cum dicit, quicūq; potum dederit uni ex minimis istis, quod extendi pōt ad omnes pauperes quarto dicit hoc, vt suadeat recipientibus Apostolos ministrare eis necessaria, nam Apostolis non licebat portare pecuniā aliquā vel cibos in via, sed oīa habituri erant apud hospites, cū quibus manebant Luc. 10. In eadē domo manete edētes, & bibentes q̄ apud illos sunt, & quia hoc videretur alicui durū, & aliqui recusarēt dare eis hospitium, vt nō deberēt prouidere sibi in necessariis, hortatur Christus eos ad hoc per magnitudinem promissorum, & iō dixit de calice aquæ frigidæ, s. quod quicquid darēt Apostolis susceptis hospitio reputaretur ad mercedē. Vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 10. q. 141.

Qui recipit vos, me recipit. Intelligitur vno mō, quod me recipit, s. per repræsentationem, nam missus repræsentat personam mittentis, Christus tamen mittebat Apostolos. secundo hoc est verum, quia qui recipit Apostolos recipit Christum, i. intuitu Christi, quicquid. n. pro aliquo facimus, ēt si alius pro eo faciamus, ei facere dicimur. tertio dicit hoc, vt incitet nos ad benefaciendū cum tantus sit honor cuilibet benefacienti, s. quod Christū recipiat. quarto dicitur quia Christus pp nimiam charitatē qua diligit nos ad Ephes. 2. omnia quæ nobis fiunt reputat sibi facta, siue bona sint siue mala. Vide diffusius loco proxime citato, quæst. 142.

Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ &c. Hoc dr primo ad ostendendū rectitudinem affectionis, nam opera nostra non sunt meritoria, nisi habeant rectitudinē finis & quia finis boni operis est Deus oportet pp Deū agere, qui aūt recipit in nomine Prophetæ accipit eum pp Deū, qa ipse est q Prophetas constituit, q ēt recipit iustū in nomine iusti, pp Deū agit, qa solus Deus ē q iustificat hoīes, scdo dr hoc ad tollēdū alios fines indebitos,

quia

quia poterat quis Prophetam vel iustum recipere pp inanem gloriam quasi magni honoris sit, quod Prophetam, & iustum hospitio receperit, vel propter aliqd vtile quod inde consequi intendit, quia iste nullam mercedem habebit. tertio dr̄ quia ista nomina competebant specialiter Apostolis, nam licet istud omnibus pauperibus applicari possit, Christus tamen loquebatur specialiter de Apostolis, istis aūt competunt specialiter, tria nomina, quæ ponuntur hic, scilicet, Propheta & iustus, & discipulus quarto dr̄ hoc, & probatur ad tollendū dubium, quia Christus posuerat supra grauem pęnam nō recipientibus Apostolos, & magna præmia recipientib. & quia aliquis posset dicere Domine nescimus qs erit Apostol⁹, & discipulus tuus vt veros recipiamus, & falsos abiiciamus, Christus dicit, quod non est in hoc multum scrutandum, sed ad nomina personarum respiciendum, Vnde si qois vocat se Prophetam licet non sit, & recipitur vt Propheta, erit præmium recipienti, sicut si reciperet verum Prophetam, & ita est de iustis, & discipulis. Vide auctorem loco citato, q. 143.

Qui recipit Prophetam &c. Cum dicat hic Christus recipere Prophetam in nomine Prophetæ, & iustum in nomine iusti, an sit maioris meriti bene facere, & hospitio recipere virum bonum, quam minus bonum, vel non bonum. Vide ibi. quæst. 144.

Mercedem Prophetæ accipiet. Dicunt aliqui quod recipiet mercedē Prophetæ, i. ab illo a quo Propheta accipiet mercedē, ideo a Deo. secūdo potest accipi quod accipiet mercedem Prophetæ, i. qualem decens est recipere eum qui recipiet Prophetam, & tunc nihil significantur q̄a, certum est, quod quilibet recipiet talem mercedē qualem iustum ē, eum recipere. tertio potest intelligi, quod accipiet mercedē Prophetæ, i. qualem Propheta nō quidem æqualem, sed in aliquo similem & quod iste ministrando temporalia, adiuuat Prophetam, & prædicatorem in actu suo, quem non possent exercere nisi temporaliter adiuuarentur. quarto potest accipi quod mercedem Prophetæ accipiet, idest talem qualem acciperet si esset verus Propheta ille, quem recipit, & hoc conuenit valde proposito. Vide diffusius ibi. q. 145.

Et quicunq; potum dederit vni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ &c. Hoc dr̄ primo ad significandū qd̄ Eleemosina quantumcunque sit parua, est accepta Deo, quia nihil minus esse potest quam modicum de aqua frigida, & amēdans illud, non perdit mercedem suam secundo dr̄ propter susceptores Apostolorū quia ab hospitibus recipere debebāt Apostoli necessaria ad vitam, & nō discurrere de domo in domum, sed manducare, & bibere quæ apud illos sunt, Luc. 10. & quia aliquis diceret, qd̄ forte quia nun poterat eis prouidere sufficienter, non haberet mercedem aliquam, dixit Christus quod etiam si solum calicem aquæ frigidæ darent mercedem nō perderent. tertio dicitur ad ostendendum quod nemo est qui non possit Eleemosinam facere, nec aliquis p̄textu paupertatis, quia nemo est qui saltem calicem aquæ frigidæ dare non possit, quarto dicitur ad ostendendum, quod Eleemosina magis est Deo accepta ex intentione dantis, quam ex re data. Vide diffusius ibi. q. 146.

EVANG. LVCÆ XXII.

F*Acta est contentio inter discipulos. quis eorum videretur esse maior.* Vide de ambitione in communi tabula, verbo ambitio.

Dixit autem eis Iesus. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vide feria quarta post secundam Dominicam Quadragesimæ super illa verba, scite quia principes gentium dominantur eorum. &c.

Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Vide loco proxime citato, sup. illa verba. Non ita erit inter vos &c.

Vos autem non sic &c. Ponitur hoc ad ostendēdū, qd̄ nō cōcordamus Pharisæis, & scribis in doctrina, illi enim cupiebant primas Cathedras in Synagogis & primos accubitus in cęnis, & vocari ab omnibus Rabbi, & in his non solum qui aliquo bono digni videbantur, sed ēt q̄ nullo bono digni erant talia appetebant, Christus aūt ex opposito docet nos, s. quod non solum qui digni non sunt non ambiunt talia, sed ēt qui digni sunt illa nō cupiunt, sed potius se paruos sponte faciant aliis seruiētes secundo ponit hoc ad ostendendum differentiam inter legem Christi ad alios status hominum, s. quod in lege Christi aliquis principatus esse debebat, quia nullus status pōt manere sine principatu, quia alias nullum esset regimen, aut ordo, & quia status legis Christi, qui est valde ordinatus necesse est, quod daretur principatus in eo, & sic est, & tamē hoc Christus noluit, s. quod principes in statu legis suæ essent tales quales apud gentes, quia ibi principes habent nomē principū, & benefactorum, quasi ab eis pendeat, velut a principio quodam, & causa efficiente, bonum subditorū, & in super dominantur subditorū imponentes sibi onera quasi vere sint subditi eorū, & quod eis teneantur ad omnē obedientiā, & tributorū præstationem Christus aūt vtrunq; abstulit in suo principatu, s. q. principes nō subiicerent alios sibi, quasi subditos imponendo illis onera, vt verè subditis, sed potius qd̄ principes acciperēt supra se onera subditorū, & ministrarent eis. Fm aūt ex primo intelligebatur, nā si princeps subiiceret se subditis, ministrando eis, non se vocaret benefactorē vel causam boni eorū, quod ad superbiam, & inanem gloriam pertinet. Vide diffusius super Matth. tom. 6. cap. 23. q. 71.

Vos autem estis qui permansistis mecū in tentationibus meis &c. Vide auctorem sup. Matth. tom. 5. cap. 19. q. 198. in fine, & q. 199. circa medium.

Et ego dispono vobis. sicut disposuit mihi Pater meus regnū, vt edatis & bibatis super mensam meam, in regno meo. Intelligitur hoc mystice, quia in scriptura solēt spiritualia intelligi per temporalia, vt ex iis q̄ animus nouit, surgat ad incognita q̄ nō nouit, vt ait Grego. & sic per cibū & potum intelligitur delectatio q̄ erit in beatitudine. Mahometistæ tñ turpes, & insipientissimi viri, volunt post resurrectionē beatitudinē futurā in delectationib. ciborū, & potuū, & venereorū. Vide auctorē sup. Matt. tom. 2. cap. 5. q. 55. circa finē in responsione ad primum argumentū ibi enim disputat auctor, vtrum bona hæc exteriora requirantur ad beatitudinem. Vide ibi.

Vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Ex hac auctoritate videbitur, alicui posse inferri, qd̄ resurgentes resurgant ad vitam animalē, s. vt vtantur actibus nutritiuæ, & generatiuæ, s. cibis, potibus, venereis, somno, vigilia, & huiusmodi. Et vel maxime, qd̄ in hoc eodem cap. dixit Christus, a modo non bibam de hoc genimine vitis, donec bibā illud vobiscum nouū in regno Dei, ergo in regno Cęlorū, erit potus, & cibus. Præterea quia Isaiæ 65. cap. dr̄ serui mei comedent & vos esurietis, serui mei bibent, & vos sitietis, serui mei lætabuntur & vos confundemini, ergo resurgentes vtentur cibo, & potu sed tñ dicendum est, quod in resurgentibus, siue beatis, siue damnatis non erunt actus vitæ animalis. Vnde ad obiectiones respondetur, quod oīa illa intelliguntur per metaphorā, in regno aūt Cęlorū neq; est mensa, neq; cibus, neq; potus, sed per ista designantur quædā spirituales delectationes, & tō ēt, quia secundum sensū sunt magnæ delectationes, potissime rusticanis hominibus in cibo, & potu cum aūt Christus vellet eis innuere magnas delectationes esse in vita æterna, quales non sint in hac uita, designauit eas per delectationes magnas huius vitæ, quæ sunt in cibo, & potu. Vide diffusius apud auctorem, super Matth. tom. 6. cap. 22. quæstio. 248. vbi longam disputationem facit de hoc. Vide etiam super Matth. tom. 3. cap. 6. quæst. 184. in fine, & quæstio. 110. & tom. quatto, cap. 13. quæstio. 58. circa illud; In regno patris.

Et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Vide super Euangelium Ecce nos, reliquimus omnia de communi Apostolorum, circa finem, super illa verba. sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.

IN COMMVNI PLVRIMORVM martyrum.

EVANG. MATTH. V.

Videns Iesus turbas ascendit in montem &c. Totum hoc Euangelium explicatum habes in festo omniũ sanctorum. Vide ibi.

EVANG. LVCÆ. XII.

Attendite à fermento Pharisæorum. Vocatur fermentũ Pharisæorum doctrina eorum mala, quia valdè corrumpit, nam sicut fermentum, existens paruum in quãtitate, alterat totam massam, & corrumpit eam si superabundanter ponatur, ita & parua hæresis inficit totam bonam doctrinam, sic dicitur 1. Cor. 5. modicum fermentum totam massam corrumpit, et quantum ad hoc magis vocatur fermentum mala doctrina quam bona, quia doctrina bona, si pauca sit, adiuncta multæ doctrinæ malæ non permotat eam vt faciat hominem bonum doctrina autem mala parua multę doctrinæ bonæ permixta, totum inficit, & hominem malum reddit, et hoc quia vt ait Dionysius, bonum fit solum ex integra causa, malum verò ex defectibus singularibus & ideo si quis vnicam heresim teneat, etiam si tota alia doctrina sua sana sit, erit hęreticus, & non e contrariò. sic ergo erit fermentum mala doctrina Ecclesiastica, quia valdè alterat, & corrumpit. sic dicit Hierony. fermẽtum enim hanc habet vim, vt si farinæ mixtum fuerit, quod paruũ videbatur crescat in maius, & ad saporem suum vniuersam conspersionem trahat, ita & doctrina mala si vel modicam scintillam iniecit pectus in breui flamma concrescet ingens, & totam hominis positionem ad se trahet. Vide auctorem super Matth. tom. 4. cap. 16. qu. 23.

Attendite à fermento Pharisæorum. Quid sit fermentum Pharisæorum, & quæ erat eorum mala doctrina. Vide ibid. quæst. 24.

Attendite à fermento Pharisæorum. Quare Christus dixit, Cauete à fermento, & non dixit a doctrina, cum potuisset apertè dicere. Vide ibid. quæs. 25.

Attendite à fermento Pharisæorum. De hęresi, & de hęreticis Vide in communi tabula, Verbo Hæresis. & verbo Hæreticus.

Nihil autem opertum est quod non reueletur, neque absconditum quod non sciatur Hoc dixit Christus ad consolationem Apostolorum pro malis quæ passuri erant, nam multa dicturi erant Iudæi contra illos, Christus autem dixit ne timueritis eos, & subdit causam.

Nihil opertum quod non reueletur. Idest si nihil est opertũ quod nõ reueletur aliquando, solent enim homines valdè timere infamiam, vel mala pati, quia sunt homines proni ad credendum mala, scilicet cum de aliquo mala dicuntur, faciliter creduntur, quod vera sint, & si quis mala patitur, credunt illa meruisse, & sępè qui patitur, plus dolet de fama læsa, quam de malo quod tolerat, ita nunc erat, ergo Apostoli dolerent quod multa fierent contra eos, tanquam contra malefactores, ita vt non solum paterentur, sed etiam valdè infamarentur, in quo Christus consolatur eos, dicens quod non occultaretur veritas huius rei, quia licet Iudæi conarentur ostendere eos tanquam male factores, necesse erat, quod aliquando constaret eos fuisse viros bonos. & Iudæos fuisse pessimos, & cęteros homines qui persequuntur illos. Vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 10. qu. 114.

Nihil autem opertum est quod non reueletur &c. Potest intelligi vno modo, quod nihil est nunc opertum, quod non reueletur, scilicet in die Iudicij, & ideo ibi appareret Iudæorum iniquitas, & in hoc gaudere debebant Apostoli, & quilibet homo cuius fama iniustè lęditur, quod veritas omnium rerum aliquando scietur; nam si nunc aliquis infametur, nunquam est firma opinio, quia quidam credunt, & alij non, & etiam nullius infamia potest peruenire ad omnes, in die autem iudicij, omnes veritates scientur ab omnibus, & certissimè scientur, ita vt nemo dubitare possit, ideo ibi homo erit verè gloriosus, vel infamis. nunc autem tam fama, quam infamia ex quadam incerta opinione dependet, sic dicitur 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. & propter hoc non est hic multum infamia timenda, quia aliquando reparabitur, sic dicit Apostolus eodem cap. Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, vel ab humano die. quasi dicat, ego non curo quod aliquis homo me iudicet bonum, vel malum in hac vita, quia postea reuelabitur veritas, & erit vnicuique laus à Deo. secundo potest accipi, quod infamia quam persecutores Apostolorum contra ipsos faciebãt, poterat aliquandiu durare, quando veritas nesciebatur, & tamen in breui etiam ab hominibus veritas illorum sciretur, & quomodo persecutores inique egerant, quia quantumcunque occultè molirentur insidias, necesse erat quod publice postea scirentur, etiam si in cubiculis suis illa cogitassent, & sic accipitur hic dum dicitur.

Quæ in tenebris dixistis in lumine dicentur, & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Et iste sensus est adhuc melior, scilicet quod magis de propinquo Christus promittat eis veritatem reuelandam, & auferendam ipsorum infamiam tertio accipiunt aliqui.

Nihil opertum quod non reueletur. Scilicet omnia quę in ueteri testamento in figuris occulta erãt, reuelanda erant, & dicunt ipsa per Apostolos reuelata, & ideo non debebant timere infamiã, sicut dicit Remigius. scilicet. Quare debetis timere vestros persecutores, cum tantæ sitis dignitatis, vt per vos occulta misteria legis, & Prophetarum sint manifestanda. & tamen non est iste sensus multum conueniens, sed alienus à litera. Vide loco proximè citato.

Ne terreamini ab ijs qui occidũt corpus &c. Aliqui dicũt, Noui, quod timor, & aliæ passiones non sunt in sapiente, idest in virtuoso, dicunt enim, quod in sapientẽ non cadit perturbatio, omnes tamẽ passiones sunt quædam perturbationes animæ, ideo eas a virtuoso negant, dicentes non esse timorem in eo sed cautelam malorum. Quia tum veritas est, quod in quolibet homine est timor, cum sit fortitudo contra timores, & audacias. 3. Ethic. necesse est quod tam in virtuoso, quam non virtuoso sit timor, sed in hoc differt, quia virtuosus rectè se habet circa timores. per fortitudinem, non virtuosus autẽ timet magis quam debeat, vel non sicut dẽt. & patet quia timor est circa malum futurum ad illud fugiendum, & quia cuilibet homini potest malũ euenire, quilibet homo timet, & si non timeret, esset deordinatio naturæ, quia non posset cauere malum. Ex hoc autem sequitur, quod licet timere aliquid præter Deum, nam malum potest infligi homini ad homine. & ab alijs rebus, ergo omnia ista timere licitum est, quæ possunt malum inferre; Vide auctorem locu citato. qu. 117.

Ne terreamini ab ijs qui occidunt corpus &c. Hoc potest intelligi vno modo, idest, nolite multum timere, quia timor de malo est, sed isti paruum malum inferre possũt ergo parum timendi sunt, & quia Deus potest inferre maximum malum, est maximè timendus; secundo potest accipi, quia neminem timere debemus, nisi Deum, tanquam à seipso possit malum aliquod inferre, Deus autem solus est qui potest facere nobis malum, quod voluerit, cęteri autem non possunt, nisi quantum à Deo permittuntur, & sic etiam Deus agit hoc, & ita est, vt dicitur Amos 3. est malum in ciuitate quod Dominus non fecerit, quasi dicat non, et istud etiam conuenit literæ inquãtum fuerit exemplum de passeribus tertio potest accipi quod non sunt timendi homines, quantũ ad hoc quod cessemus propter eos ab eo quod Deus iubet. & iste est verus sensus literæ, nam homines timendi sunt, & aliqua prudenter facere omittimus propter timorem humanum, scilicet aliqua, quæ non sunt simpliciter necessaria ad salutem, quæ tamen sunt necessaria, non sunt omittenda propter humanum timorem, quia

omittere

omittere illa est offendere Deum, Et quod efficimur digni pœna æterna, quam Deus potest nobis inferre, mala autem quæ inferunt homines valde minora sunt, quia solum possunt occidere corpus. Vide auctorem loco proxime citato.

Nonne quinque passeres veneunt dipondio &c. Voluit per hoc ostendere Christus, Deum habere prouidentiam, & curam de omnibus rebus nostris, etiam de minimis, quia si de illis minoribus prouidentiam habet, habebit à fortiori de nostris, hoc autem ostendit per passeres, qui erant aues parui valoris, sed de illis habet Deus prouidẽtiam, abundabant enim passeres valde in terra Chanaã, ideo erãt minoris valoris quam cæteræ aues, & propter hoc offerebãtur à pauperibus, & ostẽdit Christus paruũ valorem eorum ex moneta dicens, quod quinque passeres, veneunt dipondio, idest venduntur, dipondio, quod etiam genus monetæ minutissimæ. Vide auctorem sup. Matthæum, loco citato, quæst. 118.

Nonne quinque passeres veneunt dipondio? Loco huius dicitur Matth. 10. Nonne duo passeres asse veneunt. sed eadem sententia est, quia dipondium, vel dipondius significat duo pondera vnde dicitur a dua quod est duo, & pondus, & quodlibet illorum ponderum est as. Sic dicit Beda, Dipondius genus est põderis leuissimi, ex duobus assibus compositi, & ita as est nomen ponderis, & est minimum pondus, & ob hoc etiam principium põderum, sicut vnitas est principium numerorum, & propter hoc ponitur pro moneta minutissima. sic dicit Gloss. Quod autem in numeris est vnum hoc in ponderibus as, quod duo asses, hoc dipondius, ideo idem est dici, quinque passeres veneunt asse, & dipondio, idest pro duobus assibus, & duo passeres habentur pro uno asse, nam non poterat diuidi passer, vt darentur duo passeres & dimidius pro asse, & eadẽ sententia est sic, n. posset dici quod decem passeres veneunt quadripondio, idest pro quatuor assibus. Vide loco proxime citato.

Nonne quinque passeres veneunt dipondio. Cum Matth. 10. cap. loco huius dicatur. Nonne duo passeres asse veneũt? ergo alterum istorum Christus non dixit, quõ ergo alter Euangelistarum scripsit quod Christus non dixit? Dici potest vno modo, quod Christus dixit hoc pluries quia forte pluries de prouidentia locutus hoc exemplũ induxit, & semel diceret duo passeres, & iterum quinque passeres, quia non est inconueniens idem a Christo sæpe fuisse dictum. secundo potest dici, quod Christus semel hoc dixit & alterum eorum solum dixit, Euangelistæ rum non curare principaliter de verbis, sed de sensu, & quia eadem sententia est quod duo passeres asse, & quinque dipondio veneant, vnus duos posuit, & alius quinq;, nec in hoc differt quod potius istorum dixerit Christus, cũ eadem sententia in vtroque sit. Vide ibi.

Et vnus ex illis non est in obliuione coram Deo. An conueniat Deo habere prouidentiam, vbi quod bonum in rebus dupliciter inuenitur, & quid sit prouidentia. Vide ibi. quæst. 120.

Et vnus ex illis &c. An prouidentia pertineat ad scientiã & quid sit, & quod in re facienda non requiritur scientia, sed dispositio, & quomodo dispositio & prouidẽtia differunt. Et quid prouidens, & ad quid propriè prouidentia pertineat, & quæ sit differentia inter futura & prouidentiam. Vide ibi. quæst. 121.

Et vnus ex illis &c. An prouidentia Dei se extẽdat ad omnia, vel ad quædam, & quæ sit, & quæ quorundã Philosophorum opiniones de prouidentia. Vide ibi q. 122.

Et vnus ex illis &c. An Deus habeat specialem prouidentiam de brutis, & quod pœna non infligitur nisi propter peccatum, non tamen mala brutis proueniunt ex peccato & quo Deus habeat curã de bobus. vide ibi. q. 123.

Et vnus ex illis &c. An prouidentia excludat malũ de vniuerso, et ã mala cadant sub prouidentia, vel sint extra illam, & quod diuina prouidentia non excludit operationes secundarum causarum, & quod si malum nullum esset in rebus vniuersum esset imperfectum, cum etiam sint multa quæ nunquã essent, si malũ nullũ esset & de tribus gradibus rerũ, quæ diuersimode cõsequũtur suũ finem, secundum naturam earum. Et qua differẽtia sub sunt diuinæ pro[illegible] tam bona quam mala. & quod malum dupliciter [illegible]pitur. & quare hominibus malum vt in pluribus accidat. quam bonũ. Vide ibi. q. 124.

Et vnus ex illis &c. An Deus habeat prouidentiam de omnibus immediate, vel mediantibus aliis causis. Vbi ostẽditur error Platonis qui posuit triplicem prouidentiã, & quod ad prouidentiam de rebus multa requiruntur. & quod intellectus diuinus non vilescit intelligẽdo singularia. Vide ibi. q. 125.

Et vnus ex illis &c. An executio prouidentiæ fiat a Deo per se, & immediate, vel mediantibus aliis, & quod ordo tanto est perfectior quanto ad minima magis descendit & quodquicquid fit in vniuerso a Deo est prouisum. & quod omnis virtus operatiua exequitur prouidentiam Dei. & quod nihil est in vniuerso per quid non fiat executio diuinæ prouidentiæ nisi ipsa materia prima. Vide ibi. quæst. 126.

Et vnus ex illis &c. An prouidentia Dei imponat necessitatem rebus; & quod per se diuiditur ens in necessarium, & contingens, Item quod prouidentia Dei non tollit liberi arbitrij libertatem, nec tollit casum, & fortunam à rebus; & in quibus sit casus, & fortuna, & quid sit casus, & quod secundum diuersos gradus entium est causarum diuersitas; Item quod prouidentia duo solum agit ad rem ipsam; & quid sit ęternitas. Vide ibidem. quæstion. 127.

Nolite ergo timere multis passeribus pluris estis vos. Non aufertur hic timor euenturę aduersitatis, sed datur quędã consolatio ad facilius eam tolerandam; & hoc primo quia si Deus non haberet prouidentiam, nec curam de rebus nostris, homo noceret homini pro voluntate sua, & sic doleret qui patitur, quod subijciatur voluntati hostis sui, nunc verò Deo habente prouidentiam omnium rerum, scimus quod non potest alteri malum inferre, nisi quantum Deus diffinierit, ita vt ipse facere hoc videatur potius quam homines qui huius penę ministri sunt & ita est homini consolatio quædam quod Deus sibi malum intulit, & nemo alius ei inferre potuisset. secundo, & præcipuè, quia prouidentia Dei aufert rationem mali ab aduersis quæ nobis accidunt, quia cum prouidentia sua sit per quam omnia dirigit in finem, & ipse bonus est, necesse est quod omnia ordinet ad bonum, & ex hoc quicquid nobis eueniat bonum erit, licet malum videatur, cum ad bonum ordinetur, et possit nobis proficere, sicut potio amara licet gustui non sit suauis, bona est, quia ad bonum ordinatur, idest ad sanitatem, & illam causat, & hoc modo nihil malum homini potest accidere, quia licet videatur ei malum ad aliquod tamen bonum est, sed differt quia ipsa mala aduersa sunt malis, bonis autem ipsa mala bona sunt idest ad bonum eis proficiunt, Ad Rom. 8. scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & isto modo vere aufert hic Christus terrorem Apostolis, quasi dicat Non timeatis quicquid mali homines vobis faciant, quia nihil poterunt vobis facere, nisi quod ego voluero, nam nec passeribus possent sine mea voluntate, & diffinitione nocere, ego tamen non permittam vobis malum inferri nisi quod ad maius bonum possit prodesse. Non ergo timeatis, scientes quod nullum verè malum vobis accidet. Vide auctorem super Matth. tom. 3. ca. 10. q. 119.

Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Capilli vestri numerati sunt, idest sub certo numero positi, quia Deus constituit omnia in numero, pondere, & mensura etiam sunt numerati, idest eorum numerus est à Deo cognitus; Vide loco citato. quæst. 128.

EVANG. LVCÆ. XXI.

CVm audieritis prælia, & seditiones nolite terreri &c. Vide Dominica 24. post Pentecosten.

Tum dicebat illis. surget gens contra gentem &c. Vide supra in communi Apostolorum super Euang. Ecce, ego mitto vos. ibi enim habes ferè totum hoc Euangelium simul explicatum.

Et capillus de capite vestro non peribit. Non dicitur hoc ad significandum quod nullus capillus peribit, sed ad ostendendum

dendum

dendum quod nulla pars nostra etiam minima peribit; Aliter potest dici, quod etiam veri capilli de capite nō peribunt, sed quidquid fuit aliquando de veritate naturæ humanę redibit ad corpus hominis, vt de illo rursus formetur corpus, non tamen oportet quod sit in eodem loco in quo prius fuit, vt Aug. dixit, ponens exemplum de uase recenter facto, si reducatur in massam, et iterum de eadem massa tota fiat vas eiusdem figurę, quia qoidquid fuit prius in vase, est nunc, sed aliquid fuit prius in lateribus quod nunc est in vase, vel in orificio, vel in ansa, & ita capilli omnes decisi à tonsore erunt in Massa de qua formatur corpus, non tamen erunt capilli qui prius fuerunt capilli sed in alijs partibus corporis cedent illę partes materię. Vide auctorem super Matth. tom. 3. cap. 10. quæst. 128.

Et capillus de capite vestro non peribit. Per hoc probat auctor quod capilli resurgant in corporibus. Vide super Matth. tom. 6. cap. 22. qu. 242. ibi enim disputat ex professo de hoc.

In patientia vestra possidebitis animas vestras. Idest per patientiam possidebitis animas, idest eritis Domini earum ad hoc quod non pereant. Vide auctorem super Matth. tom. 1. cap. 4. qu. 27 circa principium.

In patientia vestra possidebitis animas vestras. Vide in communi tabula. Verbo. Patientia. De martyrio autem, & de martyribus. Vide in communi tabula. verbo Martyr & verbo Martyrium.

IN COMMVNI Confessorum.

EVANG. MATTH. V.

VOs estis sal terra. Idest estis condimentum, et discretio, nam sicut sal omnibus cibis saporem dat, ita & prudentia omnes actus nostros modificat, & sapidos reddit vnde sapientiam vulgariter sal appellare solemus, & sic dixit Apostolus, omnis sermo vester sit sale conditus, idest omnia verba vestra cum discretione proferantur, sic etiam dicitur Matth. 9. Habete in vobis sal, idest habete discretionem in operibus vestris. & cum multę virtutes ad Prelatos pertineant, discretio maximè necessaria est, quia actus prelatorum est regere, & ordinare alios. & tamen iuxta Aristotele sapiētis ē ordinare, ideo sapientia idest prudētia est prima, & propria virtus prelati, ideo ante cęteras virtutes Christus dixit hic quod Apostoli & Prelati debebant esse sal, idest prudentiam habentes. & non solum ad Prelatos, sed etiam ad quemcunque hominem, nam prudentia est prima virtus, eo quod ad ipsam solum pertinet dirigere actus omnium virtutum moralium, & sine ea virtutes non proficient. Immo interdum deterius erit habere virtutes naturales idest inclinationem ad virtutes, quam non habere quia existentibus istis inclinationibus, si non adsit prudentia moderatrix, errabitur grauiter circa istarum inclinationum actus, & quantum fuerit vehementior inclinatio, erit maior occasio errandi, quia tanto magis ibitur ad extremum, cum non sit ibi prudentia. cuius est mediū constituere 2. Ethic. Vide diffusius super Matth. tom. 2. cap. 5. post quest. 89. super hęc verba.

Vos estis sal terræ. Non solum dixit Christus.

Vos estis sal. Sed.

Vos estis sal terræ. Idest non solum pro vobis debetis habere sal, idest discretionem, sed pro tota terra, quia totus mundus prelatis diuersis subditus est, ideo ipsi pro tota terra discretionem habere debent. Vide loco citato.

Vos estis sal terræ. Vocantur sal Prelati, quia eis conueniūt proprietates salis, non solum quantum ad condimentū, per quod signatur discretio, vt supra dictum est, sed etiā quantum ad alia, nam sal habet uim mordicatiuam, & mordet res molles, voluit autem Christus per hoc dicere Apostolis, ne curarent si alios maledicentes sibi audissent, sed ista negligerent. Conuenit etiam quantom ad hoc, quod sal habet conseruare res, ne putrefiant per longum tempus, ita & Apostoli veniebant prędicaturi doctrinam per quam homo nō putrefieret in sordibus peccatorum, sicut dicitur Iohelis 2. Computruerunt iumenta in stercore suo. Conuenit etiam hoc quantum ad modum generationis salis & virtutem eius, quæ Apostolis conueniunt. Vnde dicit Remigius. sal per aquam, & per ardorem solis, & per flatum venti in naturam alteram commutatur, sic & Apostolici viri, per aquam baptismi, & ardorem dilectionis, & flatum Spiritus Sancti, in Spiritualem generationem mutati sunt, sapiētia etiam Cęlestis per Apostolos prædicata exiccat humores carnalium operum, aufert fętorem, & putredinem malę conuersationis, & vermes libidinosę cogitationis, & alia multa sal facit, quæ Apostolis conueniunt Vide loco citato, qu. 90.

Quod si sal euanuerit. Euanescere est virtutem amittere, & tunc sal euanescit, quando virtutem non habet ad saliendum, idest ad condiendum res quibus fuerit aspersum. sic dicitur Marc. 9. Bonum est sal, quod si sal insulsum fuerit, idest non habuerit virtutem salis. Vide auctorem super Matth. tom. 2. cap. 5. post q. 89. super hæc verba.

In quo salietur? Potest teneri istud verbum salietur impersonaliter, & est sensus.

Si sal euanuerit. Idest virtutem amiserit, in quo salietur? idest, in quo condientur res? quia nihil est aliud quod possit dare illum saporem condimenti nisi sal. Vel potest teneri passiue, & tunc suppositum suum, est sal, & est sensus, si sal amiserit virtutem.

In quo salietur? Idest cū qua re ipsum sal poterit recuperare virtutem salis, quod est saliri? nam si aliæ res perdunt virtutem saporis. apposito sibi sale condientur, si autem sal perdiderit virtutem condimenti, non superest aliqd quo apposito recuperet virtutem saliendi, & secundum hoc potest intelligi dupliciter de Prælatis, vno modo quod si discretio defuerit in eis, nihil est per quod cęteri dirigantur in operationibus suis, cum directio esse deberet per prudentiam, & legem positam à prælatis. secundo modo quod si discretio defuerit in prelatis, & peccauerint per indiscretionem, nemo superest a quo corrigantur, quia supra Prælatos nullus est. Vterque sensus conueniens est, & tamen littera, potius vult secundum, scilicet, quod si sal euanuerit, non potest recuperare virtutem condiendi per aliquid aliud, & ita expresse posuit D. Marc. dicens. Bonum est sal, quod si sal insulsum fuerit, in quo condietis istud? Idest per quid recipiet virtutem condimenti ipsum sal? Quasi dicat, per nihil. Et sic in isto secundo sensu debet applicari prælatis, scilicet. si aliquis de subditis discretione caruerit, poterit per Prælati prudentiam regulari, sicut cum aliqua res caret sapore, recipit illum a sale, si tamen ipsum suo sapore careat, a nullo potest illum recipere, & sic quando Prælatus indiscretus fuerit, per nullum pōt dirigi. Et in hoc ostenditur magnum periculum quod est si Prælati indiscreti fuerint. & istū sensum tenet Hierony. dicens si doctor euanuerit, quo alio doctore emendabitur? Quasi dicat nullo, quia doctor inquantū est doctor nō habet alium doctorem, sed inquātum est discipulus habet hic dicit Augu. si vos per quos populi condiendi sunt, metu persecutionum temporaliū amiseritis regna Cęlorū, qui erunt homines, per quos a vobis error auferatur? Quasi dicat nulli, Quia Prælatū peccantem nemo corrigit per modum iurisdictionis, sed potius exemplum eius subditi sequuntur. vnde cū ipse peccat, subditos delinquere faciet sic dicit Leuit. 4. Si peccauerit summus sacerdos, delinquere faciens populum, quasi dicat, quando ipse peccat, populus delinquit quia sequitur eum delinquentem. Vide ibi super hæc verba.

Ad nihilum valet vltra. Scilicet sal postquam euanuerit, i. virtutem amiserit, ad nihil vltra valet, quia totus vsus suus erat ad condiendum cibos, si ergo virtutem condiēdi amiserit, ad nihilum prodest, ita cū Prælatus nihil sit, nisi vt per eum subditi derigantur, cum fuerit indiscretus, ita vt per eum nemo possit dirigi, ad nihil valet. Vide ibi soper hæc verba.

Nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Scilicet sal

cet sal

ter sal quamdiu prodest ad condiendum, seruatur in domo, quia vsus eius vtilis est: cum autem ad nihil prodest, superfluum est, illud conseruari, ideo iam non seruatur, sed proijcitur extra domum & tunc conculcatur ab hominibus; in quo signatur sua inutilitas, quia id quod inutile est, & vile conculcatur, sicut lutum platearum, quod ad nihil prodest côculcatur, & stercus quod inutile est conculcatur. sic enim dicitur de muliere fornicaria. Quasi stercus in via conculcabitur. Eccl. 9. Ita est de Prælatis, qui si carent discretione, cum non sint vtiles ad aliquid debent proijci foras, idest deponi de dignitate, & conculcari ab hominibus, idest quod efficiatur iam subditus, & contemptibilis, qui nesciuit esse Prælatus. & tunc tales non solum à Prælatis qui vocantur homines idest rationem habentes conculcabuntur, idest subijcientur, sed etiam ab alijs quos prius subditos habebant conculcabuntur, quia, ab eis contemnentur. & sic Deus iubet quod prælati qui discretionem, & sapientiam abiecerint, de dignitate repellantur. Oseę 4. Quia tu scientiam repulisti repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi. Vide diffusius ibi, super hęc verba.

Vos estis lux mundi. Hic ponitur secundum quod pertinet ad Prælatos, scilicet, quod excellant alios in Scripturis sacris intelligendis, nam sicut tenentur esse discreti, vt se & alios regant, ita & intelligentes in Sacris scripturis esse debent, quia tenentur docere alios nihil occultando aut subtrahendo de eo quod pertinet ad instructionem vitę. sicut dicebat Apostolus Ephesijs. Vos scitis quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium quo minus annunciarem vobis, & docerem vos publicè. & hoc est ita necessarium, quod si Prælato non docente, aliqui propter defectum doctrinæ pereunt, ipse reus est sanguinis illorum, & non poterit excusari quia sit reus, nisi annunciauerit omnia quæ sunt necessaria ad salutē subditorum, sicut ibidem dixit Paulus. Contestur vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium vestrum, non enim subterfugi quominus annunciarem omne consilium Dei vobis. Actu. 20. Pendet tamen doctrina necessaria salutis in sacra scriptura quam prædicare non potest qui ignorat, ideo oportet quod prælati illam intelligant, & non solum mediocriter sicut cęteri, sed eminenter, quia tenentur eam defendere per rationē sicut dicitur 1. Petri. 3. sanctificate Christum in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscēti vos rationem de ea quæ in vobis est fide, & spe. & quātum ad hoc vocantur communiter lux, quia ipsa est, per quam omnia manifestantur, Ad Ephe. 4. omnia quæ arguuntur à lumine manifestantur. omne enim quod manifestatur lumen est, & quia per sapientiam Prælatorum cęteri debent liberari ab ignorantia, sicut per lucem liberantur à tenebris, conuenienter Prælati lux appellatē sunt. & ob hoc ipsi in sua promotione idest in consecratione, profitentur se habere scientiam sacrarum scripturarum vtriusque testamenti, in quo continetur omne quod ad vitam humanam dirigendam à Deo traditum est. De hoc Chrysost. super Matth. dicit, quod sicut doctores propter bonam conuersationem sunt sal, quo populus conditur, ita propter verbum doctrinæ sunt lux, qua ignorantes illuminantur. prius est enim benè viuere quam bene docere, & ideo postquam Apostolos dixerat sal, consequenter eos vocat lucem. Aliam etiam causam allegat dicens. sal in eo statu tenet rem ne ad deterius mutetur, lux etiam ad melius perducit illuminando. Vide auctorem super Matth. tom. 2. cap. 5. post qu. 90. super hęc verba.

Non potest Ciuitas abscondi supra montem posita. Hic ponitur tertium in quo vita Prælatorum excellere debet, scilicet in reprimendis lupis oppressoribus ouium, Debet enim esse Prælatus constans, nē timore perdendi lucrū aut fauorem temporalem, subtrahat aliqd de officio pastorali, permittens oues suas opprimi à potentibus aliquibus, iustitiam denegādo propter fauorem temporalium Dominorum, aut doctrinam necessariam tacendo per quod subditi lęduntur, nam iste mercenarius est & non pastor, quia videns lupum venientem ad occidendum gregem fugit. similes autem Christus valdè increpat, Ioan. 10. dicens. nihil pertinere ad eos de ouibus, qui sola temporalia lucra quærant. Quod Grego. exponens ait. lupus enim super oues venit, cum quilibet iniustus fideles quosque, atque humiles opprimit. sed is qui pastor videbatur esse, & non erat, reliquit oues, & fugit, quia dum sibi ab eo periculum metuit, resistere iustitię non præsumit. fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solatium. & ob hoc pastor bonus qui tenetur animam suam ponere pro ouibus assimilatur turri fortissimę constitutæ in alto quam homines a longinquo vident, & ad eam tanquam ad locum securum refugiunt. Ista duo Prælatus bonus habet, scilicet quia fortis est sicut turris, resistendo omnibus iniquis, vsque ad mortē, & est in alto loco posita, quia officium Prælati debet esse omnibus patens, vt quilibet oppressus possit Prælatū adire, remedium petens angustiæ suæ. & ille omnibus communicari debet, ne sit personarum acceptor, quia omnibus debitor est, magnis & paruis, sapientibus, & insipientibus, sicut se Apostolus dicebat debitorem, Ad Rom. 1. & tunc omnes subditi tanquam ad turrem & ciuitatem in alto positam quæ abscondi non potest, & firmum præsidium præstat ad eam confugientibus veniunt. signatur etiam per hoc officium Prælatorum qd non debet esse in abscondito, sed omnibus publicari. Per hoc etiam signari potest constantia quam habituri erant Apostoli, prædicando nomen Christi, quia licet Domini temporales iuberent eis non prædicare in nomine isto, comminando pęnas, non debebant terreri, sed constanter prædicare, sic enim fuit quando Principes Iudæorum, & Sacerdotes iusserunt Petro, & Ioanni, ne docerent publicè in nomine Christi, & illi dixerunt. si iustum est vos potius audire quam Deū; non enim possumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui. Actu. 4. Iterum etiam cum Principes Iudæorum iuberent Petro, & Apostolis tacere nomen Christi illi dixerunt: obedire oportet magis Deo quam hominibus, & admirabantur Iudęi constantiam Petri, & Ioānis, scientes quod viri idiotę essent, & sine literis, Actu. 4. & 5. Hoc idem in omnibus Prælatis esse debet, nam doctrinam necessariam ad salutem subditorum nullius potestatis timore subticere debent, ne officium Prælati in aliquo minuant, vel subtrahant aliquid eorum, ad quę tenentur. Vide ibi super hæc verba.

Neque accendunt lucernam. Hoc est quartum quod pertinet ad Pręlatos, & est Sanctitas vitę in exemplis dādis. Nam Prælatus non est vnicus homo, sed multi, quia ipse est omnes subditi sui. Vt ergo Prælatus bonus sit, nō sufficit eum in se bonum esse, sed etiam omnes subditos bonos esse, Hoc autem Prælatus realiter efficere non potest. cum quilibet sit suæ mentis arbiter, sed tunc Pręlatus omnes subditos bonos facit, quando sufficientem causam ex se pręstat vt omnes boni sint. Illud autem est si Prælatus totum quod est officij sui impleat, & quia non potest bonus esse ad alios, qui in se bonus non fuerit, oportet primo. Prælatum bonum esse quantum ad virtutes quæ vnum singularem bonum faciunt, deinde debet esse bonus ad alios, habendo proprias virtutes Prælati. Nam pręlatus vt Prælatus non est ad se, sed ad alios. ideo virtutes quæ Prælatum bonum efficiunt, non sunt per quas benè se habeat in se, quia istę iam præsupponuntur ad esse bonum hominem, sed illę per quas benè se habeat ad alios. & huiusmodi sunt istę quatuor quę ponuntur hic, & est vna de præcipuis exemplum dare, quia Pręlati debent esse quasi quoddam speculū, mundum, in quo subditi possint contemplari omnes actus suos per conformitatem ad actus Pręlati, sicut aspiciendo in speculum agnoscit homo maculas vultus sui, & propter hoc figuraliter Deus iussit quod sacerdotes veteris testamenti lauarent se in labro ęneo, facto de speculis Exod. 38. vt innueretur quod sacerdotes debebant lauare vitam suam, vt illa esset nitida, & posset esse speculum plebis. Ad hoc autem requiritur quod non inueniatur aliquod vitium apparens in Prælato quod populus possit imitari, & sic fiet irreprehensibilis. Vnde Apostolus 1. ad Timo. 3. cum describeret omnes virtutes Episcopi, posuit primam dicens, oportet Episcopū irrepre-

irreprehensibilem esse; & tamen q̃diu aliquod peccatũ apparere potest in eo, est adhuc reprehensibilis, iõ necesse est, quod Prælatus non habeat aliquod manifestũ peccatum. Ad hoc autem requiritur honestas per quã quantum ad exteriora bene quis se habet, Vnde licet ex fragilitate humana contingat Prælatum peccare, cauere summe debet, ne peccata sua veniant ad aures, aut conspectum plebis quia generaliter in omnibus tam Ecclesiasticis quam secularibus grauiora sunt peccata inquantum aliis præstant exemplum, & scandalum, & aufertur Prælatis auctoritas, corrigendi peccata aliena quamquam sint peccata ipsa in se, nam peccantibus, p̃latis, populi sequuntur peccata eorum. & dicuntur ipsi facere qđ popolus delinquat, Leuit. 4. si peccauerit summus sacerdos, delinquere faciens populum, ẽt istis peccantibus qui alios docere debent, doctrina Dei, & nomẽ eius blasphematur. sic enim Apostolus dicit ad Rom. 2. f. Per vos enim nomen Dei blasphematur inter gentes & loquitur contra doctores dicens. Qui alium doces te ipsum non doces, qui prædicas non furandum, & furaris, & apparet hoc in Dauid, q̨ secularis princeps erat & peccasset fornicãdo cũ Bethsabeę, & occidẽdo virũ eius Vriã, remittebat ei Deus peccatũ quãtũ ad se, & tamen inquantum fuit secutum inde malum exemplum, & blasphemia Dei remittere noluit, nã cum dicente Nathan Propheta pœnas quas Dauid passurus esset, ille dixisset, peccaui Domino, dixit Nathan, Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, non morieris, verum tamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini propter verbum hoc filius qui natus est tibi morietur, 2. Reg. 12. & sic grauior fuit uisa Deo blasphemia secuta ex peccato, & scandalum, & exemplum, quam ipsum peccatum in se. Grauissima: ergo sunt peccata Prelatorũ qñ taliter fiunt, vt possent venire in aures plebis. Hoc ergo est quod Deus comendauit hic Apostolis, & Prælatis omnibus, dare rectum exemplum, per bonitatẽ operum suorum, quæ omnibus nota esse debent, & quantũ ad hoc Prælati vocãtur lucerna, quia sicut illa posita est vt illuminet omnes qui in domo sunt, ita & Prælatus p̃ vitæ suæ excellentiam omnibus bene viuẽdi lucens exẽplum tribuere debet. Vide ibi. super hæc verba.

Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio. Idest lucerna non accenditur vt ponatur sub modio, i. aliquo vase claudente lumen eius. Vide ibi. super hęc verba.

Sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Idest ponitur lucerna ad lucendum, ideo debet poni in loco alto, & patenti, i. super candelabrum, vt oẽs qui in domo sunt videre possint per lumen eius. Ita Prælatus lucerna quædam est, & non debet poni in abscondito, i. non debet operatio sua esse abscondita, sed patens omnibus, vt omnes possint inde exemplum capere vnde Prælati non debent occultare bona opera sua sed magis illa publice facere, vt subditi ad similia videantur, & intendere hoc est eis valde virtuosum. Aliter potest intelligi ista litera de prædicatione Prelatorum & eorum doctrina quod non debeat esse occulta, si enim Prælatus qui sapiens esse debet, & docere tenetur, occultauerit doctrinã, erit sicut lucerna posita sub modio, cuius lucẽ nemo uidet, & tamen contra naturã, est quod lumen ponatur in abscondito, cum istud sit solum ad illuminandum. Vide diffusius ibi, super hæc verba.

Sic luceat lux vestra coram hominibus &c. Posuerat supra Christus quod opera Prælatorum debeant esse manifesta, & quia ex hoc viderentur quærere gloriam ab hominibus, & incidere in periculum inanis gloriæ, quæ mala sunt, vel saltem tollunt virtutem merendi, Christus ostendit quomodo debeant ista opera manifestari, s. non ea intentione, vt per hoc apud homines glorientur, de operibus suis, cum ab eis nihil boni sit, quia a Deo prouenerit, sed quod per hoc solus Deus gloriam habeat qui homini confert bene velle, & proficere.

Et glorificent patrem vestrum qui in Cœlis est. Idest cũ hac intentione debetis opera vestra in publico ponere, vt homines illa videntes glorificent patrem vestrum, i. Deum qui est pater hominum per creationem Deut. 32. Nõne ipse est pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? & dicitur esse in Cœlis, non quod ibi solum sit, quia vbique est, & omnia implet Ierem. 23. sed secundum opinionẽ humanam, & maxime simplicium putatur Deus in Cęlo habitare, tanq̃ ibi solum habitet Dixit ergo Christus

Vt glorificent patrem vestrum. Quasi sequatur quod homines glorificabunt Deũ quando videbunt alios bene agẽtes, & hoc verum est, quia hominibus vtentibus ratione insitum est, omnia bona nostra a Deo esse, cum ergo viderit quis alium benefacientem, credet qđ istud a Deo sibi prouenit, & tunc homo videns, retribuet gratias ipsi auctori bonorum, s. Deo, & non homini operanti, & istud est glorificari Deum per opera nostra.

Nolite putare quoniam veni soluere legem. Idest legẽ Moysi, quam vocauit legem absolute, quia illa erat lex Dei, & nulla alia p̃ tunc erat, Christus autem non venit soluere eam, i. destruere, nam quod, legislator velit destruere aliquam legem, potest cõiter fieri propter duo, unũ est si illa lex ab alio legislatore posita sit, quem ipse oderit, & velit eius memoriam, & facta tollere, vel potius vult honorem suum quam alterius exaltare, tollit legẽ illius, et introducit suã de nouo. Aliud est si forte lex male posita est & est nociua statui politico, vtile est tunc illã tollere introducendo aliam, nullum autem istorum erat nunc in lege Moysi, propter quod Christus eã tollere vellet, & ideo volebat illam soluere. De primo patet quia lex Moysi fuerat introducta ab eodem Deo, a quo lex noua, sed differebat, quia lex Moysi data fuit a Deo per Angelos Actu. 7. & ad Galat. 3. lex autem noua fuit a Deo data per seipsum, i. p̃ filium Dei qui Deus est, & sic quantum ad hoc Christus legem a se datam reuocaret si reuocaret legẽ Moysi, secudum, ẽt nõ erat, quia lex Moysi bona erat, cum a Deo qui bonus est data esset, iõ etiam ob hoc non erat nunc reuocanda, & sic non veniebat Christus illam soluere. Vide ibi. sup. hæc verba.

Aut Prophetas. i. non veni soluere Prophetas, nam sicut lex iubebat aliqua, ita & Prophetæ uidebant, si ergo lex reuocaretur, ẽt Prophetæ reuocarentur, quantum ad ea q̃ iuberent, quia quando aliqua se habent consequenter, vno cessante, vel sublato, cætera tolluntur, sed lex, & Prophetæ, se habent consequenter, quia eiusdem iubentis p̃cepta continent, si ergo lex tollitur, & Prophetæ tolluntur, quantum ad illa quæ iubent, secus autem quantum ad ea quæ prænunciant, quia illa non consistunt in obseruari vel non obseruari, sed in esse vera, vel non, ideo Christus expressit de lege, & Prophetis, vt non putaretur, quod vtrumque vel alterum eorum tollere volebat Vide ibi. super hęc verba.

Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut Prophetas. Quomodo accipiantur lex & Prophetę. Vide ibi, quęstio. 91. & quęst. 92.

Non veni soluere, sed adimplere. Confirmat Christus sententiam suam, auferens dubium, s. quod non veni soluere legem, dicit enim Chrisost. sup. Matt. quod propter duas cãs Christus dixit quod non venit soluere legẽ primum vt discipulos suos his verbis ad suum prouocaret exemplum, vt sicut ipse omnem legem implebat, sic & illi studerent implere. Deinde quia futurum erat, vt calumniarentur eum Iudæi, quasi legẽ soluentẽ, & prius quam incurrat calumniã, satisfacit calumnię, & dixit.

Sed adimplere. i. quod ipse legem Moysi impleuerit, quod intelligi potest multis modis, & tamen sensus proprius est, quod Christus venerat adimplere omnia quæ erant in lege, i. quod quamdiu viueret, obseruaret pręcepta legis, & quidquid in lege & Prophetis prænuntiatum esset aliquando debere compleri, compleretur in eo, & nõ posset per alium nisi per eum impleri, cum de eo lex, & Prophetę locuti essent, & tum quando omnia essent impleta necesse erat, quod cessaret lex & Prophetæ, quia post complementum rei, nihil de illa superest. Vide ibi, hoc est post q. 90. super hęc verba.

Non veni soluere &c. Quare Christus dixit hic, non veni soluere legem. vide ibi, q. 95.

Non veni soluere &c. Quid intendebat Christus suadere Iudæis. per hoc quod dixit.

Non veni soluere legem. Vide ibi. q. 96.

Nõ veni soluere. An lex Moysi soluta fuerit, uide ibi. q. 97

Non

INDEX.

Non veni soluere. Per quem lex Moysi soluta fuerit, Vide ibi, quæst. 98.

Non veni soluere. Quare lex Moysi soluta ẽ. Vide ibi. q. 99.

Non veni soluere &c. Quomodo dicitur quod Christus impleuerit legem Moysi, & Prophetas, quia videtur quod potius soluerit, nam ipse soluebat custodiam sabbathi, curans ęgros in sabbatho, & iubens curatis portare grabatum die illa Ioan. 5. Item iudicialia videtur non impleuisse, quia mulierem deprehensam in adulterio quæ per legem lapidari videbatur impunitam ire permisit. Ioan. 8. Item cæremonialia de abstinentia ciborũ prohibitorum in lege, videtur non seruasse, quia dixit Matth. 15. Quod intrat per os non coinquinat hominẽ, sed quæ ipse dicebat alijs facienda ipse faciebat, ergo non abstinebat à cibis immundis. Vide ibi, qu. 100.

Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum et terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. i. nõ est possibile quod aliquid a lege maneat q̃ nõ compleatur. Et manifeste loquitur de iis quæ prænũtiata erant, quia leges præceptorum quotidie implebantur a toto populo. Et tamen Christus innuit hic multa manere quæ nondum erant completa, tũ loquitur ipse de eis quæ prænuntiata erant, & ista non poterant compleri nisi per eum quia de ipso scripta erant. & sic quando dicit quod venit legem implere, intelligitur proprie de complemento eorum quæ prænuntiata erant, quia illud soli Christo conueniebat, obseruare autem legem quantum ad præcepta non soli Christo, sed omnibus Iudęis conueniebat, ideo licet ipse legem obseruauerit, non intelligebatur quod impleuerit obseruando, sed quod impleuerit in se complendo, & recipiendo omnia q̃ in lege & Prophetis prænuntiata erant. Vide sup. Matth. loco citato post q. 90. super hæc verba.

Amen quippe dico vobis. Modus confirmationis est, & aliqualiter æquiualet iuramento, quantum ad firmitatem, licet non sit iuramentum. vide ibi super hæc verba.

Donec transeat Cælum & terra &c. Hic declarat Christus intentionem suam, scilicet quõ implet legem, & q̃o nõ esset soluenda, s. quod ea quæ promissa erant in lege, implerentur, & non caderet, aut deficeret aliquid de illis quin impleretur, Nam lex poterat impleri quantum ad custodiam mandatorum. vel quantum ad impletionem promissorum quantum ad primum quotidie lex implebatur, quia omnes Iudæi illam obseruabant, & sic etiam si amplius non obseruaretur, iam impleta erat, Quantũ ad secundum non erat impleta, quia in lege & Prophetis multa bona promissa erant, quorum nullum apparuerat, & istud erat præcipuum in lege, cum lex ordinaret ad istas promissiones & propter istas seruaretur a Iudęis De ista ergo impletione solum Christus loqui voluit dicens quod omnia quæ promissa erant in lege, & Prophetis implerentur, & tamen si Christus vel aliquis alius intenderet soluere illam legem, debebat eam soluere in eo quod possibile erat, scilicet ostendendo quod ea quę lex promiserat, & finis ad quem ducebat, nunquam haberi possent. Inquantum tamen dixit quod omnia ista implerentur, nec penitus aliquid deficere de eis, ostẽdit se esse maximum obseruatorem legis, qui omnia quæ lex promiserat, realiter pręstiturus esset, Vide diffusius ibi, super hæc verba.

Iota vnum aut vnus apex &c. Innuit per hoc, quod nihil de lege & Prophetis manebit incompletum, nec ẽt minima pars, quod ostenditur per iota & apicem, quia inter literas Hebræas nulla minor est quam iota, quã ipsi vocant Iod, nos tamen modo Græco vocamus eam iota Apex autem non est litera, sed est punctus positus supra literam, qui dat aliquid significare literis, & in mõ scribendi latino vtimur istis punctis, siue apicibus pp abbreuiationem scripturæ, vide diffusius ibi, super hęc verba.

Iota vnum &c. Quomodo ponatur hic Iota quę est litera Græca. Vide loco citato, quæst. 94.

Donec transeat Cælum & terra &c. Quõ sit verũ qđ facilius sit Cęlum perire, q̃ iota vnũ de lege. Vide ibi. q. 93.

Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis &c. Instruebat hic Christus Apostolos, qui futuri erant doctores totius orbis, ideo ostendebat eis conditionem doctorum Bonus autem doctor debet recta docere, & secundum illa conuersari, sicut de Christo dicitur Actu. 1. cę cępit Iesus facere, & docere potest autem depranari aliquis circa hoc totaliter, scilicet falsa docendo & mala operando, & quia qui falsa docet in moralibus prius ipse, illa agit, & in excusationem suæ vitæ sic docet, quia vellet alios sibi similes facere, dicit primo.

Qui soluerit vnum de mandatis istis. Soluere mandatum, est facere contra illud, quia cum mandatum nihil aliud habeat nisi vim obligandi, cum quis non obseruauerit illud, destruit totum vigorẽ eius, & sic soluit illud. & dr.

De mandatis istis minimis. Idest de mandatis illis quę ego prædico, & dixit.

Minimis. Quasi dicat, non solum incurret pœnam quam ego pnũcio illi qui violauerit aliqđ mãdatũ de magnis sed et qui minimum omnium soluat punietur, vide loco citato. post q. 100. super hæc verba.

Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis. Quæ sint illa mandata minima de quibus Christus hic loquitur Vide ibi q. 101.

Et docuerit sic homines. Ad hoc qđ hõ puniatur, satis est q̃ soluat mandatum aliquod legis, & non requiritur qđ etiã doceat hoĩes sic facere, quia tamẽ Christus loquebatur hic de doctoribus, quorum opus est docere, dixit.

Et docuerit sic homines. Ponitur etiam hoc pp pęnam quę subiungitur, s. minimus vocabitur in regno Cœlorum quia pęna solum est eorum qui male viuunt contra legem agendo, & prædicant sic agendum esse, Qui aũt legem soluerint, & tamen non docuerint, homines illã soluere, punientur, sed non erunt minimi in regno Cœlorum & dicitur.

Minimus vocabitur in regno Cœlorũ. i. in Ecclesia erit minimus quia non potest esse deterior, quam qui praue uiuit, & peruerse docet Christus aũt intendit, per hoc inducere homines ad obseruandum omnia quæ ipse hic p̃dicauit, s. vt p̃cepta obseruent & contra illa non doceãt, Vide loco citato post q. 100. super hęc verba,

Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno Cœlorũ. Quõ poterat vocari minimus in regno Cœlorũ qui solueret mandatum, & prædicaret contra illud, quia iste nõ posset esse in regno Cęlorum, & sic non esset ibi minimus, nec maximus. vide ibi. q. 102.

Qui autem fecerit, & docuerit. i. qui impleuerit mandatũ quoddam, & docuerit homines illud obseruare, prædicando esse obseruandum, vel hortando ad obseruationẽ & isti sunt recti doctores, qui duplici honore digni, sunt, quia recte viuunt, & recte docent, 1. Corin. 5, uide, post quæst. 100. super hæc verba.

Hic magnus vocabitur in regno Cœlorum. i. vocabitur magnus in Ecclesia militante, quæ est regnum Cœlorũ. & hoc quia habet duplicem magnitudinem, vnam bonæ vitæ, & aliam sanæ doctrinæ. Vel in regno Cœlorum. i. in vita æterna, quia qui bene docet, & recte uiuit, nõ solum vitam æternam habebit, sed etiam magnam excellentiam habebit in illa, sicut dr Dan. secundo. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiã erudiunt multos, quasi Stellæ in perpetuas ęternitates. Et sic vocabuntur magni in regno Cœlorũ quia non solum habebunt præmium essentiale commune cũ cæteris, quod est videre Deum, sed etiam præmiũ qđdam accidentale vltra cæteros quod vocatur aureola, & competit doctorib. Sacræ script. vide ibi sup. hæc verba. Plura aũt de doctorib. vide in cõi tabula verbo doctor.

EVANG. MATTH. XXIV.

Vigilate quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Conueniens causa vigilandi ponitur, cum dr.

Quia nescitis &c. Nam si hora certa esset non oporteret vigilare sed satis esset illo tempore paratum esse, quia tamen ignoratur tempus illud, oportet omni tempore cauere, quasi omni tempore euenturum sit, quod omni tempore euenire potest. vide auctorẽ sup. Matt. tom. 6. cap. 24. quæst. 238.

Vigilate &c. Maior causa nobis est vigilandi, quam hominibus

nibus

EVANG. LVC. XII.

EVANG. MATTH. XXV.

IN COMMVNI VIRGINVM.

EVANG. MATTH. XXV.

Amen

EVANG. MATTH. XIII.

F I N I S.